**Dispensatorium regium et electorale Borusso-Brandenburgicum, juxta quod in provinciis regiis et electoralibus, medicamenta officinis familiaria praeparanda et dispensanda ... Regii Collegii Medici Superioris cura ... denuo editum ... et auctum / Nunc vero ... annotationibus et observationibus ... locupletatum ab Ernesto Fagino [i.e. A.E. Büchner].**

### Contributors

Büchner, A. E.
Regii Collegii Medici Superioris.

### Publication/Creation

Erfordiae : C.F. Jungnicol, 1734.

### Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bp397w85

### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

40743/D

L. XXVIII. 25

PHARMACOPOEIAS Prussia

~~BERLIN. Collegium Medicum~~

BRP 9/50

PISTENIA REGI
TORIUM UM.

63082

# DISPENSATORIVM REGIVM & ELECTORALE BORVSSO-BRANDENBVRGICVM,

*JVXTA QVOD*

IN

PROVINCIIS REGIIS ET ELECTORALIBVS,

MEDICAMENTA OFFICINIS FAMILIARIA

PRÆPARANDA ET DISPENSANDA,

AVSPICIIS

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

BORVSSIÆ, &c. &c. &c.

REGII COLLEGII MEDICI SVPERIORIS CVRA

& OPERA DENVO EDITVM, REVISVM, EMENDATVM & AVCTVM.

NVNC VERO INSVPER QVOQVE VARIIS VTILISSIMIS ANNOTATIONIBVS & OBSERVATIONIBVS, PARTIM GENVINVM VSVM, PARTIM ENCHEIRESES COMMODISSIMAS IN PRÆPARATIONE MEDICAMENTORVM ADHIBENDAS, COMPLECTENTIBVS, HINC ET INDE INTERSPERSIS,

VT VOTIS ET DESIDERIIS ILLORVM, QVI TALIA HACTENVS ADHVC EXOPTARVNT, SATISFIERET.

LOCVPLETATVM

AB

ERNESTO FAGINO, AVGVSTANO.

ERFORDIAE,

Sumptibus CAROLI FRIDERICI JVNGNICOLII, MDCCXXXIV.

# DISPENSATORIUM REGIUM & ELECTORALE BORUSSO-BRANDENBURGICUM,

IN

PROVINCIIS REGIIS ET ELECTORALIBUS,

MEDICAMENTA OFFICINIS FAMILIARIA

PRAEPARANDI ET DISPENSANDI,

SACRAE REGIAE MAIESTATIS

BORUSSIAE, &c. &c. &c.

REGII COLLEGII MEDICI SUPERIORIS CURA

& OPERA DENUO EDITUM, REVISUM, EMENDATUM

& AUCTUM.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

# PRÆFATIO.

ANnus jam agitur decimus octavus, ex qvo Dispensatorium Regium Borusso - Brandenburgicum, ut vocant, ultimo typis expressum in lucem prodiit; Exemplorum licet copiosissimorum intra paucos annos distributio satis abunde commonstravit, laborem huncce publico, imprimis Medico-Pharmacevticæ artis cultoribus haud displicuisse. Qvare jam ante qvinqvennium & ultra de recudendo opere sedulò fuit cogitatum, qvod, ad implendum plurimorum desideria, absolutum fuisset propemodum, nisi impedimenta qvædam graviora votis nostris obstetissent.

Visum nimirum fuit REGI NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO, ut in omnibus rebus bonum publicum spectantibus, ita & in illis, qvæ ad sanitatem civium inprimis conducunt, ingentes abusus, legibus qvandoqve torpescentibus irreptos, cohibere, ne Empiricorum temerario ausu vita hominum supra modum periclitaretur. Qvamobrem promulgatis denuo severioribus medicas res spectantibus decretis, ad implenda Regia mandata, necessarium omnino duximus normam collocare, qvâ, in remediorum compositionibus adornandis, Pharmacopolæ inprimis & reliqvi, qvibus Medicinam facere permittitur, omninò coërcerentur. Dispensatorium itaqve nostrum hunc in finem exemplar sistere, sive nodum statuere debebat; Verùm in qvot obstacula incidimus! Nimirum tot remediorum à majoribus nostris, jure qvasi hæreditario in nos devolutorum, maximam partem absonæ miscelæ & frivolæ compositiones spem ferè omnem abjiciebant, fore ut votis nostris compotes redderemur.

De novo corpore pharmacevtico adornando meditati qvidem sumus, sed nova iterum & prioribus ferè majora se nobis

ſiſtebant impedimenta; maxima qvippe manu medentium, & empiricè doctorum, pars, certis medicamentorum formulis, ut ut inconcinnis, adſueta, filum praxeos ſuæ penitus amitterent, qvod ſi compoſitiones iſtiusmodi in officinis noſtris non amplius venales reperirentur. Qvare dandum aliqvid eſſe præjudiciis hominum, ne dicam ignorantiæ, credidimus, Dispenſatoriumqve noſtrum qvemadmodum ultimò typis expreſſum fuit, integrè qvidem, expunctis ſolummodo erroribus qvibusdam inexcuſabilibus, excudendum denuo curavimus. Tantùm autem abeſt, ut abſolutum huncce in modum opus undiqve approbemus, ut potius in adornanda nova hacce editione neceſſitati admodum urgenti concedendum aliqvid fuiſſe doleamus.

Ne autem ſpem omnem in ſtabiliendo propoſito ſupra memorato abjiceremus, remediorum in opere noſtro deſcriptorum ſelectum facere conſultum duximus, qvod benevolus Lector ita accipiet: Deſignationem medicamentorum ſimplicium æqve ac compoſitorum, qvibus Officinæ noſtræ pharmaceuticæ pro ægrotis ſublevandis neutiqvam carere poſſunt, ad calcem operis adjecimus; qvò nimirum Pharmacopolæ haud ignorarent, qvalia Medicamenta, debitis ſcilicet facultatibus inſtructa, tempore perluſtrationis officinarum qvotannis inſtituendæ, exhibere ac examini ſubjicere debeant. Cum verò tot præparata, inprimis liqvida, citius corruptioni, qvam uſui ægrotantium qvandoqve inſerviant, in ſolatium Pharmacopolarum, qvi in oppidis ſeu urbibus minoribus degunt, ne de copioſiori penu hacce adhuc conqverantur, maximè neceſſaria ſolummodo, expulſis reliqvis, in altera remediorum claſſe collocavimus; ea tamen lege, ut & his neqvaqvam interdictum ſit, omnia prioris claſſis, imo plura adhuc, ſi velint, medicamenta præparare & in officinis ſuis venalia exponere.

Qvod reliqvum eſt Lectorem, & inprimis Pharmacopœos volumus monitos, ſi qva medicamentorum in Diſpenſatorio hocce occurrunt præparata, qvorum legitimus parandi modus, ad prolixitatem vitandam, ſuccinctus nimis apparet, ut comparatis Zvvelfferi Scriptis, encheireſes paſſim ibi reperiundas, ſedulò cum hisce conferant, ſcopumqve ſic aſſecuturos non dubitamus. Deniqve indicaſſe ſufficit, novam hancce Diſpenſatorii editionem variis medicamentorum compoſitionibus hactenus nondum publicatis, imprimis Archiatri STAHLII, eſſe amplificatam, qvarum præparationis modus, ut ut ſimplex qvibusdam videri poſſit, nihil omnino derogabit efficaciæ remedii, qvod indagatori haud iniqvo ultro pateſcet. Ut taceamus chartæ typiqve elegantiam, errorumqve typographicorum, qvibus priores editiones ſcatebant, ſedulam correctionem. Vale!

AD

# AD LECTOREM.

Vix eqvidem opus erit, ut, dum novam egregii & utiliſſimi DISPENSATORII BORUSSO-BRANDENBVRGICI editionem Tibi, LECTOR BENEVOLE! offerimus, multa in limine præmoneamus, qvo nimirum conſilio noſtris qvoqve in terris prelo illud iterum ſubjectum, qvibusve de cauſis variis inſuper annotationibus hinc inde auctum & locupletatum ſit: Sufficiet tamen paucis indicaſſe, qvod ob pretii gravioris magnitudinem variasqve alias ſimul connexas difficultates, illis, qvi Berolinenſem editionem, cæteroqvin ſatis nitidam, hactenus deſiderarunt, potiſſimum motas & notas, complures ab eo ſtatim tempore, qvo prædicta hæc editio iterum in lucem prodiit, aliam huic ipſi in omnibus, excepto ſaltem pretio & reliqvis incommodis, exactè reſpondentem, exoptârint, qvorum propterea, ut & aliorum, annotationes qvasdam, novas illas encheireſes circa præcipuorum medicamentorum præparationem neceſſarias, aliaqve

eò ſpectantia comprehendentes, efflagitantium, juſtiſſimis votis annuere tanto minus dubitavimus, qvò crebrius eadem repetita & cum exhortationibus atq; compellationibus ſatis prægnantibus ſemper conjuncta fuerunt. Ne vero cum prioribus DD. Berolinenſium annotationibus hæ noſtræ, partim ex Celeberrimorum noſtræ ætatis Virorum ſcriptis, partim etiam ex propriâ experientia depromtæ, confunderentur, ſigno †. easdem ubique ab illis diſtinximus, & non niſi ea, quæ vtiliſſima judicavimus, juniorum inprimis Medicorum & Pharmacopæorum in gratiam, hâc occaſione adduximus, ne in majorem forſitan, ſicqve etiam majori pretio comparandam molem excreſceret hoc opus, quippe quod incommodum omninò evitare, eaque propter potius ubique paulò minores, minimè tamen vetuſtos ac frequentiori uſu nimium attritos typos adhibere conſultum duximus. De reliqvo Tuarum erit partium, LECTOR BENEVOLE! laboribus hisce æqui bonique conſuluiſſe, nobisqve, feliciſſima ac proſpera qvævis Tibi apprecantibus, ulterius favere perrexiſſe. VALE!

DISPEN-

℞ Aceti Bezoardici 3vj
dispens. Wittenbergici
℥ ℔. Angelicae Enulae
Imperatoriae Hiredinariae
Zedoariae à ʒvj.
℔. Scordii Rutae Salv. à ʒj.
Bac. Juniperi ʒß.
Flavedinis Cort. Citri. ʒvj.
Minutim incisis affundat
Aceti Vini optimi non destillati
libras tres.
post sufficientem digestionem expri-
mat et filtratum acetum servet.
In morbis contagiosis, peste
tam interne qm externe usus ad odo-
ratum et colluticnem Oris commen
datur. dety ab Uncia dimidia ad
integram

℞ Aceti Lavendulae

℥ ℔. Lavendulae ℔ß
Aceti Vini boni albi ℔ij. reponat
ad usum. usus est externus, Epithe-
matibz et odoramentis inservit.
Nota: Durabiliora quidem sunt aceta
composita e destillato parata
at non efficaciora; imo tam
quoad externum qm internum
usum longe praeferendum est
acetum simplex destillato

℞ Aceti odoratum
℥ ℔. Cyperi rotundi Galangae minoris
Zedoariae à ʒß.
℔. Rorismarini Salviae
℔. Lavendulae Lilii convallium
Rosarum rubr. à ʒij
Lig. Rhodii Cinamom. Caryophyll.
Cort. Citr. à ʒij
Aceti vini ℔ij
incisis et contusis superfundat Acetum
et post digestionem 4 triduum servet
usus est externe 4 odoramentis
et Epithematibz ad pulsg. Leticid
alq. Spirituosis longe praeferendum 4.

# DISPENSATORIVM REGIVM ET ELECTORALE BORVSSO-BRANDENBVRGICVM.



## ACETUM BEZOARDICUM.

℞. Baccarum Juniperi,
Lauri, ana unciam ſemis.
Radicum Angelicæ,
Dictamni albi,
Enulæ,
Oſtrutii,
Pimpinellæ,
Tormentillæ,
Valerianæ,
Vincetoxici,
Zedoariæ, ana drachmas ſex.
Foliorum Rutæ hortenſis,
Salviæ,
Scordii,
Florum Calendulæ,
Lavendulæ,
Meliſſæ,
Roſarum purpurearum, ana unciam ſemis.
Flavedinis Corticum Aurantiorum,
Citri,
Santali citrini, ana drachmas tres.



Caryophyllorum,
Macis,
Myrrhæ, ana drachmas duas,
Ligni Saſſafras unciam ſemis. *Pulveriſentur groſſè, & affuſis Aceti florum Tunicæ libris tribus, in vaſe optimè clauſo aſſerventur.*

† *Convenit hoc acetum, ratione ingredientium, quoad maximam partem cum ita dicto* Bezoardico, *ſive* Theriacali Aceto Timæi, *magis tamen temperatum & longè ſecurioris uſus eſt, ob omiſſa calidiora bezoardica & opiata. Hinc in mitiorum malignarum febrium curatione, & potiſſimum præſervatione, utique tam ſolitariè, quam in Julapiis, non ſine fructu exhiberi poterit. Nil etiam magis profuiſſe in Peſte caſtrenſi exercitûs Svecici ad Tribbeſeam, ut & in Febre peſtilentiali Colbergæ, ac Acetum hoc theriacale, mox in principio, cum tantillo Scordii, vel Theriacæ, ad eliciendos ſudores, exhibitum, ipſe refert TIMÆUS,* Caſ. Med. Lib. VIII. Caſ. 32.

## ACETUM CALENDULÆ FLORUM. &c.

℞. Florum Calendulæ ſereno cœlo collectorum

rum & in umbra mediocriter ſiccatorum, quantum vis.

Aceti Vini optimi, quantum ſufficit. Inſolentur aliquamdiu, dein coletur acetum, & repetatur infuſio cum floribus recentibus aliquâtenus ſiccatis.

Nota: Hactenus dicta aceta, & ſi quæ alia medicinalia, parandi ratio in officinis noſtris dudum viguit, licet quibusdam, diuturniori durationi ſtudentibus, ſatiùs viſum, acetum deſtillatum, loco crudi, huic negotio applicandum eſſe; aliis verò diutinæ obſervationi innitentibus, haud adeò neceſſariam hanc cautelam eſſe cenſentibus. Sit penes Pharmacopæos, ſcientiæ ſuæ & conſcientiæ habitâ ratione, quid in hoc paſſu ægrorum ac eorum ipſorum ſit ê re ſit, præoptare.

† *Verum equidem eſt, quod Aceta medicata, per ſimplicem infuſionem Vegetabilium convenientium cum* deſtillato *paratæ, diutius durent; nihilo tamen minus talia cedunt virtute iis, quæ cum* Aceto vini crudo *ſunt confecta, utpote quod ob partem tartaream nondum ſeparatam, priori acrius eſt, & propterea rectè à Celeb. HOFFMANNO in* Clave Schrœder. p. 43. *illi præfertur.*

## ACETUM DESTILLATUM.

℞. Aceti Vini optimi, qvantum ſufficit, imple cucurbitæ vitreæ vel lapideæ tertiam tantum partem, ex arenâ gradatim deſtilla, primo leni admodum igne, ut phlegma ſeparetur; deinde ſenſim augendo ignem, cavendo ſub finem præſertim empyreuma, ſpiritum avoca pro uſu interno, reliquum fortiori igne usqve ad ſiccitatem ferè urge, pro aceti ſpiritu acerrimo, ſed empyreumate infecto.

*Ut Empyreuma evitetur, conſultum erit, quantitatem aceti ſimplicis novam in olla vitrea prope ignem calefacere, exhalato ſic phlegmate, priori reſiduo, alembico ſcilicet remoto, ſenſim affundere; ita major quantitas ſpiritûs aceti, operâ hacce repetitâ, uno eodemque labore acquiritur: ex reſiduo poſtmodum, hacce encheireſi valde aucto, quando nimirum retorta vitrea & igni arenæ committitur, ſpiritus priori fortior,*



*ſed empyreumaticus, ad calces metallorum, v. gr. ad ſaturni ſacharum conficiendum apprimè utilis, deſtillando obtinetur.*

## ACETUM PROPHYLACTICUM.

℞. Radicum Angelicæ,
Zedoariæ, ana unciam unam.
Petaſitidis, uncias duas.
Foliorum Rutæ hortenſis, uncias quatuor.
Meliſſæ,
Scabioſæ,
Florum Calendulæ, ana uncias duas.
Nucum Juglandium immaturarum conſciſſarum, libras duas.
Pomorum Citriorum recentium conſciſſorum, libram unam.

Contundantur omnia, contuſis affunde aceti Vini optimi, ad remanentiam quartæ partis ex arenâ, cucurbitâ vitreâ, per ſe deſtillati, libras duodecim: Digerantur per noctem, manè deſtillentur igne cinerum lento ad ſiccitatem ferè, cavendo empyreuma.

Nota, aliis hoc acetum deſtillatum *Aqua* vocatur *prophylactica.*

## ACETUM ROSARUM.

Paretur ut Acetum Florum Calendulæ.

† *Habet hoc pariter, ac reliqua medicata Aceta, egregium uſum etiam externum, in Febribus malignis, peſtilentialibus, nec non affectibus lipothymicis & ſyncopticis, ſi naribus & carpis manuum, mediantibus linteis, applicatur: Attracta enim vis aceti per nares ſenſim ſenſimque alterat M. S. eamqve, qvo minus miasma tale malignum ſuam poſſit ludere tragœdiam, defendit. Confirmat hoc BARTHOLINUS* Cent. IV. Hiſtor. 13. *dum refert,* per Acetum roſaceum, carpis & naribus admotum, per aliqvot dies fugitivæ vitæ remoram injectam fuiſſe, *ſe aliquoties vidiſſe. Hinc mirum illud eſt, & peculiarem ſane diſcurſum requireret, niſi charta anguſtia id prohiberet, quod acida ſanguinem nimis fluxilem & tenuem coagulent ejusque Orgasmum placidè infringant & cohibeant, craſſum verò & coagulationi deditum huncce humorem reſolvant & mobiliorem atque fluxiliorem reddant, eaque propter in prædictis affectibus, tam in-quam externo uſu, egregiè proficiant.*

ACE-

Hoctum prophylacticum Sylvii

summis laudibus autor effert ad curationem
febrium, continuarum, et administeri jubet
potui ordinario, mixturis, potionibus jus-
culis, exhibet eam ad sudores modeste pro-
liciendos, bilis acrimonium obtundendam
sitim compescendam, vomitum cohibendum
oris amarorem emendandum, presertim
in Peste et cunctis affectibus epidemicis
efficiam esse vult, externe pulsibus et
naribus admovendus. dos. ℥ß ad ℥iß.

acetum rutaceum, quin et succo
citri ruptum, vicis acetiprophylac
tici supplet

AC.

## ACETUM RUBI IDÆI.

℞. Baccarum Rubi Idæi, quantum vis,
Aceti Vini, quantum ſufficit.
Inſolentur in vitro commodo, dein reponantur.

## ACETUM RUTÆ.

Paretur ex ſummitatibus, reliquorum more.

## ACETUM RUTÆ COMPOSITUM.

℞. Summitatum Rutæ recentium, manipulos tres.
Caſtorei optimi,
Aſæ fœtidæ, ana drachmas duas.
Infundantur per dies aliquot in aceti vini libris duabus, & inſolentur.

## ACETUM SAMBUCI FLORUM.

Paretur ad inſtar aceti Florum Calendulæ.

## ACETUM SATURNINUM, ſeu LITHARGYRII.

℞. Lythargyrii ſubtiliſſimè triti lb. ß. Aceti fortiſſimi lb. ij. ſtent in infuſione per aliquot dies, ſæpius interdiu agitando, poſt macerationem reſidere ſinito, & clariſſimum ſervetur pro uſu externo.

† *Adhibetur nempe inſtar Coſmetici, pro perpolienda cute, nec non in ulceribus humidis, fœtidis & malignis exſiccandis, cum Oleo Over. Violar. vel Sambuci remixtum in Serpigine, Herpete, & tandem inſtar fotus in gravioribus gangrænoideis inflammationibus externis.*

## ACETUM SQVILLITICUM.

℞. Scillæ Laminarum inter externum corticem & medullam mediarum, exactè purgatarum & in taleolas ſectarum, quantum vis. Soli aut remiſſo calori exponantur, donec marceſcant, minutim ſciſſæ lagenæ indantur vitreæ, ac aceti optimi, quantum ſufficit, affundatur, vitrum ritè obturatum exponatur æſtivo tempore radiis ſolaribus ad ſufficientem extractionem, poſtea tranſcoletur, & lagenis diligenter occluſis aſſervetur.

## ACETUM TUNICÆ FLORUM.

Eodem modo præparetur, quo acetum florum Calendulæ.

Æ.

## ACIDUM TARTARI.

Vide Cremor Tartari.

## ÆRIS FLORES.

Duplicis generis ſunt, alii, quos diſcriminis ergo nativos dicimus, granula nimirum in excoctione æris, affuſa aquâ, dum refrigerantur, â furnis fuſoriis, placentæ cupreæ, reſultantia, magni olim Medicis antiquioribus, ipſi quoque Hippocrati, æſtimata, & frequenti in uſu habita.

Alii artificiales, encheireſi chymicâ parandi: v. gr.

℞. Limaturæ Veneris ſubtiliſſimæ, partem unam,
Salis Armoniaci, partes duas.

Exactè mixta & per octiduum ad minimum digeſta, quo Sal Veneri intimius jungatur, ignis gradu convenienti ſublima, idque ſublimatum reſiduo, ê cucurbitâ aut retortâ exemto redditum & exactè mixtum, digerendo ac rurſus ſublimando, bis terve itera. ſic Sal Armoniacum particulas æris ſubtiliſſimas ſecum evehit, aquâ calidâ ſolvendo, ac per emporeticam colando â Sale Armoniaco liberandas & ſiccandas pro floribus æris.

Operoſiori huic negotio commodè ſubſtitui poſſe credimus depurationem æruginis, ſivè æris viridis, per acetum deſtillatum peractam: ærugo ſcilicet aceto deſtillato ſolvitur, digeſtioni committitur, per emporeticam filtratur, liquor filtratus, exhalatione prægreſſâ, in cryſtallos cogitur, quæ, ſi non ſatis puræ & Saphiri inſtar pellucidæ, primâ vice prodeunt, novæ ſolutioni & cryſtalliſationi, ut antea, committendæ.

## ÆS USTUM.

Veteres laminas æris, ſulphuris & ſalis partibus æqualibus ſtratificatas, in vaſe operculo clauſo, junctarisque lutatis, relicto ſolùm ſpiraculo, calcinabant igne ſufficienti. Auguſtani alterutro eorum addito calcinationem inſtituunt, ac poſt calcinationem lavare & edulcorare jubent. Zwelfferus edulcorationi huic contradicit. Utrolibet autem modo paratum, pro diverſitate intentionis & applicandi ratione; ſive cum ſale aut ſulphure ſolo, ſive cum

Æ. AL.

utroque junctim, ſive edulcoratum fuerit, ſive non, uſui erit.

Conficitur quoque modo vulgari, dum æris laminæ in furno reverberii vel figulino tamdiu uruntur, donec conteri poſſunt & in crocum quaſi abeunt: Faciliori autem negotio idem labor abſolvitur, ſi fruſto cupri oblongo, valde candeſcenti, ſubito ſulphuris fruſtulum admovetur, ubi extemplo Cuprum in ſuperficie liqueſcet, ac in crocum quaſi converſum in vas aquâ frigidâ repletum delabetur.

## ÆTHIOPS MINERALIS.

℞. Mercurii currentis probè aceto & ſale depurati, â ſale rurſus abluti, ac optimè exſiccati, uncias quatuor. Florum ſulphuris, uncias tres, vel partes æquales. Miſceantur in mortario vitreo, piſtillo perinde vitreo, aut ligneo exactè mundo, ſedulò piſtillum circumrotando ſubigantur, donec Mercurius floribus mixtus plane diſpareat, nec usquam ejus quicquam aut veſtigium aliquod appareat; ſed ſollicitè ſubactus & in pulverem tenuiſſimum fuſci coloris redactus, temporis tandem tractu in nigerrimum vertatur.

† *De egregiâ hujus Medicamenti efficaciâ, in glandularum colli, maxillarum parotidumqve tumore inveterato & fiſtulâ ponè aurem ſanandâ, aliisve ſat gravibus affectibus, vid. Celeb. D. D. SCHULTZII, Profeſſ. Halenſis famigeratiſſ. relatio, in* Actis Phyſ. Med. Acad. Cæſar. Nat. Curioſ. Volum. I. Obſervat. 222. *& Diſſert. inaug. de* Æthiope minerali *Ao. 1725. medio Octobris à J. F. SCHROMMIO* Altorffii *ventilata. Confer. etiam HARRIS* de morbis infantum acutis.

## ALCIS CORNU PHILOSOPHICE PRÆPARATUM.

Philoſophica ſatis incommodè ſic dicta calcinatio fit, taleolas Cornu Alcis, aut cujuscunque ſubjecti cornei aut oſſei, filo forti ſuper veſicæ cupreæ, ex quâ vini ſpiritus aut alia aliqua aqua ſpirituoſa, aut ſaltem communis deſtillatur, orificium ſuſpendendo, quo ſpiritus, impoſito capitello, in illud aſcendens, in tranſitu illa penetrare, ac humi-

AL.

dum illorum nativum omne tractu temporis abſorbendo ac diſſipando, friabilia reddere poſſit. Quæ viribus procul dubio potiſſimis exuta, hinc vix majori, (dummodo non minori,) quam vulgariter calcinata & præparata Cornua Alcis aut Cervina, virtute prædita; (niſi forte aliquam â ſpiritu, quocum fumigatio illa vaporoſa peracta, aut ab aquâ, quâ cum præparata, mutuò acceperint) tum more communi cum aquâ appropriatâ, aut ſimplici ſaltem, ſubtiliſſimè ſuper marmore terendo, præparari ulterius poſſunt, ſecundum artem. Poteſt etiam ſolâ cum aquâ coctione idem obtineri, nempe Cornu friabile, parte ſui gelatinosâ, adeoque potiori, viduatum, & exiguæ præ igne calcinato virtutis.

## ALOE DEPURATA.

℞. Aloës Socotrinæ, quantum vis, ſolve aquâ fontanâ ſimplici, (etiam abſque coctione, ut quibusdam placet,) ſolutam filtra, & in balneo vaporoſo exhalando ad conſiſtentiam pilularum inſpiſſa.

† *Talis depurata Aloë in minori doſi aſſumta, utique ſecurius & promptius laxantem exſerit virtutem, qvam ſola Socotrina Aloë in maxima doſi: Duplicis enim illa eſt ſubſtantiæ, nempe* mucilaginoſo-gummatoſæ & reſinoſæ, *qvarum hæc in Spiritu vini tantum, illa vero in aqveo menſtruo ſolubilis eſt, ſub cujus tegmine ſimul ſubtile quoddam ſalino-reſinoſum acre principium latitat, in quo potiſſimum vis purgans conſiſtit; quæ è contra in ſubſtantia* reſinoſa *haud adeo perfectè ſeſe exſerere poteſt, ob vim adſtrictoriam, quæ purganti quaſi præponderat. Ubi ergo purgatione ſolâ opus eſt, ſola Aloë Socotrina non omnibus convenit, ſed ſubſtantia ejus gummoſa, tali ratione extracta, ſpeciatim requiritur: Quodſi vero fibras ſtomachi & inteſtinorum ſimul firmare libuerit, tunc ſubſtantia illa reſinoſa & balſamica ſimul retinere, & ſic ſelecta ſaltem lucida, non lota, aut inſuccata Aloë, uſurpari poteſt, (quippe quæ æque blandè alvum movere valet,) tam in forma pulveris cum aliquot granis Tart. vitriol. quam in Pilularum forma.*

ALOE

AL.

## ALOE INSUCCATA.

℞. Aloës ſucco roſarum ſolutæ & inſpiſſatæ, libram unam.
Succi Roſarum.
Violarum purpurearum.
Borraginis,
Bugloſſi, ana quantum ſufficit.
Imbibatur & denuo exſiccetur, uſuique ſervetur.

## ALOE INSUCCATA TARTARISATA.

℞. Aloës præſcriptæ inſuccatæ, uncias ſex
Cremoris Tartari, uncias duas.
Miſceantur exactè & pro uſu ſerventur.

## ALUMEN TINCTUM MYNSICHTI.

Paratur prout ab Authore docetur, ſolvendo Aluminis unciam unam, & Sanguinis Draconis unciam dimidiam, ſubtiliſſimè pulveriſatam, in ſufficienti quantitate Aquæ Carduibenedicti, & per filtrum trajectum rurſus coagulando, ut artis eſt.

## AMULETUM IN PESTE HELMONTII.

Hoc, licet â quibusdam floccipendatur, reverâ tamen multiplici experientiâ, præſertim in bello Hungarico, Cæſarianos inter & Rebelles ſic dictos geſto, nuperrimè demum finito, peſte iſthic dirâ horrendùm graſſante, â Medicis & Chirurgis caſtrenſibus millenis fortè experimentis comprobatum, adeò ut Lippis ferè nunc, ut in proverbio eſt, & tonſoribus quaſi notum ſit. Fit ê bufonibus grandibus & grandævis, Junio menſe, pomeridiano tempore præcipuè captis, ac pedibus poſterioribus propè focum, ſubſtratâ ê cerâ novâ paratâ patellâ, igne accenſo, ſuſpenſis. Qui triduo ut plurimum â ſuſpenſione vomitu Saburram fœdam, ac cum illâ vermiculos plurimos, muſcarum inſtar alatos, ac virore quodam reſplendentes, eructant, iisque rejectis moriuntur. Mortui & igne torrefacti, ut in pulverem contundi queant, atque in eum redacti, cum ſaburrâ illâ vomitu rejectâ & vermiculis patellâ cereâ exceptis ac unâ ſubactis, ſollicitè compingendi & in rotulas, pollicem circiter latas, redigendi. Quæ (ſi ita placet, ut nonnullis viſum,) Charactere originis ſuæ, bufonis nimirum figurâ impreſsâ, ſignatæ, ſindoni incluſæ ac funiculo bombycino, aut lineo ſaltem annexæ, â collo, ſic, ut Cordis regioni immineant, pendulæ geſtandæ ſunt, quo ſæpius & diutius geſtatæ & adhibitæ, eò efficaciores â Peſte præſervando ſunt.

*Bubonibus etiam & anthracibus Emplaſtri loco impoſitæ, virus allicere & aperturam illorum procurare perhibent.*

AN.

## ANODYNUM MINERALE.

Duplici ratione ac methodo obtineri ſolet, vel à Croci Metallorum, vel ab Antimonii diaphoretici præparatione & edulcoratione, ſuo quæque loco docendâ, ex aquâ illis edulcorandis adhibitâ & ab illis reſiduâ, vel exhalatione lentâ ad cuticulam usque in ſalem aut cryſtallos ſalinos concreſcens, aut evaporatione omnimodâ in pulverem ſalinum fatiſcens. Quod à Croco Metallorum ſupereſt, quibusdam, ob commercium, quod cum Antimonio nondum ſatis fixato & à vi emeticâ vindicato contraxerat, ſuſpectum aliquatenus habetur, nec ob vim emeticam ipſi quadantenus adhuc inhærentem, ſatis tutum cenſetur.

## ANTIDOTUS MATTHIOLI.

Specioſum magis, quam neceſſarium Medicamentum, rari hodiè, nec adeò præcipui, ſtante adhuc Theriacæ ac Mithridatii valore, uſûs, optimo jure exeſſe potuiſſet officinis noſtris & catalogo: Vulgi tamen potius, quam judicioſorum Medicorum arbitrio, dandum cum aliquid hâc in parte fuerit, relictus illi in Catalogo & relinquendus etiam fuit in hoc Diſpenſatorio locus. Parare itaque illud, qui volet, poteſt juxta Auguſtanæ Pharmacopœæ, præſertim renovatæ, quæ plerorumque Pharmacopœorum in manibus eſt, præſcriptum,

AN.

## ANTIHECTICUM POTERII.

℞. Reguli Antimonii Martialis ſtellati, (cujus parandi modum infra ſuo loco vide,) partem unam. Jovis Anglici, partes duas.

Colliquata ſucceſſivè, præmittendo Regulum Jovi, in crucibulo tecto, in pulverem comminue, cui adde Nitri optimè depurati (aut cum Sale armoniaco ex arte combinati, cujus methodum vide ſis apud Authorem Manium Poterianorum,) triplum totius, & exactè miſce. Mixta in crucibulo forti & ignito ſatis capaci, ſucceſſivè, ſingulis vicibus drachmam circiter injiciendo, detona, cave, ne inter detonandum heterogenei quid, carbonum præſertim, incidat, poſtea crucibulo tecto, igne auctiori liqua, ſtentque in fluore horæ quadrantem circiter, refrigeratæ & in pulverem ſubtilem redactæ maſſæ, aquam pluviam calentem affunde, ac nitri potiorem partem, piſtillo ſæpius agitando, elue, effunde lacteum inde prolectum liquorem, idque itera, donec in fundo nil niſi arenulæ & impuritates, inter colliquandum fortaſſis illapſæ, reliquæ ſint. Emulſiones omnes in vitrum aptum & capax effuſæ, ſtent loco quieto tectæ, donec ſubſideant, tum decantatâ & per emporeticam colatâ aquâ, pulvis candidiſſimus ſiccetur lento ac leni calore, pro antihectico communi ſatis efficaci.

*Nota 1. Variant nonnulli Jovis, reſpectu Reguli, proportionem; nos ipſum authorem, ratione & experientiâ ſuffragante, ſecuti ſumus.*

*2. Antihecticum ſupra dictum, pulvis nempe à ſolutione & edulcoratione dictâ reſtans candidus, antihectici albi nomen & virtutes quadantenus communiter ſuſtinet. Idem denuò in crucibulo mundo candente, igne moderato aliquamdiu reverberatus, colorem ſubcæruleum induit, & hâc formâ Pharmacopœis plerisque placet & uſualis eſt.*

*3. Ab aliis (uti inter illos quodam, ſub nomine Peregrini Domini, verius Kraffi, dicto, diu hic verſante,) prædictus ille pulvis pro vero Antihectico Poterii non agnoſcitur; Verùm illum demum nomine illo dignum volunt, qui poſt edulcorationem ſupra memoratam, ex aquâ dictâ edulcorationis reliquâ, beneficio ſpiritûs, quem Vitrioli Philoſophicum vulgò vocant, à præcipitatione Mercurii Vitæ ſic dicti, aquâ ſimplici aut pluviâ factâ, reſultantis, per præcipitationem acquiritur, inſignem cum* materiâ, *aliis* perlatâ, *dictâ, affinitatem habens.*

*4. Hujus occaſione nonnulli loco prædicti Spiritus Vitrioli Philoſophici, pro præcipitando ex aquâ, cujus mentio modo facta, edulcorationis, pulvere antihectico, utuntur Auri (aquâ Regiâ ſoluti & ſpiritu ſalis armoniaci præcipitati, fulminantis alias dicti,) ſolutione, Spiritus Salis ope acquiſitâ, quâ mediante pulvis præcipitatus, ex albo ad cæruleum aut violaceum potius colorem vergens, per bibulam ſeparandus & ritè edulcorandus, qui illis in uſu eſt eximio. Alii loco ſolutionis hujus ſpiritu ſalis factæ, Solis, Aquæ regiæ beneficio ſoluti, affuſione præcipitant, ac poſt edulcorationem exactam in patellâ terreâ reverberatum, adhibent, & appellant ANTIHECTICUM SOLARE.*

† *Adſcribuntur equidem huic & vulgari Antihectico virtutes inſignes in Phthiſi & Hectica incipiente, ſed per experientiam haud confirmantur: Eſt enim propriè, juxta Celeb. D. D. JUNCKERUM,* in Conſp. Medic. Theoret. Pract. Tab. LXIX. in Cautel. *non niſi Calx adſtrictoria, ex qua vix draſtica corroſiva quidquam ſolvunt, nedum ut in corpore humano operæ pretium faciat; eaque propter eodem facilè carere poſſemus, præſertim horum morborum reſpectu, in quibus etiam* BINNINGERUS *ad* Wepfferum, *illud non ſemper tutum eſſe, jam jam monuit.*

## ANTIMONII CINNABARIS ET BUTYRUM.

℞. Antimonii crudi optimè pulveriſati aut ſuper marmore triti, quantum vis, huic miſce, ſollicitè terendo, Mercurii ſublimati corrſivi ana, inde retortæ vitreæ capacis colli, (ſi vis loricatæ) ſtet in cellâ aut loco frigido & uvido diem unum & alterum, orificio retortæ aperto, tum applicato recipiente capaci, junctûris optimè clauſis, ex arenâ, aut quod melius, balneo ſicco, igne ſenſim graduato, evoca prius Butyrum, ac ſi in collo,

AN.

collo, ob externum frigus, nimium concreverit, & obturationem colli minetur, admotâ cautè prunâ liquefaciendo deſtillationem in vas recipiens promove, ſicque juſto ignis gradu Butyrum omne elice, quod poſtmodum vel digerendo, vel rectificando, in liquorem ſeu oleum reſolve, ac poſtquam Mercurium vivum reſuſcitatum, qui partim in collo retortæ ſuſpenſus, partim cum butyro in recipientem delapſus, ſolicitè ſeparaveris, olei, ſeu butyri Antimonii nomine, ſerva.

Butyri proventu ferè ceſſante, ignem paulatim auge, ſuppreſſionis tandem quoque, impoſitis retortæ deſuper prunis, adhibito, & Cinnabaris aliquotam partem in retortæ collum ſublima. Si verò copioſiorem deſideras, poſtquam oleum ſeu butyrum omne igne moderato exſtillaverit, ignem ceſſa, retortâ refrigeratâ reſiduum exime, in pulverem comminue, ac additâ denuò Mercurii ſublimati portione æquali, ſi vis, etiam arenæ puriſſimæ tantundem (quæ opus haud parum facilitat, dum colliquationem impedit,) adde ac probè miſce, retortæ iterum committe, & igne ab initio gradatim aucto urge, atque Cinnabaris inſignem, imò duplo vel triplo majorem, quàm aliàs ſublimando, quantitatem colliges.

Quam deinde vel ſublimatione iteratâ per ſe factâ, vel triturâ etiam exactiſſimâ, & ſubſequente aliquot, ſex forte aut octo dierum digeſtione, ſæpius repetitis, depurabis & ulterius perficies.

*Nota: Poterit etiam ſublimatione ſulphuris Antimonii cum Mercurio vulgari, modo Ludoviciano, obtineri Antimonii Cinnabaris; ſed uti vix majori compendio, ſic fortaſſe nec inſigni aliquo emolumento: Quod enim tutiorem hanc priori quidam putant, gratis fortaſſe ſit, præſertim ſi prior illa ſublimatione ſit aut digeſtione depurata & exaltata.*

*Nota: Quatuor partes Mercurii ſublimati, ad unam partem Antimonii vix ſufficiunt; quia verò talis miſcela ſub ipſa tritura nimis humida, & quaſi pultacea evadit, ut minus commodè in retortam immitti poſſit; commodius fit, ſi Mercurii ſublimati part. ij. cum Antimonii tenuiſſimè pulveriſati p. j. aſſumantur. Quando verò Butyrum minore ignis æſtu tranſiit, eximatur reſiduum, & denuo cum duplo Mercurii ſublimati optimè ſubactum, tractetur eodem modo. Ita Butyri quoque proventus, priori par, ſequetur. Quod in retortâ remanet, exemtum, in parvâ Cucurbita vitrea ſublimetur, valido igne, quod vel dimidiæ horæ ſpatio abſolvitur. Ita habebitur Cinnabaris optimè rutila.*

† *Alium modum, Cinnabarim Antimonii in majori copia impetrandi, tradit Celeb.* D. D. Joh. Georg. SOMMERUS in A. N. C. Decur. II. Ann. VI. Obſerv. 9. *Jungit nempe Mercur. ſublim. Antimonio in tali operatione ſemel uſurpato anaticâ proportione, hisque addit Cinnabarim Antimonii immaturam, cum reſiduis cinnabarinis recrementis in collo Retortæ repertis; dein ignem admovet per gradus, cum ſuppreſſorio per 8. horas, aut ultra, ſimulque, quantum fieri poteſt, ignis intenſionem, ad excitandum Sulphur Antim. pro Cinnabari ligandâ, maturare jubet, vitando ignem tum violentiorem, ne Butyrum, Mercurius & Cinnabaris præcipiti motu confundantur, tum juſtò remiſſiorem, ne butyri tranſitus retardetur, & Cinnabaris maturitas, aut ipſa ſublimatio, impediatur. Eandem ferè methodum, pro hoc ſcopo impetrando, adhibent etiam ROLFINCCIUS in ſuâ* Chym. in art. form. redactâ, Lib. V. Sect. V. Cap. 6. & *Diſput.* de Antimonio Cap. XVI. *cum* Pet. FABRO Univerſ. Sapient. Lib. IV. Arcan. 5. *item* ETTMüLLERUS Chym. ration. & experim. curioſ. pag. 76. *Incertiorem autem* HOFFMANNUS *in Clave Schræder. pag. 279. proponit, à quibus* SCHULZIUS in Triga Cinnab. cap. VI. & VIII. *diſſentiens, videri poteſt. Conſer. etiam Excellent. D. D.* HOFFMANNI *Diſſert. de* Cinnabari Antimonii, *Ao. 1681. d. 7. Maj. Jenæ habita; item* A. N. C. Dec. I. Ann. III. Obſerv. 105.

## ANTIMONIVM DIAPHORETICVM chalybeatum, ſeu Martiatum.

℞. Antimonii crudi ſubtiliſſimè pulveriſati, &
Limaturæ Chalybis aut ferri ſubtiliſſimæ ac puriſſimæ, partes æquales.
Nitri optimè depurati triplum reſpectu totius.

Miſce conterendo exquiſitè, tum ſuc-

AN.

ceſſivè in crucibulo forti & valdè capaci ignito, paulatim & per vices detona, expectando ſemper, donec antecedens ab ebullitione ceſſaverit & liquefactum fuerit: Admodum enim ebullit; ac niſi cautè ac tardè proceſſeris, atque crucibulum ſatis ſit capax, efferveſcendo regurgitat. Cave ergò, ne oleum perdas & operam, nève carbonum quid in crucibulum incidat, Regulum alioqui loco diaphoretici nanciſceris. Ubi omne detonuerit, crucibulum exactè tege, ac ignem auge, donec inſtar aquæ fluat, ſicque per quadrantem horæ, ac diutiùs, ſi potes, in fluore ſerva, tum in mortarium ferreum mundum & calefactum infunde, ac induratum piſtillo, etiam calente, comminue quam potes minutiſſimè, poſtea aquâ fervidâ ſalſedinem Nitri aliquatenus elue ac edulcora, tandemque ſiccatum ſuper marmore læviga. Eodem propè modo etiam, loco Martis Jovem Anglicum ſumendo, paratur DIAPHORETICUM JOVIALE dictum.

† *Hanc ipſam ſatis compendioſam* Antimonii cachectici, *ſeu* martiati, *præparationem, Celeb. b. m. LUDOVICI* in A. N. C. Dec. I. Anno VIII. Obſerv. 65. *jam-jam communicavit, ſimulque notavit, quod ſcoriæ circa oras crucibuli hærentes, minus calcinatæ, ac ſurgentibus floribus Antimonii infectæ, probè ſeparandæ & rejiciendæ ſint, ne abinde medicamentum ipſum depravetur. Ratione virtutum illud in Eryſipelate, Cachexiis, Ictero, & præcipue ipſâ Dyſenteriâ malignâ, &c. ſub methodicâ cum aliis applicatione, ſufficienter ſua præſtiturum, certò pollicetur.*

*Not. Ad mentem Ludovici & Stahlii hoc-ce medicamentum tutius conficitur, ſi Ferri in crucibulo candeſcentis part. j. Antimonii crudi pulveriſati part. ij. ſucceſſivè admiſcentur, & inter liquandum continuò ſpatulâ ferreâ agitantur, quâ encheireſi prohibetur, ne regulus in fundo ſubſideat, ſed ferrum omninò cum antimonio in ſcorias reſolvatur; quibus exemtis & in pulverem redactis, Nitri triplum permiſcetur, mixtum in crucibulo detonatur, ſucceſſivè illud immittendo, poſtea aliquantulum calcinationi committitur, & exemtum â ſale per elixationem liberatur &c.*

*Paratur etiam â nonnullis ex Reguli Antimonii Martialis parte I. Nitri p. III. aut IV. detonando & edulcorando.*

## ANTIMONIUM DIAPHORETICUM SIMPLEX.

℞. Antimonii crudi optimæ notæ, partem unam.
Nitri puriſſimi ſubtiliſſimè pulveriſati & benè ſiccati, partes tres.

Conterendo miſce exactè & in crucibulo capaci ignito detona ſucceſſivè, ubi omnis materia detonuerit, crucibulum ritè tege, ne quid carbonum illabatur, tum aucto igne, ſuper impoſitis etiam crucibulo prunis, intenſo, calcina per dimidium unius horæ, liqua, ac in fluxu aliquantisper, & quamdiu poteris, ſerva; Cave autem, ne nitrum *fluens*, crucibulum perforando, jacturam materiæ, temporis, laboris ac impenſarum pariat: Quamprimum igitur extra crucibulum flammam ſolitò lucidiorem in ipſius ambitu animadverteris, aufer ab igne crucibulum ocyùs, & uti ſupra dictum, in mortarium ferreum mundum calefactum effunde, ac ubi induruerit, mox piſtillo calido in pulverem reduc, edulcora ac ſerva. Sic unicâ operatione Antimonium diaphoreticum ſatis efficax ac tutum nanciſceris.

*Amant quidam & laudant, quod infra, ſub titulo Specifici Stomachici, videre poteris, minus edulcoratum præ edulcorato, ob inſignes, quos experientia illorum comprobat, effectus.*

† *Dantur equidem Medicorum quidam, qui in præſcriptione & propinatione hujus Antimonii diaphoretici nimium quantum ſcrupuloſi ſunt, atque cauſam ſubſecutorum poſt ejus uſum Vomituum & auxietatum præcordialium, unicè in hoc medicamentum transferunt, adeoque non niſi recentiſſimum, vel denuo calcinatum, exhibere volunt. Aſt, cum ipſe modo memoratus Celeb. b. m.* LUDOVICI *in* Pharmacia ſua p. 260. *teſtatur, ſe pulverem hunece legitimè præparatum, nunquam non inſontem tutiſſimumque,* etiam poſt quadriennium, *deprehendiſſe, meritò exinde concludendum erit, quod vel inter elutriationem flores ſuperſtantes nauſeaque autores, una com-*

AN.

*commixti fuerint, aut tornâ detonationis repetitione (qvæ qvibusdam solennis est,) particulas qvasdam ferè intactas remansisse, vel etiam inter elutriationem, Reguli, interdum simul provenientis, grana qvædam pistillo contrita, vel denique Antimonium hoc, ob nimis hyperbolicam commendationem, in* vehementioribus febribus malignis, *aliàs cum Vomitibus, aut saltem nauseâ, facillimè exasperandâ, complicatis, indifferenter propinatum fuisse. Qvod vero qvandoqve hoc Antimonium effectum etiam alexipharmacum satis exqvisitum & laudabilem exhibuerit, testantur exempla illa notabiliora, à Celeb. b. m. D. D.* VOLCKAMERO *in* A. N. C. Dec. II. Ann. II. Observ. 190. *recensita, de periculoso Mercurii usu Antimonio diaphoretico emendato. De virtute ejus antipleuritica & carminativa vid. Magnif. b. m.* WEDELII *observatio, in* A. N. C. Decur. I. Ann. III. Obs. 72. *qvi etiam cautelas qvasdam, circa medicamenti hujus genuinam præparationem observandas, ibidem adjecit.*

## ANTIMONII FLORES.

Varii sunt, alii per sublimationem, more communi, in cucurbitâ terreâ aut vitreâ bene loricatâ, igne aperto gradatim, sed cautè admodum administrato, ne nimis intendatur atque Antimonium præmaturè fundatur, sic albi, flavi, ac rubri flores sublimantur, seorsim solicitè colligendi, & in usus quique suos servandi. Qui labor, nisi instituatur in cucurbitâ infernè tubulatâ, ut folle aut spirone adhibito sublimatio promoveri queat, id quod ipsum quoque cautione singulari indiget, tædiosus est admodum & ancipitis eventûs.

Alii, admixto Sale armoniaco depurato, parantur sublimando rubri. Alii per solutionem fiunt & præcipitationem magis fixi: Solvendo nimirum Antimonii subtilissimè pulverisati unciam unam, in unciis tribus spiritûs nitri bezoardici, (infra in bezoardico minerali docendi,) digerendo leni calore horas viginti quatuor, donec Antimonium in fundo vitri appareat albissimum. Tunc affusâ sæpiùs spiritui nitri bezoardico aquâ destillatâ, aut aliâ limpidissimâ, eluitur albedo quædam lactea, â residente in fundo vitri pulvere flavescente, iteratò decantando, separanda, donec non amplius lactescat aqua. Lactei illi prolecti liquores omnes confundantur

AN.

in vitro puro ac quiescant aliquantisper, & separabitur pulvis albissimus, qui pro floribus Antimonii fixioribus venditatur.

Commodius autem per aludelia sibi invicem superimposita, citò satis & in magnâ copiâ parari possunt.

† *Rarissimè in Medicinâ adhibentur hi flores, ob drasticam mimicque securam suam qualitatem: Secundum diversitatem præparationis enim qvidam emetici, & qvidam diaphoretici & anodyni simul sunt, horumque hi fixiores, illi vero volatiliores existunt. Fixiores issi in* Tinctura *sic dictâ* Antimonii siccâ Crollii, *mediante Sale ammoniaco paratâ, imprimis se exserunt; volatiliores verò in reliqvis diversorum colorum floribus occurrunt, ubi subtilissimæ & maximè volatiles Antimonii crudi partes liberantur ex impedibus partium terrestrium, unde dein admodum drasticè & violenter operantur, ægrosqve gravissimè turbant, nisi forsitan prudenter antea corrigantur. De Apoplexia lethali & validissimo Ptyalismo per incautum florum Antimonii usum excitato, vid.* A. N. C. Dec. I. Ann. III. Obs. 270.

## ANTIMONII MERCURIUS.

Hic loci audit Mercurius in præparatione prædicti Butyri Antimonii resuscitatus, aliquod, utut exiguum accessorium incrementum ab Antimonio mutuatus. Cui auctarium accedere potest, si Antimonium â destillatione primâ post sublimatam Cinnabarim, ê retorta extrahatur, eique in pollinem redacto pars ad minimum æqualis, aut dupla potius, Calcis vivæ vel limaturæ Martis misceatur, atque rursus destillationi ex retortâ, igne gradatim, ad suppressionis usque & candescentiæ gradum adhibito, subjiciatur, tum enim Antimonii sulphur arrepto Marte saturatum, aut â Calce vivâ subactum, Mercurium penè omnem dimittit, qui tamen Mercurii Antimonii nomen gratis sibi vendicat.

Aliàs Mercuriorum Antimonii parandorum infiniti ferè, tam in Tyrociniis Chymicis, quam aliis Autoribus, commendantur processus, haud æquè omnes tum promissis Autorum, cum votis ac desideriis laborantium respondentes; adeò, ut inter non entia ab incredulo illo Udene Udenis, ut & magni aliàs nominis Rolfinckio, sit relatus, pro

AN.

merito tamen suo à Becchero & Lancellotto vindicatus, cujus posterioris processum, quem in epistola ad Curiosos satis fideliter communicat, cui sequi volupe erit, operosum quidem, genuinum tamen, si exactè eum secutus fuerit, reperiet.

† *Extat hæc Epistola* Dec. I. Ann. III. Observ. 59. *in qvâ* LANGELOTTIUS *demonstrat, quomodo solius trituratio nis ope verus Antimonii Mercurius majori in copiâ, quam ullâ aliâ ratione, obtineri queat. Alium quoque modum genuinum, talem Mercurium parandi, in* Lazari Erckers Probier-Buche, *ultimæ Editionis, extare adseverat* ETTMüLLERUS *in* Colleg. Pharmaceut. in Schrœder.

## ANTIMONII REGULUS MARTIALIS.

℞. Chalybis frustulorum, calami scriptorii crassitiem ac dimidii digiti longitudinem non excedentium, aut fragmentorum clavorum, qvibus tegulæ, aut soleæ equorum affiguntur, uncias quatuor. Inde crucibulo valido satis capaci, ac igne intenso furni anemii, aut follibus aucto, urge ut candescant, quibus tum adde Antimonii crudi, grossè, avellanarum ad instar comminuti, uncias novem, liqvescant una, liquatis cochlear unum alterumve Nitri purissimi ac siccissimi injice, ac ubi aquæ instar fluxerint, in conum effunde, bacillo ferreo identidem leniter percutiendum, quò in fundum secedat Regulus, quem refrigeratum â scoriis separa, & in pulverem redacti singulis unciis, singulas drachmas nitri pulverisati siccissimi atqve purissimi misce ac colliqua, idque separatis scoriis denuo repete, sic Regulum obtinebis Martialem, optimè depuratum, &, si encheiresi accuratâ processeris, primâ fusione stellatum.

† *Dubium utiqve est, an ad Medicamentorum Antimonialium & in specie hujus Reguli martialis præparationem, specialis qvidam Astrorum influxus & certum Constellationis tempus subinde sit observandum. Affirmant eqvidem* KERCKRINGIUS & PANTHALEON *in* Tumulo Hermet. pag. 24. *medicamenta ex Antimonio, ut sunt Regulus, Antimon. diaphor. Vitrum & similia, optimo cum successu parari Sole & Luna existentibus in signis* ♌ & ♑, *hujusqve asserti veritatem ex eo probare nituntur, qvod Vitrum Antimonii, si fundatur tempore sereno, aere placido absqve pluvia, ventis & turbulentia, oriatur perspicuum & pellucidum: Si obscuro tempore, flatulento, &c. simile vitrum, etiamsi vel centies fundatur, semper esse obscurum & opacum. Item si regulus fundatur tempore sereno, statim apparituram esse in superficie figuram planam stellæ; sin vero tempore nubilo & obscuro fundatur regulus, ne vestigium qvidem illius stellæ apparere. Porro in sublimatione & rectificatione Cinnabaris Antimonii, si tempus sit serenum & Vitrum pellucidum ac clarum, Cinnabarim elegantissimi acqviri coloris; si vero nebulosa fuerit constitutio aeris, etiam Cinnabarim esse obscurioris coloris. Sed negant hoc, non sine ratione,* WEDELIUS in Pharmac. p. 171. HOFFMANNUS *in* Clave Schrœder. pag. 295. & BOYLE in Tentam. pag. 75. *Minus enim stricte hæ universaliores causæ ad specialissimos hos effectus alligandæ videntur. Cæterum plura circa hujus Reguli præparationem notanda extant in Illustris* STAHLII Opusc. Chym. Phys. Med. p. 498. *sqq. ubi enchireses & rationes Reguli Antimonii stellati fusius tradit.*

## ANTIMONII REGULUS SIMPLEX.

Eâdem, quâ Martialis, encheiresi fit, Marte omisso, ac Nitri loco pulvere, qui Docimastis *fluoris nigri* nomine venit, è Tartari partibus duabus & Nitri parte unâ mixtis & detonatis parato, proportione æquali mixto.

## ANTIMONII REGULUS MEDICINALIS.

Vide infra Febrifugum Cranii.

## ANTIMONII VITRUM.

Fit calcinando Antimonium subtilissimè prius pulverisatum, in sartagine plani fundi terreâ, non vitreatâ (qvod optimum, ferro enim facilè adhæresci, difficulter separandum,) aut ferreâ, rudiculâ ferreâ continue, ne in grumos concrescat, movendo & agitando, donec nullum amplius emittat fumum, ac in pulverem gryseum, aut ex fusco albicantem, redactum fuerit; tum in crucibulo exactè tecto, igne satis intenso follium, liquescat celeriter, donec aquæ instar fluat, hinc in pelvim æneam planam infundatur, & ubi indurverit in frusta comminuatur.

Nota

AN.

*Nota 1. Si inter calcinandum grumeſcat, quod (niſi indefeſsè & ſolenter id rudiculâ agites, igne intenſiori, præſertim ab initio,) facillimè contingit, ceſſa ignem, & refrigeratum denuò pulveriſa, tere, ac majori adhibito ſtudio agitando porrò calcina.*

*Not. 2. Iisdem circumſtantiis adhibitis vitrum Antimonii ex regulo paratur, elegans valdè & ut plurimum magis pellucidum. Minori inſuper negotio ex crudo antimonio, absque calcinatione præmiſſa, vitrum conficitur, ſi nimirum duplum vel triplum boracis ei admiſcetur & fuſioni fortiori & diuturniori committitur, donec hamulo ferreo portio quædam exempta, poſt refrigerationem pellucioditatem deſideratam monſtret.*

*Nota 3. Utut vitrum pellucidum præ cæteris ſe commendet, parum tamen ipſius obſcuritas virtuti derogat, dummodo ſatis fuerit calcinatum. Interim ſi elegantèr transparens deſideres, cœlum pro labore hoc elige ſerenum, aut inter liquandum ſulphuris parum aut Nitri adjicias. Alii vitrum obſcurum denuò tritum, ut ante movendo calcinant, rurſusque liquant, idque bis terve repetunt, donec voto reſpondeat; Quod ſi ne ſic quidem ſatis transpareat, ſubtiliſsimè tritum ſpiritu æruginis ſuperaffuſo per dies & noctes quatuordecim digerunt ac tincturam extrahunt, ſed virtute ſimul emeticâ potiori ſpoliant, ſiccatum vitri pulverem reſiduum, denuò crucibulo tecto inditum, igne follium intenſo liquant, in vitrum optimè transparens hyacinthini coloris. Tincturam extractam ſuis uſibus ſeorſim ſervant.*

† *Vitri Antimonii virtutem emeticam eſſe inexhauſtam, Chymici uno ore confirmant omnes, nec unquam de iſta hujus medicamenti facultate dubitatum fuit. Inde calix ex Vitro Antimonii vomitorius Rulandi omnibus ſat notus; neque annulus ex particulis Reguli Antimonii præparatus, incognitus eſt, ut centena alia, vim iſtam emeticam Vitri Antimonii declarantia, jam ſilentio præteream. Nihilo tamen minus aliquando hoc medicamentum in vomitibus excitandis expectationi ſuæ ex voto non reſpondiſſe teſtatur GRUBELIUS in* A.N.C. Dec. III. Ann. V. & VI. Obſerv. 52. *dum nempe Infuſum emeticum ex gr. IV. Vitri Antimonii cum Uncia una & ſemis Vini generoſi paratum, quod biduo ante in alio ſubjecto*

AP.

*quinque provocavit Vomitus cum Εὐφοίᾳ, in ipſo ne conatum quidem vomendi, multo minus tormina ulla, aut aliquid ſiniſtri produxit. Adeoque etiam in medicamentis certiſsimis Medicus incertus ſæpe eſt, utrum & quomodo operationem ſuam exhibitura ſint.*

## APRI DENTES PHILOSOPHICE CALCINATI.

Calcinandi modum vide ſupra in Cornu Alcis philoſophicè calcinato deſcriptum.

## AQVÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

Harum deſtillandarum ratio Pharmacopæorum fidei ac dexteritati meritò relinqvitur; hoc unum tantum monendo, ut conſcientiæ rationem habeant, nec aqvæ communis nimium ſint in deſtillationibus Vegetabilium prodigi.

### AQUÆ SIMPLICES SPIRITUOSÆ v. gr. AQVA CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi acuti, libram unam, Vini Rhenani, vel Gallici, libras ſedecim.
Spiritus Vini Gallici, libras duas.
Infunde per noctem unam & alteram, vaſe bene clauſo, poſtea deſtilla lege artis ex arenâ, igne moderato.

### AQVÆ COMPOSITÆ.

Circa aqvas compoſitas in anteceſſum notandum, ut ad illas, qvæ Spiritum Vini reqvirunt purum ritcqve dephlegmatum, minimè verò ab Eſſentiis, Extractis, Tincturis ac Solutionibus aliis abſtractitium, qvalitatibus ſpecierum, qvibus adhibitæ, peregrinis fortè inqvinatum, adhibeant Pharmacopœi, ne aqvis hâc ratione qvalitatem alienam, adeoqve effectui illarum deſiderato noxam aliqvam imprimant, & medicantis intentionem eatenus turbent aut intervertant.

### AQVA ALEXIPHARMACA.

℞. Cornu Cervi raſpati, uncias duas.
Santali citrini,
Radicum Angelicæ,
Vincetoxici,
Morſus Diaboli,
Tormentillæ,
Biſtortæ, ana drachmas duas.

℞. Zedoariæ, drachmas duas ſemis.
Foliorum Scordii,
Galegæ,
Foliorum Scabioſæ,
Florum Roſarum rubrarum, ana manipulum ſemis.
Calendulæ,
Borraginis,
Buglosſi,
Papaveris Rhœados, ana pugillos duos.
Seminis Citri,
Carduibenedicti,
Napi,
Aqvilegiæ,
Acetoſæ,
Baccarum Juniperi, ana drachmam unam ſemis.
Corticum Citri extimorum recentium, unciam ſemis.
Camphoræ,
Ligni Aloës, ana drachmam ſemis.
Succi Citri recentis, libram unam.
Aceti Roſacei, libras duas.
Conciſa & contuſa infunde, ſtent vaſe clauſo biduum aut triduum in loco calido, dein deſtilla Maris balneo.

*Not. Quid virium Cornu Cervi raſpatum huic aquæ largiri poſſit ignoramus, tanto magis cum neque Spiritus, nec Sal volatile per ignem balnei expellantur. Parvanitas eſt in Santalis, Rad. Tormentillæ & Biſtortæ, ut & Sem. Citri, Card. b. Acetoſæ, item Succo Citr. pro deſtillatione in Balneo &c.*

## AQVA AD MEMBRA TABIDA.

℞. Cor, Sanguinem & Jecur vituli, ut nonnullis videtur, nigri,
Herbæ Salviæ minoris, manipulos duos.
Incidantur minutiſſimè & ê Balneo deſtillentur, huic deſtillato adde
Herbarum Salviæ, manipulum unum.
Rorismarini, unciam unam.
Florum Lavendulæ,
Hyperici, ana unciam ſemis.
Spicæ Celticæ, unciam unam,
Seminis Erucæ, unciam ſemis.
Galangæ,
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum,
Piperis longi, ana unciam unam.
Incidenda incidantur, quibus affunde ſuperius deſtillatum, &
Vini Malvatici menſuram unam ſemis, ſtent infuſa octiduum loco calido, tunc deſtillentur Balneo Maris, deſtillato liqvori adde Moſchi drachmam ſemis.

## AQVA ANHALTINA.

℞. Terebinthinæ, libram ſemis.
Thuris maſculi, unciam unam.
Ligni Aloës, uncias tres.
Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti,
Cubebarum,
Florum Anthos,
Galangæ,
Granorum Maſtiches,
Nuciſtæ, ana drachmas ſex.
Croci Orientalis integri, drachmas duas cum ſemiſſe.
Baccarum Lauri,
Seminis Fœniculi, ana unciam ſemis.

Pulveriſata infundantur in Spiritûs Vini libris qvinqve, digerantur per dies ſex, tandemqve, additis Moſchi in petiâ ligati & alembici roſtro impoſiti, granis qvindecim, deſtillentur lentiſſimo balnei calore. Qvod clarum eſt, ſeparetur â turbido & ſeorſim ſervetur.

† *Si pro fœminini ſexûs ſubjectis paranda eſt hæc Aqua Anhaltina, omittendus erit Moſchus, quoniam eundem ut plurimum aegerrimè ferunt, & tunc vocatur illa* incompleta. *Continet interim vires ſatis inſignes in ſtomacho roborando & appetitu excitando, flatulentia, Colica & Menſibus ſuppreſſis. Externè adhuc crebrior eſt ejus uſus in Catarrhis & doloribus à cauſa frigida obortis, Paralyſi, Apoplexia, Vertigine, Tremore artuum, &c. ſi parti affectæ probè infricetur.*

## AQVA ANTIFEBRILIS.

℞. Extracti Radicum Imperatoriæ,
Aſari,
Pimpinellæ,
Enulæ,
Calami aromatici,
Herbarum recentium Argentinæ,
Centaurii minoris,
Carduibenedicti,

Scor-

V Anhaltina zdum Wittenb.

℔. rd. Galangae minoris fl. Anthos à ℥ij
Sm. ~~Anis~~ Foenicul. Bacc. Lauri à ℥ß
Caryophyllor. Cubeb. Nucum moschat.
Cinamom. Mastich. à ℥j. Thuris ℥ß
Therebinthin Vent. lbn.ß

fiat pulverem contrita infundantur in spiritus vini rectificati Libris quinque et digesta ℔ dies sex addita aquae fontanae libra una destillentur lenissimo balnei calore, librae quinque

usus.

Externe in catarrhis, paralysi, vertigine, Syncope ventris tormini bus locum invenit. Interne pro circumstantiarum ratione ℥ß.

ist mit besten Nutz durch die ganze
der obigen mit Mastix Terpentin mussten
zu fordersatt in einem Destillirten spiritu
aufgelöst werden, auf die andere ungedistil-
lirte nie mit spiritus vini gegossen und
alsdenn zu brennen destillirt werden.

AQ.
Scordii, ana unciam semis.
Radicum Diptamni albi,
Zedoariæ,
Galangæ,
Gentianæ, ana drachmas duas.
Seminis Carduibenedicti, unciam unam semis
Florum Chamomillæ, pugillos duos.
Aquæ radicum Scorzoneræ,
Centaurii minoris,
Veronicæ,
Cuscutæ,
Scordii, ana libram semis.
Vini Carduibenedicti, libram unam.
Stent per diem & noctem infusa in alembico benè clauso, loco calido, post adaptato recipiente, junctu ris solicitè clausis, igne lento destillentur.
Ex residuo fiat, ut artis est, Extractum antifebrile suo loco reperiundum.

## AQVA ANTIPHTHISICA.

℞. Cor, hepar & pulmonem vituli, (haud absqve omni superstitione) nigri, recens mactati: His parum vase clauso coctis, minutissimè concisis, in cucurbitâ vitreâ adde:
Radicum Symphyti majoris, uncias quatuor.
Tussilaginis, uncias duas.
Liquiritiæ, unciam unam.
Chinæ,
Cinnamomi acuti, ana unciam semis.
Scobis Ligni sassafras, unciam unam.
Herbarum Tussilaginis,
Scabiosæ,
Veronicæ,
Pulmonariæ,
Marrubii albi cum floribus,
Salviæ minoris, ana unciam semis.
Florum Violarum,
Buglossi,
Papaveris erratici,
Bellidis minoris hortensis rubræ, ana drachmas tres.
Medullæ panis triticei, libram semis.
Aquæ Plantaginis,
Borraginis,
Buglossi,
Hederæ terrestris,
AQ.
Tussilaginis,
Veronicæ, recens destillatarum, ana libram semis.
Stent infusa biduum, post adde
Lactis caprini libras quatuor,
Sangvinem porcelli unius,
Fiat tandem ê Maris balneo destillatio, ut artis est.

## AQVA ANTIPODAGRICA.

℞. Contenta ventriculo Cervi, si recens haberi possint,
aut ejus defectu Bovis recens mactati,
Spermatis Ranarum, ana partes æqvales.
Misce & alembico vitreo, balneo Maris, calore moderato, destillentur,
Destillatum loco frigido, pro fovendâ parte affectâ, servandum.
Qvibusdam pro summo arcano habetur, proximâ affinitate aquæ florum omnium juncta.

## AQVA ANTISCORBVTICA DORNCRELLII.

℞. Radicum Raphani sylvestris acerrimi, libras qvatuor.
Polypodii qvercini mundati & selecti, unciam unam semis.
Corticum radicum Capparum, drachmam semis.
Herbarum Absinthii Romani,
Cuscutæ,
Epithymi,
Florum Violarum,
Borraginis,
Buglossi,
Rosarum, ana drachmam unam.
Seminis Fœniculi, unciam unam.
Cardamomi, uncias duas.
Croci Orientalis, drachmam unam.

Radices Raphani incidantur in orbiculos tenuissimos, reliqva pulverisentur & infundantur in Vini Rhenani albi generosi libris sedecim, stent in infusione loco calido per octiduum, vase qvotidie semel atqve iterum agitato, dein adde
Seri lactis caprini, libram unam semis.
Aqvæ Cochleariæ,

AQ.

Anagallidis aqvaticæ,
Naſturtii aqvatici, ana libram unam ſemis.
Chamædryos,
Fumariæ, ana libram unam.
Miſceantur & deſtillentur igne convenienti, ê balneo maris.

*Nota: Aquæ Fumariæ, quam Author requirit, compoſitæ, ſimplicem ſubſtituimus, ob incongruum plurimorum deſtillationi minus aptorum ingredientium additamentum. Illorum, quæ virtutem aliquam promere, atque huic compoſito communicare poſſunt, doſin convenientem prioribus ſpeciebus addendo.*

## AQVA ANTISCORBUTICA OFFICINALIS, SEU TEMPERATA.

℞. Herbarum omnium recentium
Acetoſæ,
Agrimoniæ,
Beccabungæ,
Chelidonii minoris,
Cichorii,
Cochleariæ,
Cuſcutæ,
Fumariæ,
Trifolii aqvatici,
Veronicæ, ana manipulos tres.

Inciſæ miſceantur, ſuperfuſis aqvis earundem propriis, ana ſufficienti qvantitate & per balneum maris deſtillentur ad ſiccitatem.

## AQVA APOPLECTICA LANGII.

℞. Radicum Ariſtolochiæ rotundæ,
Calami aromatici,
Iridis Florentinæ, ana unciam unam ſemis,
Herbarum Ivæ arthriticæ,
Majoranæ,
Florum Rorismarini,
Primulæ veris, ana manipulum unum.
Seminis Fœniculi,
Pœoniæ,
Sileris montani, ana drachmam unam.
Ligni Aloës, drachmas duas.
Gummi Juniperini,
Myrrhæ,

AQ.

Opopanacis,
Sagapeni, ana drachmam unam ſemis.
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Nuciſtæ, ana drachmas tres.
Cardamomi,
Cinnamomi, ana drachmas duas.
Piperis longi, drachmam unam.
Contuſa infundantur in
Aqvæ Betonicæ,
Florum Tiliæ,
Herbæ Paralyſeos,
Salviæ, ana librâ unâ.

Stent infuſa octiduum, tum leni arenæ calore, vaſis vitreis, deſtillentur.

*Nota: Specierum aliàs huic compoſitioni addi ſolitarum loco, eorum, quæ deſtillationi apta, ingredientium, aromatum præſertim, doſin proportionatam ſubſtituimus.*

## AQVA APOPLECTICA CUM MOSCHO & SINE MOSCHO.

℞. Vini Malvatici, vel Hiſpanici generoſi, libras ſex.
Spiritus Vini aniſati, rectificati, libras octo.
Ceraſorum nigrorum, libras duas
Aqvæ Liliorum convallium ſine additamento, balneo vaporoſo elicitæ, libram unam.
Qvibus immergantur ſucceſſivè, ſuo qvæqve tempore, ſubſequentia:
Radicum recentium Pœoniæ, unciæ duæ.
Doronici veri, unciæ duæ ſemis.
Cyperi rotundi, uncia una.
Zedoariæ, uncia una ſemis.
Herbarum recentium
Baſilici,
Betoniæ,
Calaminthæ montanæ,
Hormini,
Majoranæ,
Menthæ odoratæ,
Pulegii,
Rorismarini,
Salviæ,

Ser-

℞ antiscorbutica zdum Wirtemb.

℞. Hb. recent. Acetosae nummularia
Beccabunga Bellidis
Charefolii Fumaria
trifolii fibr. Veronic à ℥viii
fructuum Rubi idaei tbj.
succos misceantur superfusis aquae fon-
tanae tb. quindecim destillentur atque
Libra sex eliciantur.

℞ Apoplectica ming
Spirituosa zdum Wirtemb.

℞ Hb. cum fl. Salviae ℥viii
Majoranae Serpilli à ℥j.
fl. Lil. convall. ℥iij Lavendul.
Anthos ℥ij
Cinnamom. ℥ij ß. Cubebar. ℥ß.
Caryophyllor. ℥ij Macis ℥ij
vini albi generosi tb duodecim
macerata ℞ triduum effectis
ad dimidiae partis remanentiam
Aquae hujusmodi in apoplexia, quam so-
joream vocant interne sumtae non
conveniunt, externe a. ad partes debi-
litatas roborandas et ad odorandum praecipue adhibentur. In morbi
vero a causa frigida orti, Colica flatulenta, ventriculi debilitas
a ℥ij ad sex vel ℥j. cum effectu propinari possunt

AQ.

Serpilli,
Thymi florentis, ana unciæ qvatuor.
Florum recentium Acaciæ,
Cheiri,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Paralyseos,
Pœoniæ,
Tiliæ,
Tunicæ, ana unciæ tres.
Seminis Coriandri, uncia una semis.
Cardamomi minoris, non enucleati, sed selecti, unciæ duæ.
Cubebarum, uncia una semis.
Cinnamomi optimi, unciæ sex.
Caryophyllorum, unciæ duæ.
Nucum Moschatarum, unciæ tres.
Baccarum Juniperi,
Lauri, ana unciæ duæ.
Ligni Rhodii,
Santali citrini, ana uncia una semis.
Aloës optimæ, uncia una.
Corticum Aurantiorum, recentium extimorum,
Citri recentium exteriorum, ana uncia una semis.

Tandem omnia Spiritûs Vini Gallici qvantitati sufficienti dies aliqvot infusa, destillentur balneo vaporoso ad siccitatem ferè specierum, ac destillans inde Aqva pro Apoplectica simplici, seu sine Moscho, servetur. Qvam, si cum Moscho volueris, rostro capitelli impositis:

Ligni Aloës optimi, incisi, drachmâ unâ.
Ambræ gryseæ drachmâ semis.
Moschi optimi Orientalis, scrupulo uno.

Destilla ac absolutâ destillatione in vitris optimè clausis serva. Utraqve nobis, cum sexus muliebris, paucis exceptis, Moschum & Ambram abominetur, officinalis est. Itaqve media hujus infusi ac destillati pars illis imbui, sicqve compleri solet.

Residuum â destillatione, affuso convenienti liqvore, de novo destillari potest, pro Aqvâ apoplecticâ secundariâ.

AQ.

## AQVA APOPLECTICA PAUPERUM.

℞. Florum suo tempore collectorum,
Liliorum Convallium rore madentium,
Primulæ veris,
Tiliæ, ana manipulos duos
Anthos,
Lavendulæ cum foliis,
Thymi, ana manipulum unum.
Zedoariæ, drachmas sex,
Macis,
Caryophyllorum,
Cardamomi minoris,
Cinnamomi, ana drachmas tres.

Infundantur in Vini albi generosi & spiritus vini aut saltem frumenti rectificati, ana ad eminentiam sex digitorum, digerantur octiduum in cucurbitâ optimè clausâ, postea lege artis destillentur.

## AQVA ARTHRITICA.

℞. Radicum Pœoniæ, unciam semis.
Cyperi rotundi,
Iridis Illyricæ,
Pyrethri, ana drachmam unam semis.
Herbæ Betonicæ,
Ivæ Arthreticæ,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Pulegii,
Salviæ, ana manipulum unum.
Rorismarini, manipulos duos.
Florum Lavendulæ,
Spicæ nostratis,
Stœchados Arabicæ, ana pugillos tres.
Chamomillæ Romanæ,
Sambuci,
Verbasci, ana drachmas sex.
Caryophyllorum aromaticorum drachmas duas.
Cinnamomi electi, unciam semis.
Cardamomi,
Cubebarum, ana drachmam unam semis.
Nucis Moschatæ,
Baccarum Juniperi, ana drachmas sex.

AQ.

Lumbricorum terreſtrium â ſordibus mundatorum, manipulos duos.

Inciſa & contuſa infundantur in Spiritûs Vini rectificati, libris ſex.

Stent in infuſione octiduum, poſtea deſtillentur balneo maris, ut artis eſt.

†. *Conducit hæc aqua, maximè uſu externo, membris tremulis, paralyticis ac pareſin ê Colica perpeſſis, juncturis etiam virium jacturam reſarcit, nervos roborat, & frigidis articulorum morbis opitulatur, ſi ſæpius, præmiſſa frictione cum linteaminibus calidis, applicatur.*

## AQVA ASTHMATICA.

℞. Radicum Enulæ, uncias duas,
Iridis Florentinæ,
Bryoniæ recentis, ana unciam unam ſemis.
Angelicæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana unciam ſemis.
Calami aromatici,
Liqviritiæ raſæ,
Petroſelini, ana uncias tres.

Herbarum Calaminthæ,
Capillorum Veneris,
Hyſſopi,
Marrubii,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis,
Veronicæ, ana manipulum unum.

Seminis Fœniculi,
Nigellæ,
Urticæ, ana unciam unam ſemis.

Florum trium cordialium, ana manipulum ſemis.

Caricarum pinguium, numero ſeptem.

Jujubarum, numero quindecim.

Inciſa & contuſa infunde in Vini Rhenani libris quinque per biduum loco calido, deinde adde:

Aquæ Aniſi cum Spiritu Vini paratæ, libras tres.

Hyſſopi.
Marrubii,
Scabioſæ,
Veronicæ, ana libram unam ſemis.

AQ.

Fiat ſecundum artem deſtillatio ê balneo maris.

*Nota: Caricæ & Jujubæ parum admodum aut omninò nihil huic deſtillato contribuunt, mucilaginoſa ipſorum dulcedine alembicum haud tranſcendente, ſed in reſiduo manente; mori tamen hic parendum fuit.*

## AQVA ASTRINGENS PANIS vulgò dicta.

℞. Medullæ panis albi triticei, uncias tres cum ſemiſſe.

Nucis Moſchatæ, unciam unam ſemis.
Radicum Tormentillæ, unciam unam.
Raſuræ Cornu Cervi, unciam ſemis.
Vini rubri optimi validè aſtringentis, menſuram unam ſemis.

Infuſa deſtilla ut artis eſt, vitro idoneo, igne lento ſufficienti.

*Nota: Extractum è reſiduo, aut eſſentia, hujus deſtillati beneficio, loco menſtrui adhibiti, ritè & ex arte facta, cum ejusdem proportione debita ac convenienti doſi vehiculi loco propinata, indicationi, dubio omni remoto, magis conveniret & intentioni medentis ſatisfaceret.*

† *Commendatur & uſurpatur hæc Aqua inprimis ad ſiſtendas Diarrhœas & Dyſenterias, unde etiam à* JUNGKENIO *in* Lexic. Pharmaceut. Part. II. p. 31. *ſub titulo* Aquæ contra Dyſenteriam *deſcribitur, debilioris autem eſt virtutis, adeoque ita ſimpliciter propinata non niſi in ſenſibilioribus forſitan aliquid proficiet. Quod ſi vero Eſſentia cum hâc Aqua ex ejusdem ingredientium Extracto ſ. a. parata vel ſolitariè ad Drachmam unam, vel cum ejusdem Aquæ Unciâ unâ, loco vehiculi addita, propinetur, utique, præmiſſis tamen præmittendis, etiam in robuſtioribus ſubjectis & gravioribus ejusmodi affectibus, certior & evidentior abinde expectandus erit effectus.*

## AQVA BENEDICTA RULANDI.

Communiter ita paratur: ℞. Croci Metallorum in pulverem redacti, unciam unam, infunde Vini Gallici optimi uncias triginta. Stent per horas viginti quatuor in digeſtione, tum ſollicitè trajiciatur per chartam duplicem

℣ Asthmatica ꝛdum Wirtenbs.

℞. Rd. Enula Liquiritiae Trid. ℔ℓ. à ℥ij
Hb. Hedr. ℔ℓ. Tussilag. Botryos à ℔ß
Hyssopi Marrubii alb. Pulegii Salv. à ℥ij
Sm. Anisi foenicul. à ℥j.

Incisa infundant vini albi rectiss. ℔ij.
Vae libris duodecim et praemissa
digestione p triduum libras sex
et septem e vesica destillent.

℣ Benedicta Serpill
ꝛdum Wirtenb

℞. Hb. Serpilli in umbra siccatae ℔
Saturejae floreſcentis
Thymi floreſcentis
℔. Chamomill roman. à ℥ij
Cinamom. ℥ij Macis ʒß.

Incisa et contusa infice p bidu
vini albi generosi libris octodeci
infusa lento igne libras octo elici
prodest qui catharis et defluxioni
vexati sunt, nervos et ventriculum
reliquis visceribus, corroborat, asthm
ticis subvenit, urinam calculum e
menses movet, omnibus agris apop
plexiis praetendat ℔ij ad ℔

enedicta 2dum pharmacop. Batav.
℔ tbj affunde Hydropeg. bulli.
tbvij. Post complet. ebullit
ebitam residentiam filtra adjum
℥ij – iv in die ℔. p potu com.
herem. Multum facit in plurimis capitis epotus
Bened. composit. ℈. Glyc. rec. ℥j
. Sassafr. ℥ß uv. pass. exacis ℥ij.
nosch. ℥ij. V Bened. tbvj

sc. in facie Lu
bore, Pustulis p. fr. tumis Asthmate
Empyemate, Dysenteria maligna, tu,
moribq sordi ichoris, Prosturis albo
A. Phthisi vaga, ordinate, ulceri
bq omnibq cum affluxu humorum
in Diabete curanda opt. Remed

℣ Carbunculi 2dum W.

℈. Hb. Majoran. Salviæ à ℥ß
fl. Lavendul. ℥iv Lill. convall.
Rorismarin Absynth
cinnamom. Cardamom. min. à ℥j
Nuc. Moscb. Macis Caryophill à ℥ß
Zinzib Galang. Bacc. Juniperi à ℥ij
R tvali tbj
Vena rubi idæi Lavendul. à tbij
fiat infusio q. ordinarium in bouteille
pido, postea destillatio ad dimidies
Liquori destillato, splendoris causa
folia auri immergi solent.

++ ad foetum robotandum gravi.
darum abdomini cum aqua em
bryonum imponitq. Interq usus
rarior

Chamomeli composit.
fl. Chamomel. recent. m. xxx dupl. flore
id. contund. et infunde in V stil.
bol. chamomel. tbx. Vin. Hispan.
℥ij 24. horar. exprime et in-
de 2da vice flor. rec. m. xx.
sta expressione infund flor rec
℥ij. addendo flaved. cort. Ctr.
℥ij. fol. absynth. cent. puleg
g. à m. iiß. ℈m. aneth. ℥ij
is. fœnic. carvi cumin. card.
ned. card. Maræ à ℥iß
c. Laur Junip. à ℥ß ℔. M. ℥ij
t maceration. debitam. Sla
um artem. In flatu Colica
doul, Mesiby obstructi

AQ.

cem emporeticam, ne quid subtilissimarum particularum Croci penetrans, atrocia symptomata pariat.

*Nota: Impropriè appellatur Aqua: Vinum emeticum nominari debet, quod sat diu sine alteratione asservari potest.*

## AQVA CALCIS RULANDI ad membra ambusta.

℞. Calcis vivæ uncias quinque, solve mensuris quatuor aut quinque aquæ fontanæ in vase æneo, sponte ebulliendo, tum filtretur; Huic vitrioli adde qvantum sufficit, donec cærulescat, tandem adde Sacchari Saturni, qvantum opus, donec lacteſcat.

## AQVA CAPONIS.

℞. Caponem eviscératum & in frusta dissectum, pinguedine seqvestratâ, coqve in ollâ optimè operculatâ & occlusâ, qvantitate sufficiente aqvæ ad justam mollitiem, exemtum in pultem contundendo redige, qvam brodio dilutam exprime. Nunc

℞. Hujus brodii expressi, libras duas semis,

Aqvæ Borraginis,
Buglossi, ana libram unam semis,

Florum Borraginis,
Buglossi,
Rosarum,
Violarum, ana drachmas duas,

Cinnamomi electi & acutissimi, unciam unam.

Destillentur secundum artem ê cucurbitâ vitreâ.

*Nota: Jusculum ex his ingredientibus ritè concinnatum, dubio omni procul magis foret analepticum.*

## AQVA CARBUNCULI OPTIMA CUM MOSCHO.

℞. Herbatum Betonicæ,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Salviæ minoris,
Spicæ, ana unciam unam.

Florum Borraginis,
Liliorum convallium,
Rorismarini,
Violarum, ana uncias sex.

AQ.

Baccarum Juniperi,
Seminis Pœoniæ,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Galangæ,
Granorum Paradisi,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Zinziberis albi, ana drachmam unam,
Rasuræ Cornu Cervi, drachmam semis,

Incidantur & infundantur in

Aqvæ Fragorum,
Lavendulæ,
Rosarum,
Spicæ, ana libris tribus.

Vini albi Rhenani generosi libris qvinqve.

Stent in infusione loco tepido per octiduum, postea balneo maris evocatæ aqvæ spirituosæ, ad speciem, vulgi ergò, addantur:

Foliorum Auri minutim discerptorum numero circiter viginti, impositi, sub destillatione, alembici rostro,

Moschi, scrupulo semis.

*Nota 1. Margaritarum, ossis de Corde Cervi & lapidis percarum, utpote quæ liquori, destillatione balnei præsertim, virtutis nihil tribuere possunt, additionem, ob jacturam earum, inutilem esse censuimus.*

*Nota 2. Moscho demto, multorum præsertim gratiâ, eodem paratur modo, ac sine Moscho.*

*Nota 3. Residuo*

Aqvæ Florum Tiliæ,
Lavendulæ,
Rosarum, ana qvantum sufficit

*ad aliqualem eminentiam affundendo ac rursus destillando, fit*

*Aqua Carbuncul secundaria.*

## AQVA CARMINATIVA DORNCRELLII, PHYSOGONA IPSI DICTA.

℞. Florum Chamomillæ Romanæ, manipulos triginta sex.

Infunde in Aqvæ Chamæmeli libris duodecim.

AQ.

Stent in infusione octiduum, tunc cum forti expressione colentur, Colaturæ prælo expressæ inde

Corticum Aurantiorum extimorum, drachmas sex,

Herbarum Absinthii Pontici manipulum semis,
Centaurii minoris,
Origani,
Pulegii, ana pugillos duos,

Seminis Anethi, uncias duas,
Anisi,
Fœniculi, ana unciam unam,
Carduibenedicti, drachmas duas,
Cardui Mariæ, drachmas sex,
Carvi, unciam semis,

Baccarum Juniperi,
Lauri,
Radicum Calami aromatici,
Zedoariæ, ana drachmas duas.
Cinnamomi acuti, unciam semis,
Vini albi generosi Rhenani, libras, tres.

Stent in digestione octiduum, tum vasis vitreis ê balneo maris destillentur.

*Nota: Ternam Anthoris infusionem, haud adeo necessariam, additamento carminantium generosiorum compensavimus.*

## AQVA CEPHALICA CAROLI V. IMPERATORIS.

℞. Summitatum Majoranæ,
Melissæ,
Origani,

Florum Anthos,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Rosarum rubrarum,
Salviæ, ana manipulos qvatuor.

Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ, ana uncias duas.
Cardamomi,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Granorum Paradisi,
Macis, ana unciam semis.

Scissa & contusa grosso modo, infunde in spiritus vini optimi libris sex.

Stent per dies sex in loco calido & postea lege artis destillentur.

AQ.

Si libuerit, Ambræ gryseæ & Moschi grana aliqvot, aliqvotæ illius destillatæ parti, aut rostro etiam alembici imponi poterunt, pro iis, qvi ferre odora possunt. Aliis Tornu Solis optimi parte modicâ tincta, sub nomine *Aquæ cephalicæ rubræ* venit.

## AQVA CERASORUM LAVENDULATA.

℞. Cerasorum nigrorum, libras viginti.
Florum Lavendulæ recentium, manipulos sex.
Visci Qvercini,
Seminis Erucæ, ana uncias duas.
Incisis & contusis
affunde Vini Rhenani mensuras octo,

Stent infusa dies qvatuordecim, tum destillentur vasis idoneis, ut artis est.

## AQVA CINNAMOMI BORRAGINATA, SEU CORDIALIS AUGUSTANORUM.

℞. Cinnamomi electi, libram semis, in pulverem crassum redacto affunde
Aqvæ Florum Rosarum Damascenarum,
Borraginis,
Buglossi,
Violarum, ana libras duas.
Digere per triduum & lege artis destilla.

*Nota. Parari quoque potest loco Aquarum solo adhibito pro infusione succo Borraginis, sed minus, quam prædicto grato sapore, prædita.*

## AQVA CINNAMOMI CYDONIATA.

℞. Cinnamomi acuti, uncias qvatuor.
Succi Cydoniorum, mensuras duas semis,
destillentur l. a. ê maris balneo.

## AQVA CINNAMOMI CYDONIATA COMPOSITA.

℞. Cinnamomi acuti, uncias qvatuor.
Masticbes electæ Chiæ, drachmam semis.
Nucum moschatarum, numero tres.
Succi Cydoniorum, libras duas.
Stent infusa triduum, postea destillentur per balneum.

AQVA

℣ Carminativa ꝛdum ℣.

℔. Hb. Absynth. Cent. min Pulegii
Origani à ℥ij
fl. Chamomill Rom. et vulg à tbiss
Sm. Anethi Anisi foenicul. à ℥j.
Cari. ℥ß.
Cort. Citrorum. exteriorum ℥ij

Succis et contusa infundant ℔. qua-
tridium in ℣ libris duodecim
Si Vini Rhenani tb. iij accedit
ad aquam Chamomeli compos.
pharmacopoeae Bateanae

Experti usus est in affectibus colicis
hystericis doloribus post partum et in
mensibus doloriticis; cum non adeo
calida sit, ubique tutius adhibetur.

## ℣ Carminativa per infusionem

℔. Sm. Coriandri foenicul. Dauci
Anisi Cari Anethi à ℥iß

contusa affunde Spiritus vini tbiv
Ferant ℔ aliquot dies in digestione
postea addant Saccari clarificati ℥xij
et liquor ℔ chartam filtratus usui serva

Flatus discutit et pellit. dos. ℥ß vel ℥j.
In codice Parisiensi sub hoc Clare-
tum ex seminibus venit; aliis ob exi-
mias virtutes aqua immortalis
vocatur.

## ℣ Caryophyllorum. aromaticorum

℔. Caryophyll. arom. ℏ/ß sat. ℥iij
Vae tb. iv. macerent ℔ triduum
postea destillent leni igne, et aquae
oleosae lacteae libr. iij eliciant

Inter aquas cordiales, ut Stomachicas

[illegible] ℣ Carminativa. Spirituosa
ꝛdum ℣

℔. Calami aromat. Hb. menth. Serpilli
à ℥ij

fl. Chamomill rom. tbß
Sm anis foenicul. à ℥ij ß.
Cinamom. acuti ℥iij Nuc. Moscb.
Bacc. Lauri Juniperi à ℥ß
Cort. Cauliorum. recent. ℥ij
fiant. infundant Vini Libris no
aquae fontanae Libris quinque dig
℔ triduum, postea destillent ℔ v
libra dacem.

℣ Cinamom. sine

℔. Cinamom. tbj
Vae Cerar. nigr. tb. xii.
et ad tertiam partem
℣. Cinamo Spiri

℔. Cinamom. ℥ xvj.
vini albi Rosi tb. x
ꝛ vini rectif. tbij et
d. ℔. vesicam lenti si
igne et liquoris Spiritu
lacte sentis libra octo p
liceant.

℣. Cinam. vinosa

℔. Cinnam. electi ℥ ix.
minutim concisis affunde
Vini albi generosi tb
macerent in vase clau
destillent ad dimi

AQ.

## AQVA CINNAMOMI CONTRA PESTEM.

℞. Cinnamomi optimi, libram unam.
Radicum Diptamni albi,
Angelicæ, ana libram semis,
Vincetoxici,
Contrayervæ, ana unciam semis,
Vini generosi & odori,
Aqvæ Rosarum, ana libras tres cum semisse.

Incisa & infusa macerentur in obturato optime vase octiduum, tum ê maris balneo vitreis organis destillentur.

## AQVA CITRI COMPOSITA EX SUCCIS.

℞. Pomorum Citri cum pulpâ & seminibus in frusta dissectorum, numero sex,
Succi Rosarum rubrarum,
Acetosæ,
Borraginis,
Citri recens expressi,
Endiviæ,
Galegæ, ana libram unam semis.
Cardui benedicti,
Scordii, ana libram unam.

Omnia per residentiam depurata stent in loco calido horas viginti qvatuor, postea destillentur maris balneo.

*Nota: Rasuram Cornu cervi pondere unciarum sex antehac aquæ huic destillandæ addi solitam, cum leni hac balnei destillatione nil virium aquæ largiri possit, omittendam censuimus: Sit tamen cuique liberum, addere illam, aut omittere. Idem quoque de Citri succo dicendum foret, utpote de aciditate suâ parum huic aquæ, leni adeò igne destillatæ, communicante, nisi basi hujus aquæ sic subrutâ, totum ejus caderet ædificium, cui tamen Medici nonnulli magnam in febribus ardentibus curandis spem superstruunt; quo nomine cum catalogo Medicamentorum hic usualium inserta, dandus fuit & in hoc nostro Dispensatorio illi locus.*

AQ.

## AQVA CITRI CUM SPIRITU VINI.

℞. Corticum recentium Citri consciissorum, libram unam,

Infundatur cum Spiritus Vini libris octo per biduum, postea ê balneo maris destilletur, & edulcoretur Saccharo clarificato, qvantum sufficit ad gratiam.

*Minimè Aqua, sed propriè spiritus Citri saccharatus appellari debet. Concinnior esset formula, si loco Sacchari, Syrupo acetositatis Citri edulcoretur.*

## AQVA CONTRA CALCULUM EX NUCLEIS, *pro credulis.*

℞. Amygdalarum amararum,
Nucleorum Persicorum contusorum,
ana numero qvinqvaginta,
Cerasorum nigrorum, numero centum,
Florum Sambuci, manipulum unum,
Vini Rhenani generosi, libras tres.

Contusa stent per dies octo in infusione loco calido, dein destillentur lege artis per balneum maris.

## AQVA CONTRA CALCULUM MARCHIONIS.

℞. Radicum qvinqve aperientium,
Acori veri,
Enulæ,
Eryngii,
Liqviritiæ,
Ononidis,
Peucedani,
Valerianæ, ana uncias duas,
Galangæ minoris, unciam unam,

Sangvinis Cervi,
Hirci, ana drachmas sex,

Cinnamomi acuti,
Corticum Aurantiorum,
Fraxini, ana unciam unam,

Baccarum Juniperi,
Lauri,

AQ.

Seminis Cicerum rubrorum, ana unciam ſemis,
Fructuum Alkekengi, unciam unam,
Dauci noſtratis, uncias duas,
Aniſi,
Malvæ,
Bismalvæ,
Citri,
Fœniculi,
Hyoſciami,
Milii Solis,
Naſturtii, ana drachmas ſeptem,
Nucleorum Ceraſorum,
Perſicorum, ana unciam unam.
Florum Betonicæ,
Bis-malvæ,
Cardui ſtellati,
Geniſtæ,
Ononidis,
Foliorum Aſari,
Ononidis,
Parietariæ,
Raphani,
Saxifragiæ,
Herbæ Adianthi albi,
Capillorum Veneris,
Polytrichi aurei,
Pulegii,
Virgæ aureæ, ana manipulum unum.

Incidantur & contundantur groſsè, poſtea infundantur in ſufficienti qvantitate Vini Rhenani optimi, ſtent per dies qvatuordecim in digeſtione, tum deſtillentur, addendo tandem & miſcendo ſucci Limonum recentis uncias ſex.

## AQVA CONTRA COLICAM.

℞. Radicum Angelicæ,
Calami aromatici,
Zedoariæ, ana unciam ſemis,
Seminis Anethi,
Aniſi,
Carvi,
Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,

AQ.

Silcris montani, ana uncias duas,
Petroſelini Macedonici, unciam ſemis,
Florum Chamomillæ Romanæ, manipulos duos,
Sambuci,
Foliorum Menthæ,
Meliſſæ,
Origani,
Pulegii, ana manipulum unum,
Corticum Aurantiorum,
Citri, ana uncias duas,
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Cinnamomi electi, ana unciam unam,
Spiritus Vini optimi, libras decem.

Stent in digeſtione, & poſteà, ut artis eſt, deſtillentur.

## AQVA CONTRA GONORRHOEAM, S. AGNI CASTI.

℞. Herbæ Menthæ exſiccatæ, uncias tres,
Dictamni Cretici, unciam unam,
Seminis Agni caſti,
Rutæ,
Baccarum Juniperi, ana uncias duas ſemis,
Radicis Ireos Florentinæ, uncias duas.

In pulverem redacta infunde cum vini albi menſuris duabus, digere per aliqvot dies & adde:

Terebinthinæ Venetæ, aut depuratæ, uncias ſex, indantur cucurbitæ vitreæ, ſuper impoſito alembico, atqve deſtill. l. a.

## AQVA CORDIALIS HERCULIS SAXONIÆ, FRIGIDA DICTA.

℞. Succi Borraginis,
Buglosſi,
Meliſſæ,
Acetoſæ,
Oxylapathi,
Trinitatis,
Biſtortæ,
Cyani florum,
Calendulæ,

Limo-

℞ Cinammom. ℥ij ß. Cort. citri rec
Sandali citrini ℥j. e pomis octo
fnoir et coctura infundant ri

℣. Buglossa
Acetosae à tbj.
rosarum.
rub idaei à tbj et ß.

d. ad teothae partis rem manen

+ in morbis acutis et malignis fe
bus, ubi calida et nimia aromati
fugiuntur, optimi effectus et a
misceatur potionibus et mixtur

℣. diuretica e nucleis dum
pro vesicis

℞ Amygd. amarorum.
nucleorum Persicorum cerasor
à ℥ij
fe Sambuc. ℥vj. vini generos
tbv

Coctura digerant p biduum in
loco calido d. ad dimidias

+ commendat nephriticis et
calculosis, in quibus neque
inflammationis nec motus
cruenti metus est.
tormina sedat et uriam pel

AQ.

Limonum,
Succi Citri,
Aceti Vini, ana libram unam,
Seminis Citri,
Portulacæ, ana unciam unam,
Terræ ſigillatæ Strigenſis,
Lemniæ,
Boli Armenæ Orientalis, ana drachmas tres,
Specierum trium Santalorum, drachmas duas,
Camphoræ, drachmam unam.

Infundantur dictæ ſpecies triduum in vaſe vitreo, tum maris balneo deſtillentur.

*Nota: Aqua hæc judicio non ſatis elimato à primo Authore præſcripta, ſuccis illis acidis ac terris fixioribus, balnei calore nil quicquam, aut parum, quod intentioni ſatis faciat, contribuentibus, vix locum hic meretur; cum tamen officinalis dudum fuerit & uſualis, & adhuc quibusdam in uſu eſſe dicatur, conſuetudini aliquid, ne quid de ſidcrari videatur, etiam præter rationem ferè, dandum eſſe duximus.*

† *Meretur etiam huc conferri egregia, qvam de hac Aqva tulit, cenſura, Excellent. D. D. HOFFMANNI, qvæ in* Clave Schrœder. *extat. Aliam eqvidem, ſed itidem ſatis diffuſam & pretioſam huic ſubſtitutam compoſitionem, vide, ſi lubet, in ZWELFFERI* Animadverſ. in Pharmacop. Auguſtan. pag. 193.

## AQUA CORDIALIS TEMPERATA.

℞. Succi Acetoſellæ,
Borraginis,
Bugloſſi,
Galegæ,
Meliſſæ,
Myrrhidis ſativæ, ana libram ſemis,
Pentaphylli,
Pimpinellæ, ana libram unam ſemis,
Citri, ſeu Limoniorum, libras duas,
Florum Calendulæ recentium,
Cyani, ana libram ſemis,
Nymphææ albæ, recentium, uncias octo,
Anthos, unciam ſemis.
Seminis Citri recentis, unciam ſemis,

AQ.

Seminis Ocymi caryophyllati, drachmas duas
Corticum Citri exteriorum recentium,
Santali citrini, ana unciam ſemis,
Agallochi, ſeu Ligni Aloës odoratiſſimi, drachmas duas,
Cinnamomi electi, uncias tres,
Cardamomi, drachmas tres,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Macis,
Nuciſtæ, ana drachmam unam ſemis,
Croci optimi, drachmam ſemis,
Vini generoſi Rhenani, libras duas,
Aceti Vini optimi, libram ſemis,
Aquæ Ceraſorum nigrorum,
Fragorum,
Roſarum incarnatarum,
Rubi Idæi, ana libram unam.

Digerantur omnia, vaſe probè clauſo, octiduum, tum Balneo maris è vaſis vitreis deſtillentur, ut artis.

Hujus pars aliquota, quarta fortè, Moſchi & Ambræ ana granis quinque, pro iis qui ferre poſſunt, imbuta, ſeorſim aſſervari poterit.

*Nota: Succum illum Citri aut Limoniorum acidum, parum equidem aut nihil fortè aquæ huic, leni adeo balnei calore deſtillatæ, conferre, extra dubium eſt, ſed aſſurgendum & hic conſuetudini.*

## AQVA CORDIS CERVI COMPOSITA.

℞. Cordium Cervinorum recentium, numero tria vel quatuor; minutim conſciſſis adde:
Florum Borraginis,
Bugloſſi, ana manipulum unum,
Lavendulæ,
Liliorum convallium, ana pugillum unum,
Rorismarini,
Foliorum Carduibenedicti,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Ocymi,
Salviæ, ana manipulum ſemis,
Seminis Baſiliconis, unciam ſemis,
Corticum Citri recentium, uncias ſex,
Cinnamomi, drachmas ſex,
Caryophyllorum,
Galangæ,

AQ.

Ligni Aloës,
Santali citrini,
Maceris,
Zedoariæ, ana drachmas tres,
Croci Orientalis, ſcrupulos duos.
Conſciſſis ſuperfunde Vini Gallici albi generoſi, libras ſeptem,
Aquæ Meliſſæ, libram unam ſemis,
Borraginis,
Bugloſſi, ana libram ſemis.
Digerantur triduum, poſteà fiat ê balneo maris deſtillatio.

## AQVA CORNU CERVI è TENELLIS CUM VINO.

℞. Cornuum Cervi novellorum libras tres,
Radicum Biſtortæ,
Dictamni albi,
Scorzoneræ, ana unciam unam,
Herbarum recentium Scordii,
Cardui benedicti,
Galegæ, ana manipulos duos,
Florum quatuor cordialium, ana manipulum ſemis,
Seminis Acetoſæ,
Angelicæ, ana unciam ſemis,
Pomorum Citri, numero tria,
Vini generoſi, menſuras tres,
Aquæ Scordii quantum ſufficit, fiat deſtillatio lege artis.

## AQVA è TYPHIS CERVORUM SIMPLEX.

Paratur ê Typhis recentibus ſucculentis ac ſanguine turgidis, minutiſſimè conciſis, organis vitreis beneficio balnei maris ſecundum artem deſtillando.

† *Supervacanea pariter & ferè inutilis eſt hæc Aqva in Officinis, qvoniam Typhi iſti, prout etiam cimicæ aliorum animalium partes, rectè monente* ZWELFFERO *l. c.* aqvam *ſaltem, ſive* humiditatem elementarem, *exiliſſimâ virtute præditam, exſudant: In illo autem, qvod â tam leni deſtillatione relinqvitur & poſtmodum abjicitur, ſummæ ac unicè expetendæ eorum vires adhuc latent, alio prorſus & convenientiori modo extorqvendæ.*

## AQVÆ DIAPNOICÆ.

℞. Aqv. fol. recent. Scabios.
Scordii,

AQ.

Card. bened.
Plantagin. anâ
M.

## AQVA DYSENTERICA DE TRIBUS.

℞. Succi Acaciæ Germanicæ, ſeu prunorum ſylveſtrium, recens expreſſi,
Pyrorum ſylveſtrium immaturorum,
Foliorum Quercinorum recens contuſorum, ana partes æquales.
Miſce, deſtilla, deſtillatum uſui ſerva.

*Nota: Aqua hujus, Authoris incerti, alias inter deſcriptiones ad inſerendum oblatæ, compoſitio, ſpecioſa primâ fronte promittens, parum in receſſu habere videtur. Effectus ejus ab adſtringenti virtute ingredientium, cui Authoris intentio dubio procul innititur, exſpectatus, ipſo Authore adhuc incertior eſt: Virtus enim illa adſtringens, igne arenæ fortè exprimenda, ob empyreuma hâc ratione inevitabile, nauſeabunda, vix ac ne vix quidem, moderatiori autem balnei calore neutiquam alembicum transcendit, præter aquam inſipidam, ut ſaporis, ſic virtutis omnis ferè expertem, nil præbet; hinc locum illa hic vix mereretur, niſi illâ eatenus deſtillatâ, reſiduum ſuccorum in cucurbitâ, ad mellaginem aliquatenus inſpiſſatum, modico Spiritus Vini rectificati affuſo dilutum, rèdaptato alembico, lento calore in extracti mollioris conſiſtentiam redactum ſicque intentioni Authoris magis ſatisfacturum, ſub ſpe promiſſi in titulo eventûs, dyſenteriâ laborantibus convenienti doſi providè exhibitum; aqua autem illa primitus deſtillata, ſpiritus vini, durante illâ lentâ inſpiſſatione alembicum tranſeuntis, acceſſu aliquatenus locupletata, aut ſolitaria, aut aliarum ſcopo huic idonearum additamento magis dotata, vehiculi loco ſupplendo adaptata fuerit.*

## AQVA EMBRYONUM, SEU BALSAMUS EMBRYONUM.

℞. Viſci Querni, lunâ decreſcente collecti,

Radi-

Die remanenz ist dauffigis ob der abdruck
etwa die aufgelegte Kraft in puncto sitzen
bleibt. ie. muß über den Falen gehen.

℥ vel balsamg embryonum
correctior sivi Elect. vitae
Mulierum ℥dum ℞.

Galangae Zedoariae à ℥ß.
Hb. Menthae Melissae à ℥j.
fl. Stoechadis Arabicae Turiciae
Tiliae à ℥v.
Sem Seleris montani foenicul. à ℥ß.
nucum moschatum ℥j.
Cinam. ℥vj. Cort. Citriorum recent.
Citri recent. à ℥iß.

Macera et contusa infundat Vini
albi Hb x. Post digestionem xxiv.
Horarum ℔ ad dimidias.

+ cum praecedenti convenit, et non
adeo aromatica, calida et pre-
tiosa, atque ad interdum usum
magis commendabilis est. dos
cochlearia ℥ ß. 3.

℥ Epidemica Londinensis
℥dum Pharm. ℞.

℔. rd. Angelicae Tormentillae
Gentianae Zedoariae Liquiritiae
Hb. Chelidonii majoris Rorismarini
Rutae Salviae Artemisiae Absinthii
Anagallidis Draconticae Scabiosae
Agrimoniae Melissae Scordii
Cent. min. Cardui bened. Betonicae
Rosar Solis à ℥j.
Macerata in Vini albi libris duodecim
℔. ad dimidias.
+ Medicor Anglis magni usus est.
haec aqua in febribus epidemice grassan-
tibus malignis, viros hic agone Thebaudes
vel Bedfordiae fuit. Dos ℥j ad ℥ij

℥ Epileptica puerorum. ℥dum pharm
Augustan.

℔. ℥. Ceras nigr.
fl. tiliae
paeoniae.
Squamariae à ℥viii
Sacchar. perlat. ℥iv.
m. ad usum.

datur per se, vel cum superiorum
particula commixta; ad epilepticos
in primis puerorum in fultus, den-
titionis et plurimum, ob gingivarum
cruditiem supervenientem. in hibernis
morbis mitigandos.

AQ.

Radicum Pœoniæ,
Seminis ejusdem, ana uncias duas,
Herbæ Carvi,
Fœniculi,
Meliſſæ,
Menthæ criſpæ,
Rorismarini,
Salviæ cum floribus,
Florum Lavendulæ, ana uncias tres,
Tiliæ,
Tunicæ, ana libram unam,
Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti,
Cubebarum,
Granorum paradiſi,
Nucis Moſchatæ,
Zedoariæ,
Zinziberis, ana uncias duas,
Macis, unciam unam ſemis,
Galangæ, drachmas ſex,
Croci, drachmas duas,
Medullæ panis triticei, â furno adhuc calentis, libras duas,

Sciſſa & contuſa infundantur libris decem Vini generoſi Hiſpanici, aut Rhenani,

Aquæ Borraginis.
Bugloſſæ, ana libris tribus,
Liliorum convallium, libris duabus,
Fœniculi,
Fragorum,
Roſarum,
Verbenæ, ana libræ uni,

Stent in digeſtione biduum, poſtea deſtillentur, igne moderato balnei, liquoris affuſi duæ circiter tertiæ.

Reſiduo denuò aquarum prædictarum ſufficiens affundatur quantitas, & igne paulò auctiori ad ſiccitatem ferè avocetur, pro *Aquâ Embryonum ſecundæ deſtillationis, in ſolamen pauperum ſervandâ.*

## AQVA EPILEPTICA LANGII.

℞. Florum Liliorum convallium recentium, manipulos duodecim,
Tiliæ,
Lavendulæ, ana unciam unam,
Rorismarini,
Stœchados Arabicæ, ana unciam ſemis,
Cinnamomi, drachmas ſex,

AQ.

Nucis Moſchatæ, unciam ſemis,
Cardamomi,
Cubebarum, ana drachmas duas,
Viſci Querni,
Radicum Pœoniæ,
Dictamni noſtratis, ana unciam ſemis,

Infundantur in Vini generoſi menſurâ unâ ſemis per octiduum, poſtea deſtillentur.

Secundæ deſtillationis aqua, ut reliquæ, affuſo liquore convenienti reliquiis primæ deſtillationis, iteratâ evocatione paratur.

## AQVA EXPULSIVA.

℞. Hordei mundati, uncias quinque,
Seminis Fœniculi, drachmas quinque,
Raparum, unciam ſemis,
Radicum Liquiritiæ, drachmas duas ſemis,
Herbæ Acetoſæ,
Fumariæ,
Scordii, ana manipulum unum,
Seminis Lentium, manipulum unum ſemis,

Sciſſa & contuſa infundantur aquæ fontanæ libris quatuor, ſtent per noctem loco tepido, deſtillentur ê veſicâ, ut artis eſt.

*Nota: Huic aquæ, utut, tum ratione ingredientium quorundam, tum ratione ſcopi, omni menda non vacet, cum tamen uſualis hactenus Officinis noſtris fuerit ac adhuc nonnullis in uſu ſit, locum relinquere debuimus.*

## AQVA FLORUM OMNIUM.

Verno, præſertim Majali tempore, ê ſtercore Vaccino recenti, calore Balnei maris moderato, vel cinerum, vaſis vitreis deſtillatur, ut artis, virtutum haud aſpernendarum,

## AQVA FORTIS.

℞. Vitrioli ſpontè in pulverem fatiſcentis, aut coquendo ſiccati,
Nitri puriſſimi, ana libras duas.

Trita miſceantur & deſtillentur per retortam ferream aut terream optimè loricatam, lege artis, igne aperto gradatim adhibito, in recipientem valdè capacem, juncturis benè lutatis, cui

AQ.

aquæ fontanæ tertia circiter, reſpectu ponderis Vitrioli nondum calcinati, pars ante ſit infuſa.

† *Satis compendioſam admodumqve proficuam ſimul methodum, Aqvam hancce ſtygiam parandi & ſimul ſpiritus gradationis accuratè ſervandi, docuit & exactè deſcripſit* KUNCKELIUS *in* A. N. C. Decur. III. Ann. I. Obſerv. 158. *Sumit nempe Retortam longiori collo dotatam & ſatis ſpiſſam, inqve ejus ſuperiori parte foramen rotundum excavari jubet, in qvod Alembici roſtrum qveat inſeri; dein tantum aqvæ Retortæ infundit, ut, ſi hæc rectè collocata ſit, aqvæ ſuperficies ad collum uſqve Retortæ aſcendat, guttulaqve ſaltem unica ex Alembico in aqvam deſtillans, per collum retortæ in appoſitum huic receptaculum urgeatur. Roſtrum verò Alembici, qvod probè notandum, non profundius intra aqvam retortæ deſcendere debet, ſed vix ad ſtraminis latitudinem, ita ut aqvam ſaltem attingat & proximè lambat. Qvamprimum itaqve ſpiritus minerales aqvam attigerint, promptè ſatis præcipitantur gutatim ex retortâ in ſubjectam parvam cucurbitam, ut in deſtillatione aqvarum ex vegetabilibus fieri ſolet. Hanc cucurbitam ad collum retortæ, modico ſaltem linteo obvolutum, ſine luto applicat; alembicus autem, ejusqve roſtri in foramen retortæ immiſſura, firmari debet omni cum cura. Hoc pacto ad 25. libras retortæ indere poteſt, cui inverſæ & erectæ alembicum applicat, ubi cucurbita tantæ capacitatis non eſt ad manus; aliàs ad paucas libras vitrea cucurbita apta eſſe poteſt. Hâc ratione ſex horarum ſpatio plus prolicitur ſpirituum, qvam communi vix 12. horis obtineri poſſit, ipſaqve aqva fortis hoc modo deſtillata, generoſior longè eſt, qvam vulgari modo parata, cumprimis ubi ſpecies deſtillandæ ſiccæ adhibentur, qvod etiam præſtat & compendium affert labori.*

## AQVA HIRUNDINUM INTERNA.

℞. Pullorum Hirundinum in fruſta diſſectorum, numero viginti quatuor,
Viſci Querni, uncias tres,
Seminis Pœoniæ excorticati unciam

AQ.

unam,
Radicum ejusdem, uncias duas,
Aquæ Liliorum convallium,
Sambuci florum,
Pœoniæ,
Tiliæ, ana menſuram unam.

Stent in infuſione in loco calido horas viginti quatuor, deinde deſtillentur per balneum maris.

*Pro iis, qui non opus habent, poſſent etiam, loco hirundinum, paſſeres adhiberi, certiſſimè eodem effectu.*

## AQVA HIRUNDINUM ZWELFFERI, SEU EXTERNA.

℞. Pullorum Hirundinum diſſectorum, numero quadraginta,
Caſtorei, unciam unam ſemis,
Seminis Pœoniæ,
Radicum ejusdem,
Viſci Querni, ana uncias duas,
Radicum Dictamni albi, unciam unam,
Foliorum Rutæ,
Florum Sambuci,
Tiliæ,
Liliorum convallium,
Paralyſeos, ana manipulum unum,
Cinnamomi, drachmas tres,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Macis, ana drachmas duas,
Vini albi generoſi, odori, libras octo,
Aceti ſquillitici, libras duas.

Macerentur triduum in vaſe vitreo, probè clauſo, poſtea lento igne deſtillentur:

Liquori huic ſtillatitio addatur poſtmodum
Spiritûs Vitrioli, quantum ſufficit pro acore grato. Nempe externè, abſurdè.

## AQVA HYPNOTICA.

℞. Seminis Lactucæ, uncias ſex,
Papaveris albi, libram unam ſemis
nigri, libram ſemis,
Portulacæ, uncias duas,
Cucurbitæ decorticati,
Radicum Caryophyllatæ, ana unciam ſemis,

Flo-

In pharmacopœa Bateana descri

℔. Hirudin. viveat. N° 40. Castorei ℥j
solidum gustat Kortlar. redent. ℥ij
vin. alb. lbiij ℔. vel ℔. viii

ad Epilepsiam curandam optime
valet.

℣. Hirudinum sive Cast
zd. Pharm. W.

℔. Pullorum Hirudinum dissectorum
visci querni rad. Paeoniæ ā ℥ß
sem. Paoniæ ℥j.
fl. Lil. convallium ℥iv. Sambu

℞ ℔. x. misceantᵘ ℔. ad dimidi

+ Convenit cum præcedente et mix
tibꝰ qui Castoreum plerumq; ne
glcant et spirituosa non secun
cum potionibꝰ et mixturis
a ℥ij ad ℥vj. præscribi pote

℣ Hungarica sive riginæ Hunga
zdum Pharm. W.

℔. ℔. et florum Rorismarini
℔ i
℔. et florum Salviæ ℔ ß.
℥in ziberis ℥ij
parum nivosa infundantᵘ ℞
℔. xii aquæ font. ℔. ij et
destillatione ex vesica leni ig
℔. xi elicitᵘ.

℞ Lign. Sassafras. comp.
zdum Pharm. V.

℥ Lign. Sassafr. ℔ß.
Cinamom. ℥ij Vini generos.
℔ij
Fiat in digestione ℔ aliquot dies
postea defillentur ad dimidias

≠ Carminativa & stomachica est
atque seribus et phlegmatis
in affectibus cathamlibus ducit
dos. ℥ij vel. iij

℞ Hysterica zdum Pharm. V.

℥ Rd. Paeoniae Zedoariae
Levistici Imperatoriae à ℥j.
Hb. Chelidon. Matricariae
Menthae fl. Chamomil rom. à ℥ß.
Sm. Carvi Foeniculi Coriand. Citri recent. à ℥j.

Omnia et contusa infundantur
℞ ℔ß. Vae ℔. vij
Digesta ℔ biduum ℞ leniter
igne et vesica, donec ℔ iv
liquoris habeantur.

+ Carminativa et anodyna est
prodest foeminis hysterici
et in defectu mensium dolo-
ribus post partum, colicis &
similibus affectibus non sine
successu. Dos. ℥ij ad ℥ß

℞ Looch Sani et experti. NB
zdum pharm. V.

℥ Rd. Ireos florent. Liquiritiae
Hb. Hyssopi Capillorum veneris
Calaminthae à ℥ij
Sm. Anis. Foenicul. à ℥j.
Cinamomi ℥ij

Omnia et contusa macerentur
in ℞ ℔. X. & post digestionem
℔ biduum ℞. et vesica urgeatur
℔ iv exprimat.

+ Est saporis et odoris grati
nec in effectu pectorali dis-
tuba Dos. ℥j ad ℥ß. ad ℥ij

AQ.

Florum Nymphææ albæ,
Violarum purpurearum, ana manipulos tres,
Borraginis,
Papaveris erratici,
Betonicæ, ana manipulum unum,
Croci orientalis, ſcrupulos quatuor,
Nucis Moſchatæ,
Macis, ana drachmas duas.
Contuſis affunde
Aquæ Lactucæ,
Nymphææ albæ,
Roſarum, ana libras octo,
Nucis moſchatæ, uncias octo.

Stent infuſa horas viginti quatuor & ultra, tum deſtilla maris balneo.

## AQVA HYSTERICA OFFICINALIS.

℞. Radicum Pœoniæ, unciam unam ſemis,
Angelicæ,
Bryoniæ,
Leviſtici,
Meu, ana unciam ſemis,
Herbarum Matricariæ,
Meliſſæ,
Mercurialis,
Rutæ,
Salviæ, ana manipulum unum,
Florum Anthos,
Meliſſæ, ana manipulum ſemis,
Seminis Agni caſti,
Carvi,
Cumini,
Dauci,
Meliſſæ, ana drachmam unam ſemis,
Paſtinacæ Sylveſtris,
Sileris montani, ana drachmas tres,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi, ana unciam ſemis,
Galangæ, drachmam unam ſemis,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Zedoariæ, ana drachmas tres,
Caſtorei,
Viſci Querni, ana unciam unam.
Conciſa & contuſa infundantur in
Vini Rhenani, libris quatuor,
Aquæ Matricariæ,

AQ.

Aqvæ Meliſſæ,
Pulegii,
Rutæ, ana libra unâ.

Stent in digeſtione loco calido, vaſe clauſo, per dies ſeptem, poſtea maris balneo deſtillentur ad ſiccitatem.

## AQVA IMPINGVANS.

℞. Sanguinis porcini, libras tres,
Ranarum ſiccatarum, numero viginti quinque; quidni vivarum exenteratarum?
Pulmonum Vituli, numero duo,
Radicum Sinapi majoris recentis, uncias octo,
Foliorum tuſſilaginis recentium, manipulos ſex,
Florum borraginis recentium, uncias tres,
Contuſa & confuſa M. & ex arenâ igne moderato deſtilla, cavendo Empyrevma.

## AQVA LILIORUM CONVALLIUM.

℞. Florum Liliorum convallium recentium, libram ſemis,
Vini Gallici, vel Rhenani, libras tres,
Deſtillentur ſecundum artem ex arenâ vaſis vitreis.

## AQVA LOOCH SANI ET EXPERTI.

℞. Radicum Ireos Florentinæ,
Liquiritiæ,
Herbæ Hyſſopi, ana uncias duas,
Capillorum Veneris, manipulos quatuor,
Seminis Aniſi,
Calaminthæ,
Fœniculi,
Fœnu Græci,
Lini, ana unciam unam.
Dactylorum,
Ficuum,
Paſſularum, ana uncias quatuor,
Jujubarum,
Sebeſten, ana numero ſexaginta,
Cinnamomi electi, uncias duas.

Inciſa & contuſa macerentur in aquæ fontanæ, quantum ſufficit, per aliquot dies, poſtea lege artis deſtillentur.

## AQ.

*Nota: Jujubæ, Sebeſten, Paſſulæ, Ficus & Dactyli, præter mucilaginem in reſiduo ſubſidentem, parum aut nihil potius virtutis deſtillatione promunt, commodè ergo abeſſe ab hac Compoſitione, imo ipsâ aquâ ſatis tutò Officinæ carere poſſent, niſi ad Trochiſcos Bechicos majores requireretur; Sed dandum aliquid vulgi opinioni & conſuetudini.*

## AQVA MASTICHINA.

℞. Caryophyllorum, unciam unam.
Cardamomi minoris,
Cinnamomi acuti, ana unciam ſemis,
Macis, unciam unam ſemis,
Maſtiches electæ, uncias quatuor,
Nucis myriſticæ unciam ſemis.

Pulveriſata omnia infundantur in Vini Hiſpanici generoſi libris duabus, digerantur quatriduum, tum deſtillentur igne arenæ moderato, ex organis, ut artis.

## AQVA MELLIS.

℞. Mellis crudi, libras ſex,
Arenæ puriſſimæ, libras tres.

Miſce exactè & deſtilla per alembicum, exibit primo liquor albus, qui eſt aqua, de quâ hîc; deinde ſpiritus colore flavo, qui ſeorſim excipiendus & ſervandus.

† *Aquam Mellis* auream, *ſeu potius* aurei coloris, *Celeb. b. m. HAGENDORNIUS* in A. N. C. Dec. II. Ann. VI. & VII. Obſerv. 28. *hunc in modum parare docuit: ℞. Silicum calcin. lb. ſ. Mellis opt. lb. vj. indantur Cucurbitæ ſatis amplæ, ita ut in illa tantum vacui relinquatur, quo quintâ ſolum parte impleatur. Cucurbita optimo luto incruſtetur, & in arenâ, exiguo inferius igne admoto & ſucceſſivè magis adaucto, inſtituatur deſtillatio. Prima aqua, quæ exit, erit* alba, *auctiore mox igne* flava, *& tandem* rubra. *Omnes aquæ deſtillatæ unico vaſe excipiantur, & ubi pars craſſior ad fundum vaſis, in quo ſervantur, deſcenderit, perſpicuaque evaſerit aqua, iterum fiat deſtillatio, eaque quinquies repetatur. Ita liquor* colorem *acquiret* aureum, *amiſſo rubicundo. Vide quoque ELSHOLZIUM* in deſtill. cur. Cap. V. p. 22. *de hac aqua differentem.*

## AQ.

## AQVA ODONTALGICA.

℞. Philonii Romani,
Capitum Papaveris nigri, unâ cum ſemine,
Radicum Pyrethri,
Cinnamomi acuti,
Foliorum Nicotianæ,
Seminis Hyoſciami, ana drachmas tres,
Opii Thebaici, drachmam ſemis.

Macerentur omnia viginti quatuor horas in Spiritus Vini Gallici libra unâ ſemis, dein maris balneo deſtillentur, deſtillatum vaſe vitreo ſervetur, pro uſu externo.

## AQVA OPHTHALMICA QVERCETANI.

℞. Croci Metallorum, drachmam unam vel duas. Infunde in Aquæ Euphraſiæ vel Fœniculi, vel (quod præſtat) Vini albi optimi unciis ſex, agitetur aliquamdiu, quotidie bis aut ter, tandem per bibulam coletur & ſervetur pro uſu externo, quibus placet.

## AQVA PROPHYLACTICA SYLVII.

Vide ſupra Acetum prophylacticum.

## AQVA REGIS, SEU REGIA.

℞. Salis marini decrepitati, unciam unam,
Aqvæ fortis communis, uncias qvatuor.

Miſce & ex retortâ vitreâ in arena ad ſiccitatem usqve deſtilla.

vel

℞. Aqvæ fortis communis, uncias qvatuor,
Salis Armoniaci, unciam unam.

Miſce ſimul, donec omne Sal Armoniacum diſſolutum ſit, ſervetur in vitro arctiſimè clauſo.

*Utraque harum ſolvit Aurum; ſed quæ è ſolutione, cum priore harum factâ, Aurum fulminans, communi methodo, ſperat, nihil intelligit.*

AQVA

℞ Mastichinata . Edum Pharm. IV. Coletus ℔ triduum mR
℞. mastich-her Zix N. Moschatarum Zij. addantur ℥ tbiv ℔. leni
donec residuum sit. tbij. Liq
Lacteus prodiens servetur.

℣ odontalgica, ℈ ist nun alta Compositio, so bey dem Gal
ysop steht, ob dorum ministrib opicata voriezii, ob thut ob ch
mist dilmusk ob ebb dra Coriandrum selbst thute, ob ist drin
grossa Noal vrunt Zu nocusse

℣ Ophthalmica Sapphirea edum Pharm. IV.
℔. atquae Calcis vivae tbj Salis armoniaci Zij
m. Stent ℔. viginti quatuor horas in vase cupreo à quo aquae, colo
Sapphirum racta, filtretur et servetur.
+ praefertur aliis collyriis, atq ad plerosq oculorum affectus commendatur
Vim habet refrigerantem, desiccantem et munditicativam. instillatq vel ocul
vel mediantibus linteis applicatur. ℈ ist nun infusio Croci metal
℣ ophthalmica Cerecetae. rum. ℣ zirbt drin Croco mistb aber Pda Optica getriffen
ou, dasra sabro dri Autores Abrin gepfegt. Cc. ob ob vorsp
sey in dru Augen Abrin Zu gebrouchen. so mist dilucent ab
tum infusio Vsi. driob ℣ mit Abrin ymmaist ist mist sicht Z
gebrouchen in Augen schaden. In Dispens. Argentoratens. steh
mit bossen ℣ ophthalmica Boeckeri.

℣ Melissae Spirituosa composita
edum Pharm. IV.

℞. Hb. Melissae recent. tbiß
flavedinis Cort. Citri recent. Zix
Nucum Moschatarum
Sm. Coriandri. à Zij
Cinamom. Caryophylor. à Zj.
Incis affundantur
2 vini rectiß. tbvi
℣ae Melissae tbij
post digestionem ℔. triduum ℞. ad quintae
partis remanentiam. 2 eductus servetur.

+ Inter aquas spirituosas eminet. com-
mendatur adversus apoplexiam, Para-
lysin, et quoscunq morbos nervorum
a causa frigida ortos. Stomachum
et carminativum est egregium
externe adhibetur ad spasticos et rheu-
maticos dolores, cephalalgiam vo-
mitum, colicam. dos. Zj. ad Zij.

℥ Aquimoniæ, nescio an ℥ vocet, cum sit ℔ unum ℔ sollt
wohl gemeynt seyn so nimt man die flores i. Zinkel sie mit dem
vino gallico ab. usq; potissimo est externo. ea ℥ corpus reddat elegan-
tius, in decubitibo humorum in flüßen, dann man mit diesen ℥
flüssen besetzt so hat ℔ vim nervinam, man thue darzu Ysop ℔
formicarum ist matricinae in omni dolore, interne pt. adhibere ℔ß

℥ Sambuci compositae, est compositio tota inepta Cort. Wir.
terang est antiscorbuticum, dann ℔ externe gebr. wird, mässte
℔ ein gut ding seyn zu Gratsfeld. interne ist ℔ muß zu ge-
*Pro iis, qui odora ferre nequeunt, remoto Moſcho & Ambra paretur.*

## BALSAMUS VITÆ.

℞. Radicum Galangæ,
Zedoariæ, ana unciam unam,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Croci Orientalis,
Cubebarum,
Nucis Moſchatæ, ana unciam ſemis,
Balſami Peruviani,
Maſtiches,
Myrrhæ electæ,
Olibani,
Styracis liqvidæ, ana unciam unam ſemis.

In pulverem redactis redigendis, reliqvisqve commixtis, affunde Spiritûs Vini rectificati libras circiter qvatuor, digere vaſis optime obturatis per menſem, tum ê retortâ vitreâ in arena abſtrahe & aliqvoties cohoba. Tandem adde:



Olei deſtillati Caryophyllorum,
Chamomillæ Romanæ,
ana drachmas duas,
Corticum Citri,
Lavendulæ,
Ligni Rhodii,
Macis,
Majoranæ,
Nucis Moſchatæ,
Rorismarini,
Salviæ,
Thymi, ana drachmam unam ſemis.

Digere iterum, donec perfectè uniantur, tum in duas partes divide, qvarum alteri

Ambræ gryſeæ, drachmas duas,

Moſchi, drachmam unam adde, atqve in vaſis exactiſſimè clauſis ſingulas ſerva.

Poſſet eqvidem, in compendium ſumptuum & laborum, Spiritui illi, peculiariter in hunc uſum parando, Spiritus qvidam aromaticus gratus, optimè rectificatus, veluti Aqvæ Apoplecticæ optimæ Spiritus ſubtiliſſimus, ſubſtitui, ſatiùs tamen eſſe remur, peculiari illi haud adeo difficulter parabili, ſed optimè & ſollicitè rectificato ac penitus dephlegmato, inhærere.

*Nota: Si olea deſtillata ſupradicta, ante affuſionem Spiritûs hujus aromatici, prius cum Sale Tartari vel ſimplici, vel cum Nitro per detonationem & ſubſequentem liquationem combinato, â fluxu adhuc calente pulveriſato, & phiolæ capaci, aliquatenus quoque calefactæ, indito, proportione, ad ſaturitatem aliqualem, juſtâ, irrorentur; tum in phiola exactè vitreo obturamento, veſicâ madefactâ ſuper inductâ exquiſite obſerata, ac hermeticè quaſi ſigillata, aliquamdiu, quo diutius, eo melius, calore moderato digerantur; poſtque digeſtionem affuſa proportionatâ ſpiritus illius aromatici optimè rectificati quantitate, rurſus occluſâ exactè phiolâ, aliquot dierum, quinque forte aut ſex, in digeſtione moderati caloris detineantur, Tinctura, aut, ſi ita vis, Balſa-*

BA.

*mus per emporeticam à Sale Tartari, aliquatenus volatilisato, insignis quoque efficaciæ, separandus, Vitæ, potiori jure, quam prior, salutandus, emergit, utpote illo multo efficacior & penetrantior, illum virtutibus & effectu plurimis parasangis post se relinquens.*

## BALSAMUS VITÆ FRAGRANS.

Rec. Olei destillati Lavendulæ,
Nuciſtæ,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Ligni Rhodii,
Serpilli, ana drachmam semis,
Cinnamomi,
de Cedro, si adsint & haberi possint,
Bergamottæ, ana scrupulos duos,
Balsami peruviani, drachmam unam,
Mixtis ac Spiritus Lavendulæ cohobati rectificatissimi unciis qvindecim affusis, igne leniſſimo aliqvamdiu digere.

*Nota: Spiritus sit optimè dephlegmatus; Hinc omnium primo solve balsamum Peruvianum, tum reliqua olea adde.*

*2. Si quid olei, post elaboratum balsamum, in fundo restet, nil obest, detegit solum oleorum mangonium.*

*3. Hujus aliquotæ parti, si vis, pro illis, qui amant, Moschi parum aut Ambræ addere poteris. Sine istis autem utrique sexui aptus erit.*

## BALSAMUM VULNERARIUM.

Rec. Olei Hyperici, libram semis,
Vini Gallici generosi, uncias qvatuor.
Coquantur, donec vinum evaporando fuerit ferè consumtum, tunc adde Gummi Elemi, unciam unam semis,
Terebinthinæ Venetæ, uncias duas,
Olibani,
Myrrhæ, ana unciam semis.
Misce fiat secundum artem balsamus.

BA.

## BALSAMUM VULNERARIUM
## Dni Dris CARITA.

Rec. Florum Hyperici, (dum in semina vertunt) qvantum placet.
Contunde, sensim affundendo Spiritum Vini Gallici, donec probè madefacti fiant, reponentur in vase vitreo, vel stanneo optimè clauso, & digerantur supra cineres calidos per viginti qvatuor horas: Tunc superfunde Oleum Olivarum calefactum, ad eminentiam trium digitorum, & vase obturato macerentur denuò in loco calido per tres, vel qvatuor dies, vel eò meliùs, donec Oleum rubescat. Trajice Infusum fortiter exprimendo, qvod novis Floribus Hyperici contusis & Spiritu Vini humectatis, affunde. Digere, coqve ad humoris consumtionem, & tandem fortiter exprime.

Rec. Hujus Olei Hypericonis, libram unam,
Olei Foliorum cum Fructu lingulato Ophioglossi, eodem modo præparati,
Vini rubri Gallici generosi,
Succi Apii vulgaris, ana uncias octo,
Baccarum Solani contusarum,
Sacchari rubri, ana uncias duas,
Gummi Arabici, unciam unam.
Misce, & coqve ad humiditatis evaporationem, & adhuc calidum fortiter exprime. Expresso adde
Styracis liqvidæ,
Gummi Elemi,
Terebinthinæ Venetæ, ana uncias tres,
Myrrhæ electæ, unciam unam.

Fiat lege artis Balsamus, ad sordes, in Styrace, Gummi Elemi, &c. contentas, removendas, trajiciendus.

*Nota: Huic Balsamo Vulnerario varia Medicamenta, uti Tincturas Succini, Aloes,*

Balsamum vitae fragrans. Unum ex 60 Lig. rhodii davonein theilet ist
nun gutes Balsamum ad usus internos i. propter simplicitatem ung
besser als das rote.

Bezoardica dr. den effect thun, dem man den Bezoar
Zu gebraucht hat, dieses fall wieder doch gelt sagen, es
were falsch dinge dz. den gelt den sachen tonibus

Bezoardicum Jovicle. Est calx stanni. mit Antihecticum Po
teri und dises sind nit andre sach äusl. rubr. et ba. nihil
sich zu vers an einem besonder damit thun. dosis gr. IV-VI.

Bezoard. Joviale Solare. Est magisterium tii diaphr. sperat
ab hoc magna vis cordialis recentiores parum hat, in
clinat ad virtutes causticas. si exigua quantitate pre.
scribit facit sudores. es ist konsbach, etwan d. ordi
ist so vorth man über 88 nicht geben.

Bezoard. Mineral. Est inventum infantiae chymiae, est tinct
diaphr. differt ab eo quod pretio majori est tio. es ist nun per
sonen gegangen, welche in variolis pondr. gute dienste
gethan. es sind aber sachen d. stadt in modo adhiben
di. dosis Jj. - 3B trocknet nem O d. Obg medicis so wieder
d. nit gut medicament.

*loes, Ariſtolochiæ rotundæ, Radicis Ireos Florentinæ; Balſamum Sulphuris, Balſamum Peruvianum; Alumen uſtum, Viride æris, Sarcocollam, Terram Vitrioli dulcem, Saccharum Saturni, &c. ſecundum diverſas Indicationes, commodè & efficaciter addere poſſunt Chirurgi.*

## BALSAMUM VULNERARIUM ALIUD,

*Ad omnia Vulnera recentia.*

Rec. Spiritûs Vini â præcipuis Herbis vulnerariis deſtillati ac optimè rectificati, aut ſi talis ad manus non ſit, nec properè parari poſſit, ſaltem ſimplicis, ſed probè rectificati, qvantum placet, huic adde Terebinthinæ Cypriæ qvantum ſufficit, & ſolvetur in oleum aureum, ac ſi igne eliqvatum eſſet, qvod vulnera recentia non nimis magna aut profunda, viginti qvatuor horarum ſpatio ſanare dicitur.

## BEZOARDICUM JOVIALE.

Rec. Reguli Antimonii communis, partes duas,
Jovis Anglici, partem unam.

Jovem Regulo liqvato addendo colliqvefiant, pro Regulo Joviali; hunc pulveriſa tenuiſſimè, cum Mercurii ſublimati corroſivi partibus æqvalibus miſce, ac deſtilla adinſtar butyri Antimonii ſupra edocti, oleo inde emergenti rectificato Spiritum Nitri rectificatum guttatim in vitro capaci inſtilla, donec ebullitio omnis ceſſaverit & Spiritus Nitri pulveri ſuperemineat. Ceſſante effervescentiâ digere per noctem, poſtea totum illud mixtum retortæ vitreæ committe, & igne gradatim aucto, ſpiritus nitri omnes, tam albos, qvam rubentes, â pulvere præcipitato avoca, donec retorta candeat, ſic à cohobando excuſaberis. Labor hic optimè in balneo ſicco perficitur. Pulverem dein in crucibulo ignitum aliqvantiſper, ſed cave nimium, ſpiritu vini rectificato imbibe, digere aliqvamdiu ac, avocato rurſus ſpi-



ritu, aut deſuper accenſo, ſiccatum ſerva.

## BEZOARDICUM JOVIALE SOLARE.

Rec. Reguli Antimonii martialis, uncias duas,
Stanni Anglici, unciam unam,
Nitri puriſſimi, uncias novem.

Hæc mixtura detonata & in igne per horam (cave ne crucibulum perforet) fuſa, poſt refrigerationem Aqvæ fontanæ menſuris tribus ſolvitur, & filtratur, filtratusqve liqvor, rejecto (non planè) inutili in filtro reſiduo, cum ſolutione Auri ſeqventi confuſus, præcipitatur in pulverem, qvi filtro â liqvore confuſo ſeparatus, exſiccatus, ac in patellâ terreâ igne moderato reverberatus, coccineum tandem colorem induit.

*Nota: Solutio præcipitationi inſerviens hæc eſt:*

Rec. Auri obryzi puriſſimi, drachmam unam;
Diſſolve unciis octo Aqvæ Regiæ, ut artis eſt, ſoluto, ut dictum, utere.

## BEZOARDICUM MINERALE.

℞. Butyri Antimonii rectificati, & â Mercurio currente liberati, qvantumvis, huic in vitro capaci lentè ac guttatim inſtilla Spiritum Nitri rectificatum, qvamdiu effervescit. Ceſſante omni ebullitione digere per noctem, tum retortæ vitreæ inde, ac, ut in præcedenti Bezoardico Joviali, Spiritus omnes igne ſenſim aucto evoca, ad retortæ ruborem intenſum usqve, tum pulverem reſiduum exime, inqve crucibulo majoris fixationis ergò ignito, aliqvantiſper calcina, &, uti in præcedenti monitum, procede.

Spiritus Nitri abſtractus, Spiritus Nitri bezoardici nomen gerit, ac variis uſibus, ut & ſeqventi labori inſervit.

*Nota: D. LUDOVICI etiam in hoc labore compendium quærit, Spiritus Nitri for-*

*fortis sextuplum à Croco Metallorum aut Sulphure aurato Antimonii abstrahendo; an vero effectus hujus prioris virtuti par sit, experientia, quod & ipse alibi fateri videtur, evincet.*

†. *Modum huncce duplicem, Bezoardicum minerale parandi, communicavit modo laudatus LUDOVICI in* Pharmac. suâ moderno Sec. accom. pag. 326. *Quoniam vero alter magis pretiosus, & alter minus efficax esse videtur, idcirco rarò, aut nunquam ferè hodie imitantur. Compendiosiorem autem minusque pretiosam præ omnibus reliquis, methodum, hoc Bezoardicum minerale parandi, tradidit SETTFERDUS in Celeb. D.D. BUCHNERI* Miscellan. Phys. Med. Mathemat. Ann. 1728. M. Jul. Class. IV. Artic. 6. *quæ in sequentibus consistit: Sumit nempe Scorias Reguli Antimonii simplicis, & exinde cum Aqua pluviali, more consveto, Lixivium parat, ex quo dein Sulphur auratum Antimonii præcipitari potest; pulverem autem residuum figit dein cum Spiritu Nitri, ut artis est, hâcque ratione Bezoardicum minerale egregiæ virtutis obtinet, quod, si Scorias Reguli Antimonii martialis ad hunc laborem sumit, simul* martiale *evadit. Licet autem variæ illæ hujus Medicamenti præparationes admodum diversæ esse videantur, quoniam distinctas admodum materias pro fundamento habent, nempe vel Butyrum, vel Sulphur auratum Antimonii, vel Mercurium vitæ, vel Hepar, aut denique Scorias Antimonii; nihilo tamen minus omnes & singulæ Antimonialis sunt prosapiæ, & uno eodemque fundamento generali nituntur, siquidem Butyrum Antimonii Mercurium vitæ, aut partes regulinas, post separationem acidi levi quâdam enchiresi producendas, continet; Sulphur autem, Hepar & Scoriæ Antimonii facillimo negotio pariter in Regulum iterum converti possunt. Confer. etiam CNOEFFELII Meth. Med.* febr. pag. 83. *& WEDELII* Pharmac. p. 38. *Adhibetur potissimum scopo diapnoico, uti Antimonium diaphoreticum, utpote similium cum ipso virium. Si autem Spiritus Nitri ad ejus præparationem adhibitus non optimæ notæ fuerit,*



*Vomitus facile excitare potest, quod post sudorem observavit LUDOVICI* in Pharmacia.

## BEZOARDICUM MINERALE ALIUD COMPENDIOSIUS.

*D. Francisci de le Boë SYLVII,* Practici qvondam Celeberrimi, fuit arcanum, cujus sub titulo Mercurii vitæ, infra in notâ additâ, sub correctionis ejusdem schemate mentio facta & descriptio. *AD. Georgio WELSCHIO in Pharmaciâ suâ in artis formam redactâ, lib. 1. sect. 3. cap. 5.* publicatum, sudoriferum insigne, parvâ dosi magna præstans, adeoqve dignum, qvod locum hîc inveniat:

## BEZOARDICUM SOLARE.

Rec. Auri obryzi, exactè nimirum & ex arte per Antimonium purgati & foliati, qvantum libet, Spiritus Nitri bezoardici modò dicti rectificati, qvantum sufficit. Solve calore adæqvato pedetentim, solutioni huic competentem proportionem Butyri Antimonii rectificati sensim instilla, digere per noctem, tum Spiritum Nitri bezoardicum igne convenienti, non nimis intenso, rursus evoca, pulveri in retortâ residuo Spiritum nitri communem rectificatum affunde ad aliqvalem eminentiam, digere rursus, tandem & hunc spiritum, igne successivè aucto ad candescentiam usqve retortæ, revoca, exemptum demum ê retorta pulverem in crucibulo tecto, uti supra monitum, aliqvantisper, sed blandè, reverbera, Spiritumqve Vini desuper accende, sicqve siccatum serva.

## BUFONUM CINIS.

In incontinentiâ Urinæ, â causâ violentâ ortâ, experimentum insigne ac notatu dignissimum, experientiâ geminâ in casibus desperatis comprobatum, referente *HENRICO ab HEERS, lib. 1. observ. 14.* à Cingaro primitus revelatum, â *D. HOFFMANNO in Comment. in Schröderum, p. 649.* & *D. Thomâ*

Bezoard. Olare ℞ ist nur sehr kostbar und dient Autorem Rt. Zwelfferum p. 787 und beste Ordnung zu ℞ Di bezoardico solvirt diese Solutio wird cum butyro die praecipitirt i. e. zu ℞ abgetzogen und zu wunden ℞ Di darvon gegossen, u. ob man nun will reiben, i. e. zu trocken gemacht. in morbis chronicis soll ob man sich alle andern medicamenta bezoardica, wird ob nun sonderl. Cordiale wären dass. H. - ZB ist hat man sich viel undes genommen, erfahren wenn ob Brauchen will, dann nun ob in Chronicis dass gebe.

Buforum Cinis. die gantze Vorschrift wovon ob gut ist, ist vorzu gesetzt
Vid. Dis. de inoculatione ℞ de post partum, ist remedium pure empyricum
et Hilscheri diss. de eadem mat. buforum preparatorum ℥ ist ein dien
ticum i. sind ein ℥ camphoratum. ist ein remedium so wenn ist
nöthig sind, i. ist die ℞ cantharidum besser infundirt mit Wein
essig und giebt davon einen halben Löffel, i. etwa ob es gut
einen gantzen, wie folgt in dem Actis Hafniensibus beschrieben.

Butyrum Majorana. Majorana äußerl. gebraucht in Zerreibn ist ein Bestandtheil
tobaci propter ☉ carminativum acre, u. ist derhalb ein gutes Carminativum.
M. gut in colica flatulenta, darmigicht cum ☉ lauri, ist gut zu gebrauchen
in clysteribg pro Roe flatulentiis laborante.
Calx Iovis ist auch brauchbar in der Medicin
Caput mortuum Oli, est residuum olationis Oli, colocatas post
Paracelsg zu recht gebraucht. It. wird gebraucht als ein ☉ astringens
loco styptico ☉ sanguinem sistendum multis empf. inditur ut Empf. Hypt (vulg.
Pulpa Cassiae dr. i. flos cassiae est laxans, dr. quod stomachum de-
bilitari adeoq. rarig usurpatur. Italis Gallis bene convenit. Mon-
speliæ et gramin. cum Carminativo Sem. anis. f. foeniculi
Est i. pro clysteribg dos. 3j. ij. Si paretur assumendae ℞. herbae
recentes, siccae faciunt plane contrarium effectum. Succus Juil
unser oder eigl. ☿ dem ein gesunder Mensch

BU.

*BURNETO in Theſ. Med.* ſub hoc titulo, *p. 992.* citatum.

Fit autem: Bufonem grandem vivum captum ollæ fictili novæ operculatæ includendo, ac igne aperto cremando, donec in cinerem vertatur, illamque ſacculo bombycino, aut lineo ſaltem, immiſſum, â collo in pectore pendulum geſtando.

† *Cineres hoſce etiam in Dyſenteria admodum proficuos & ſalutares exiſtere, multosque interno ipſorum uſu, ſub quo ſudorem excitaſſe perhibentur, feliciſſimè reſtitutos fuiſſe, refertur in* A. N. C. Decur. II. Ann. II. Obſ. 64. *Laudantur etiam in aliis quibusdam fluxionibus, inprimis narium hæmorrhagiis nimiis, externo uſu. Oſſa combuſta & ſaculo collo appenſa geſtata,* ROLFINCCIUS *Lib. IX.* Ord. & meth. med. ſpec. comment. Sect. VI. cap. 9. *commendat in nimio fluxu menſium.*

## BUFONUM SICCATORUM PULVIS.

Sole æſtuante torrefactorum bufonum pulvis, ſollicitè loco ſicco ac temperato aſſervatus, variis morbis & affectibus, tam internè, ſed circumſpectè, vehiculo commodo & appropriato propinatus, quàm externè ſacculis incluſus, aut Emplaſtris idoneis, aut Unguentis, aut Cataplaſmatibus mixtus, opitulatur, uti Authores paſſim & imprimis Paulinus in Bufone ſuo, teſtantur.

## BUTYRUM ANTIMONII.

*Vide ſupra Antimonii Butyrum.*

## BUTYRUM MAJORANÆ.

Rec. Foliorum Majoranæ viridium, manipulos quatuor, aut quantum vis,
Butyri majalis, libram unam, aut quantò opus.

Incoquendo, ac colaturam cum aliquali expreſſione ſervando, juxta præſcriptum artis fiat.

## CALX JOVIS.

Vulgari calcinandi modo, etiam

CA. CE.

Figulis noto, fit, continuè in vaſe non vitreato ſuper igne convenienti movendo, poſteaque ſuper porphyrite terendo, ac ſecundum artem præparando.

## CAPUT MORTUUM VITRIOLI.

Reſiduum eſt â deſtillatione Spiritûs ê retortâ exemptum, quod aquâ pluviâ aut fluviali coquendo edulcoratum, i. e. â Sale albo vomitivo liberatum ac exſiccatum, vocatur Terra Vitrioli dulcis.

## CASSIA EXTRACTA, SEU PULPA CASSIÆ.

Hujus extrahendi modum, & beneficio cochlearis per ſetaceum, affuſo aquæ calidæ pauxillo, tranſadigendi ac in pulpam cogendi, ne tyronibus quidem Pharmacopœorum ignotum, hîc docere, actum foret agere.

## CASSIA PRO CLYSTERIBUS.

Rec. Foliorum Betæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Parietariæ,
Violariæ,
Florum Violarum, ana manipulum unum.

Coquantur in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ, cocta cola, & cum colaturâ hâc Caſſiam ê cannis extrahe, ac ad aliqualem conſiſtentiam coque. Coctæ hujus Caſſiæ libræ uni, adde Sacchari Thomæi libram unam ſemis, & ulteriùs coquendo ſecundum artem fiat Electuarium pro clyſteribus.

## CERA ARBOREA.

Rec. Ceræ citrinæ, uncias quindecim,
Terebinthinæ, uncias decem,
Pulveris Myrrhæ,
Olibani,
Maſtichis,
Conſolidæ majoris,
ana drachmas quinque,
Miſce ſecundum artem.

## CERA NIGRA.

Rec. Ceræ citrinæ, uncias novem,

CE.

Terebinthinæ, uncias duas & drachmas duas,
Fuliginis ſubtiliſſimæ, drachmas duas,
Olei Olivarum, drachmas ſex.
Miſce ſecundum artem.

CERA RUBRA.

Rec. Ceræ citrinæ, libram unam,
Terebinthinæ, uncias ſex,
Olei Olivarum,
Cinnabaris factitiæ, ana uncias duas,
Minii pulveriſati, unciam unam.
Miſce lege artis.

CERA VIRIDIS.

Rec. Ceræ citrinæ, libram unam,
Terebinthinæ, uncias quatuor ſemis,
Olei Olivarum,
Pulveris Æruginis, ana drachmas quinque,
Miſce.

CERATUM PRO BREGMATE USITATUM.

Rec. Pulveris radicum Betonicæ,
Maſtiches,
Olibani, ana drachmas duas,
Mumiæ transmarinæ, drachmam unam ſemis,
Ceræ flavæ,
Reſinæ Pini,
Terebinthinæ, ana uncias duas.

Liquatæ Ceræ & Roſinæ Terebinthinam miſce, tum reliquos pulveres paulatim inſpergendo & ſubigendo ſecundum artem fiat Ceratum.

CERATUM DE CUMINO.

Rec. Emplaſtri Diapalmæ, uncias duodecim,
Ceræ flavæ,
Olei Chamomillæ,
Anethi, ana uncias tres,
Philoſophorum, unciam ſemis,
Pulveris Cumimi ſubtiliſſimi, uncias ſex.
Miſce, fiat artis lege Ceratum.

*Alii aliter parant, nobis hoc hic uſuale ſufficit.*

CERATUM SANTALINUM AUGUSTANORUM.

Rec. Roſarum rubrarum, unciam unam ſemis,

CE. CH. CI.

Santali rubri, drachmas decem,
albi,
citrini, ana drachmas ſex,
Boli Armenæ, drachmas ſeptem,
Spodii, drachmas quatuor,
Camphoræ, drachmas duas,
Olei Roſati, libram unam,
Ceræ albæ, uncias ſex, vel quantum ſufficit.

Ceram in oleo liquando, & reliquos tandem pulveres miſcendo, fiat ſecundum artem Ceratum.

CERATUM STOMACHICUM AUGUSTANORUM.

Rec. Roſarum rubrarum,
Maſtiches, ana drachmas viginti,
Foliorum Abſinthii, drachmas quindecim,
Spicæ Nardi, drachmas decem,
Olei Roſacei, libram unam ſemis,
Ceræ flavæ, quantum ſufficit.

Cera & oleum liquentur unâ, & ab igne ſepoſitis, reliqua in ſubtiliſſimum pulverem redacta miſceantur.

CHALYBIS LIMATURA PRÆPARATA.

Irroratur limatura chalybis, optimè à ſcobe lignorum, quisquiliis & ſordibus repurgata, adeòque puriſſima, aceto Vini fortiſſimo, donec planè madeat, tum in loco moderatè calido ſervetur, vaſe tecto, ne quid ſordium rurſus illabatur, donec ſiccata, tum pulveriſetur, ac denuò irroretur, idque ſexies aut ſepties iteretur, tandem ſubtiliſſimè trita aſſervetur. Si trituræ aqua adhibeatur conveniens, Ivæ fortè artheticæ, aut Chamædryos, haud peccabitur, uti nec, ſi ſimplex fuerit adhibita.

CINNABARIS ANTIMONII.

Vide Antimonii Butyrum & Cinnabaris.

CINNABARIS NATIVÆ PRÆPARATA.

Magna eſt Cinnabaris nativæ differen-

Cauterium potentiale indolens. Arcanum in multis libris descriptum
sed non bene compositum. describit a Platero Lib. II. p. 552 in observat. etiam
a Jo. Hernio in obser. ad praxin p. 70. Man nimt zwo Lauge als die M
tre Lauge (diese wird inspissirt bis zu 1/3 aber spätiret vid. Borkhausen C
die muss man essen abrauchen, bis sie fast trocken ist, das muss ge
ad plenariam siccitatem. alias dem virtutem empiricam amittit. Man
dem allerley Gattungen vermit abrauchen diese nun legt man zu
einem Pflaster, sonsten bedient man es mit zu Salben zu einer
lauge, als es wohl bedient ist, in zwo selben Viertel Stunde fast es dun
die Haut, den legt man zu Ungtum digestivum zuvorn product Re
in paracelsi. Man muss es in zwo Gläser wohl verbinden
u. bey den offen stehen haben, und muss es nicht lange vor der Luft
liegen lassen. vorab in Lapis caustici inferendis.

Cerata diese müssen etwas wärmer seyn als Empl.

Ceratum pro bregmate usitatum. paucis differt ab empl. de beto-
nica, welches sonderl. gut seyn soll pro capitis. es kommt
wohl von der mumia her.

Ceratum de Cumino, etiam extat sub catalogo empl. cumin.
est aroma quod possidet vis carminativum et anodynum, est discu-
tiens, dolores sedans, inprimis conducit wann die
frauen Frauen Milch coagulirt, dem man es thut discu-
tiens, dass es nicht zur suppuration kommt. Ettmüs institutiones
p. 132 cond. in primis in Cancro.

Ceratum Santalinum August. holz et Spodium sind die mitigirten
Antiqui dicunt roborare hepar. Barckwitz in s. visc. beschreibung
sagt, wann die Leute von der Gelbe sucht gebraucht, so nehmen
sie rothe lig Santalum u. reiben es dann auf einen Stein, und
diesen Saft die Sucht mit einem Pinsel, und est antiquissimum medicamen
Cerat stomach. Möser hat es beschrieben wann man es
pflegt überzuschlagen.

Chalybis limatura. diese modus ist aber nicht sicher zu halten
man muss sehen, dass man die limaturam nicht von Schlüssel
kauft, aber es meint, der muss gepulverten Stahl draussen stehen
lassen exercenda von sich geben, ist aber nicht sicher man es nicht
sehen geben. Zu nehmen apud Lexium Lexicorem d. gi. ij iij – v.
streicht aum ocimore Gi man die es in Cachexia. aber
man setzt materiali Zi denen purgantien setzt so gerathen
sie stund an.

Clossus tii conficitur ex ℞ et tio crudo inter se mixtis et deinde detoxatis, mom dem ein ding Fus vorzu nehmen thun mom mit gutem R Bli soll so darffmon ihn nüz und V dilutionem, so soll mom thun vor in quavis febre conducit. Dr. Allion soll viehn Lindern ein vor epilepsia und dem phlegmat. Bli gebolffen.

Condita differunt a conservis qa sl integra, conserva s. corticis Saccharo interspersa.

CI.

rentia, ſoli natalis reſpectu; ſi datur ſelectus, Tranſylvanica primas obtinet, præſertim qvæ circa Aurifodinas eruitur. Præparatio aut communi modo, mox docendo, fit: Nimirum Cinnabarim nativam optimæ notæ, recrementis rejectaneis mineræ intermixtis (vulgò audit den Berg) lavando purgatam (metallurgi vocant zu Schlicht gezogen,) vulgari per trituram exactam præparandi modo, ſubinde aqvis cephalicis aut cardiacis, verbi gratiâ, Aquâ Ceraſorum nigrorum, Florum Borraginis, Rubi Idæi, Roſarum, Cinnamomi; aut, ſi virium illarum jacturam, vel impendium exigui illarum pretii, cum D. *LUDOVICO* horreas, ſaltem communi irrorando, ac tandem ſuper cretâ, more Cinnabaris communis, in rotulas redactam ſiccando.

Aut ſublimatione per retortam, applicato recipiente capaci, cui aliqvota pars aqvæ inſit, junctûris benè clauſis, igne graduato, qvò Mercurius, ſi qvis mineræ ſit ſuperfluus, ab aqva recipiatur & conſervetur. Flores verò Cinnabarini, collo retortæ adhærentes, ac ritè ſic depurati, cautè ſeparandi & ſervandi, heterogenea reliqva ipſi cohærentia in fundo retortæ reſtant. Et hæc eſt optima Cinnabaris nativæ præparatio, qvæ ſublimatione peragitur.

Verùm & alia Cinnabaris nativæ præparatio laudatur, cujus mentio qvædam infra ſub titulo Specifici Cephalici occurret, qvæ poſt ſubtiliſſimam trituram & loturam ſupra dictam, ſolâ coctione & triturâ ſollicitâ, cum deſpumatione aliqvoties, & qvidem ſepties ad minimum iteratâ, ac tandem Spiritûs Vini rectificatiſſimi qvietâ ſuper illâ, nullatenus movendâ, deflagratione, fit; cujus etiam *D. Emanuel KÖNIG*, Medicus Baſileæ celebris, ac Scriptis ſuis eruditis inclytus, in *Regno ſuo minerali p. m. 77.* meminit, in hoc tamen falſus, qvod tritico repudiato paleas ſervare jubeat. Ex hoc fonte, (dummodo menſtruum coctioni adhibeatur debitum, Aqva nimirum, non pluviæ, ſed illa, qvam, qvi ſecreti illius compotes, celandi gratiâ ſalutare calamitatis,) emergit egregium illud, qvod ſub velo *Panaceæ Anwaldinæ* hactenus apud qvosdam latuit. Medicamentum ſanè eximium, & plurimarum virtutum compos, Panaceæ titulo haud indignum, ac veris arcanis non immeritò adnumerandum, niſi Author illius, auricupio ſuo inexcuſabili, invidiam aliorum Medicorum coëtaneorum, ipſius etiam D. *Hartmanni*, ſatis aſperè illi inſultantis, contraxiſſet, ac ſtigma ipſi inuſiſſet probroſum.

CL. CO.

## CLYSSUS ANTIMONII.

℞. Antimonii crudi, Nitri, Sulphuris, ana qvantum vis, pulveriſata miſce, & in retortam tubulatam inferne candentem, recipiente capaci, cui aliqvid aqvæ ſimplicis, aut alterius appropriatæ qvaliscunqve, veluti Cardui benedicti, Florum Sambuci, &c. infuſum, adaptato, nec exactè nimis lutato, ſucceſſivè, cochleatim (ſed cave nimium, drachmam fortè ſemis ſingulis vicibus,) ingere, ac mox exactè fruſtulo luti madidi linteolo involuti, tubulum claude, ubi nebulæ in recipiente ceſſaverint, perge ingerendo, donec omnis materia ingeſta detonuerit, tum ſpiritum omnem in retortâ collectum â cuticulâ ſupernatante, retortam hinc inde agitando eluendum, per filtrum ſepara, atqve aqvam, ſi ſimplicem adhibueris, à Clyſſo leniter abſtrahendo ſepara, huncqve in vaſe optimè clauſo ſerva.

## COLCOTHAR.

Vide ſupra, Caput mortuum Vitrioli.

## CONDITA.

Hæc parandi ars, Dulciariis & Conditoribus non ignota, Pharmacopœorum ſolertiæ meritò relinqvenda: Schematis tamen loco generatim qvaſi delineandum duximus condiendi modum.

I. CORTICES Aurantiorum & Citri recentium, ab interiori albedine

CO.

probè liberati, diem unum atqve alterum, aqvâ purâ qvotidie reiteratâ, macerentur, tum ad mediocrem mollitiem aqvâ fontanâ coqvantur, cocti, ex aqvâ exemti, parumqve siccati, Saccharo (aqvâ illâ, in qvâ Cortices decocti, ad dissolutionem Sacchari, nisi ingrati nimis sit amaroris, adhibitâ,) soluto & ex arte clarificato, ac ad debitam consistentiam cocto, immerguntur, sicqve condiuntur & conduntur.

II. Fructus Berberum, Ceraforum acidorum, Ribium, condiuntur: Saccharum clarificatum ad consistentiam tabulati coqvendo, posteà ubi parum refrixerit, fructus debitè mundatos injiciendo, tamdiu relinqvendo, donec Saccharum succo, fructus verò vicissim saccharo imprægnentur, postea fructus eximantur, & Saccharum succo liqvatum ad spissiorem rursus consistentiam coqvendo redigatur, cui demum paululum refrigerato fructus reddantur. Sicqve condita serventur.

III. Radices recentes, Calami aromatici, Cichorii, Eryngii, Pimpinellæ, Satyrii, Scorzoneræ, &c. prius mundatæ & in particulas scissæ, atqve donec molleſcant, aliqvatenus aqvæ immersæ, Saccharo, aqvâ prædictæ macerationi adhibitâ, soluto, clarificato & ad consistentiam debitam cocto, imponuntur, denuò parumper coqvendo, idqve toties repetendo, donec superflua humiditas iteratâ inspissatione sensim evaporaverit.

*Nota: Caro Citri, si pro Citrinato accipiatur, Zingiber, Nux Indica & Lactuca Hispanica, exotica sunt, hinc illorum præparandi & condiendi modum docere, hujus non est loci.*

## CONDITÆ NUCES JUGLANDIS.

Colligantur nuces tertio ante Festum Johannis die, perforentur undiqve stylo, posteà octiduum in aqva fontanâ, bis qvotidie recenti affusâ, macerentur, tunc ad mollitiem usqve coqvantur, Cinnamomo & Caryophyllis stipentur, & duplo Sacchari clarificati, modo ante edocto, condiantur.

*Exotica, quæ aliunde ad nos apportantur, ut ritè se habeant, Pharmacopœorum curæ & industriæ relinquendum.*

## CONFECTIO ALKERMES CUM MOSCHO ET AMBRA.

Rec. Sacchari albissimi,
Succi Pomorum Borsdorffiorum clarificati, & cum prædicto Saccharo ad consistentiam mellis cocti,
Granorum Kermes Monspelienſis, nimio Saccharo non conditi, & spissiusculi, ana libram unam,
Cinnamomi optimi,
Ligni Aloës selecti & subtilissimè pulverisati, ana unciam semis,
Lapidis Lazuli optimè præparati,
Margaritarum orientalium ritè præparatarum,
Ambræ gryseæ, in sufficienti portione Succi Kermes distemperatæ, ana drachmam unam semis,
Croci optimi tenuissimè triti, drachmam unam,
Moschi Spiritu Rosarum diluti, scrupulos duos,
Foliorum Auri, ad speciem, vulgi gratiâ, drachmam semis.

Misce fiat ex arte Electuarium.

†. *Nomen suum obtinuit Confectio hæc à Succo granorum Kermes, tanqvam basi, qvi tamen haud adeò singularis virtutis est, unde quoque ejus in locum sæpius tantum linteamina, rubeo colore ex granis Kermes tincta, substituuntur, quæ etiam, salvâ ejus virtute, prorsus omitti possent, quoniam Moschus & Ambra totum ferè negotium absolvunt & præcipuam qualitatem analepticam ipsi largiuntur. Et hinc est,*

Confectio Alkermes. Confortativum est medicamentum et pulsg sit robustior et se et excretiones stimulant, qui illam ferre non possunt, eslut confectio nō completa. Diese Bauern vorstehen wigens mehr als in Languedoc. sein virtus dependiert a de stimulante animalis profapicue. Es soll nit Labundigen nehmen sowiesen sein, diese werden gedötet mit ßig, die sie Dentium nehmen die Färber, die aber zur Confiseatiaw sorchari genommen die sind die basis hȳ confectionis. A. blandiora remedia Cathari dibus. Lapide lazuli ppt nehmen die Apotheker mit recht in majori quantitate mengt et flegmen alvi, wie sagt Bartholin u. Serrelig angenommen. Einige wollen man soll solche Confectio et succo rubi idei machen, welches Dropo sto macht es sehr gut ist. Deaditas virium aber nicht mehr vermin sein. Nom Brosembt et mehr alkins inter potiones hȳ.

Confectio anacardina, ist figuram eines Kegels. sie hat mir
picandum Noth. sie soll mit Gedächtniss stärcken. dass sie ist in
unsere Länder selten ist viel versucht aber befunden wol ist
sehr schädl. sey. Ist mir grosse Difficultet dieses einander zu
gebrauchen nicht, dass sie sich lange halt.
Confectio Hamech, possit etiam vocari electuarium, commendirt
ma fuit in morbis pertinacibus. Ist autorem antiquum Ma-
humet Imscharia a patria vocat Kaseÿ. Aeinerg Solanader
in seinem Consiliis sol es zu rost bey und Gebrandt gemacht
das Scammonium unnütz es Teuffels Kosst sind dies. mea de
Materia. Wenn dann es mit Unter die Clystire nehmen un-
nöthig will ich es nicht recommandiren ausgen die gross
quantität die wenn nehmen müss in abgan sonst bitter
Geschmack.

CO.

*est*, *quod* Confectio *hæc* incompleta, *pro mulieribus*, *quibus odora ista ingredientia*, *ob metum hysterica passionis*, *maximè infesta & nociva sunt*, *ordinariè destinata*, *parvi admodum usus & exiguæ efficaciæ sit. Commendatur equidem eximiè in quamplurimis affectibus*, *uti ex Tr. EUSTACHII*, *Medici Dantiscani*, de Confectione Alkermes, *videre licet*, *quidem tanquam optimum & efficacissimum cordiale*; *ast*, *laudibus hisce multum detrahunt moderni*, *quorum non pauci eandem*, *ceu compositionem ineptam & ridiculam*, *graviter perstringere solent*, *prout hoc ex GUIBERTI* Medico officioso pag. 529. *apparet.*

## CONFECTIO ALKERMES SINE MOSCHO ET AMBRA.

His odoris omissis, modo sit prædicto.

## CONFECTIO ANACARDINA.

℞. Anacardiorum præparatorum,
Baccarum Lauri,
Costi dulcis, ana drachmas tres,
Myrobalanorum Belliricarum,
Chebularum,
Emblicarum,
Indarum,
Piperis longi,
nigri, ana drachmam unam,
Radicum Cyperi, drachmas duas,
Sacchari albissimi, drachmas tres,
Cubebarum,
Seminis Erucæ, ana drachmam unam semis.

In pulverem subtilissimum redactis singulis, & exactè mixtis, adde Mellis despumati triplum, seu uncias septem cum semisse, fiat lege artis Electuarium, omittendo ranceſcens facile butyrum, & ingratum reddens medicamentum, ad corrigenda Anacardia, ob ætatem (serò nempe ad nos delata,) minùs acria, hinc correctionis haud indiga, vix necessarium.

CO,

## CONFECTIO HAMECH.

Inconcinnam hanc compositionem, ingratum parientem medicamentum, Clarissimo *Casparo Hoffmanno*, *lib. de medicam. officinal. 1. cap. 9. §. 14.* inferiori potiùs gutturi, qvam superiori destinandum, optimo jure eliminandum è catalogo Medicamentorum nonnulli censent; At, cum consuetudini Vulgi, ut in plurimis aliis, aliqvid dandum, atqve usus ejus adeò validè inoleverit, ut Chirurgorum, imo & Medicorum qvorundam, sacra qvasi anchora dici possit, locum ipsi concedendum, ac normam aliqvam præparationis paulò forte concinniorem dandam censuimus, à superstitiosâ illâ dosium ἀκρίβεια vindicatam:

℞. Myrobalanorum Citrinarum, uncias quatuor,
Chebularum,
Indarum,
Rhabarbari electi,
Polypodii Qverni,
Agarici,
Pulpæ Colocynthidis,
Epithymi,
Violarum, ana uncias duas,
Foliorum Sennæ Orientalis, sine stipitibus,
Absinthii,
Thymi, ana unciam unam,
Rosarum rubrarum,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana drachmas sex,
Passularum exacinatarum, uncias sex,
Prunorum, numero sexaginta,
Succi Fumariæ recentis, libram unam,
Seri lactis, qvantum sufficit, libras circiter decem.

Stent in digestione lenis caloris, horas viginti qvatuor, in vase vitreo aut vitreato bene clauso; postea semel iterumqve ebulliant, atqve colentur. Colaturæ cum expressione aliqvali factæ, adde:

℞.

Sacchari albiſſimi, libram unam ſemis,

Coqvatur ad mellis conſiſtentiam, cui ſub finem miſce,

Pulpæ Tamarindorum, uncias qvinqve,
Caſſiæ, uncias qvatuor,
Mannæ depuratæ, uncias duas.

Tandem ab igne remotis adde, ſeorſim ſubtiliſſimè contriti,

Pulveris Scammonii præparati, unciam unam ſemis,
Rhabarbari electi,
Myrobalanorum omnium,
Seminis Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Indicæ, ana drachmas duas.

Miſce fiat ſecundum artem Electuarium.

## CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞. Syrupi acetoſitatis Citri, libram unam,

Pulveris ſubtiliſſimi
Boli Armenæ veræ præparatæ,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Hyacinthorum præparatorum.
Terræ Sigill. Lemniæ, aut Strigenſis, ſaltem Sileſiacæ præparatæ, ana drachmam unam ſemis,
Radicum Dictamni albi,
Tormentillæ,
Seminis Acetoſæ,
Citri decorticati,
Portulacæ,
Cornu Cervi præparati,
Eboris raſuræ,
Oſſis de Corde Cervi,
Croci optimi,
Myrrhæ ſelectæ,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium, ana ſcrupulos qvatuor,
Margaritarum præparatarum,
Smaragdorum præparatorum, ana drachmam unam,
Foliorum Auri Obryzi minutiſſimè diſcerptorum, numero viginti,
Argenti, numero decem.

Miſce fiat lege artis Electuarium.

*Nota: Sapphirorum & Topaſiorum inutile planè diſpendium, pretio Medicamenti ſolum augendo ſerviens, eorum omiſſione præcavere voluimus. Idem de Hyacinthis & Smaragdis facturi, niſi illi nomen medicamento & baſin darent, hi virtutis cujusdam ſingularis reſiſtendi venenis, ac cor roborandi glaucomate, mentis quorundam aciem faſcinârint, eam, quam integri naturæ dotem elargiri dicuntur, in eorundem etiam pulvere latere præſumentium. Quibus tamen & Sapphiros & Topaſia addere libuerit, his, ut omnis cavillandi ceſſet occaſio, ſanè integrum ſit. Ut & omnia pretioſa, ipſas quoque margaritas, omittere, dummodo meminerint, talem, pro pauperibus, ut* incompletam, *minori pretio vendendum ſervare.*

†. *Veriſſimum eſt, quod ab illo tempore, quo Arabes non ſolum Metalla pretioſiora, veluti Aurum & Argentum, ſed & ipſas Gemmas pro miraculoſis venditârunt medicamentis, ſtatim ex noſtratibus multi, cæco hoc præjudicio ducti, & ſpecioſa magis, quam efficacia Medicamenta deſiderantes, eadem illa ſubjecta in hunc uſque diem tantò majori æſtimatione digna judicaverint, atque tam ſimpliciter, quam in variis inconcinnis compoſitionibus, contra graviſſimos morbos commendaverint. Præterquam enim, quod poſt Arabes etiam* Albertus M. Cornelius Agrippa, Theophr. Paracelſus, Montuus, Cardanus, *pluresque alii, Gemmis varias ſtupendas virtutes magicas attribuerint, quibus tamen optimo*

Confectio de Hyacintho, haec antiqs fuit celebrata, ubi virec
erigendæ existimabantur, in febribs malignis. Sic besteht auch dem
aber dieser gestaltnus. Alexipharmac ist. Die Engländer haben sie nicht
so dig, sondern haben die Species apart, wird sie Brust auch dem
Einfluss gestillet. dos. ʒj. ij pro roborando. Specierum ubi hystrepus
non accredit ist minor. Die Species werden nicht höher als ʒj. ur. in
minis haemorrhagiis compescendis.

CO.

*mo jure* Scaliger, Sanctorius *aliique contradixerunt; insuper quoque iisdem, maximè vero Saphiro, Hyacintho, Sardonio, Granato & Smaragdo, quibus alii adhuc Margaritas & Corallia annumerant, singulares cordiales virtutes adscribere non dubitârunt, idque tam sibi, quam aliis persvadere omnibus viribus annisi sunt, eumque in finem gemmas istas, tam solitariè, quam præcipuè sub multis speciosis & pretiosis compositis, inter quæ prioribus temporibus* Antidotum aur. Alexandri, Electuar. Diamargariton Mesuæ. Elect. de Gemmis & Elect. lætificans Conciliatoris, *famosissima erant, in Pharmacias intráducere non dubitarunt. Et hinc est, quod etiam* Hyacinthus, *unacum exinde paratis Speciebus & Confectione, præ omnibus aliis lapidibus pretiosis, apud modernos quosdam Practicos adhuc, ob analepticam istam imaginariam, virtutem tanti faciatur & æstimetur, ut, licet in minori dosi cum copioso aliorum simplicium additamento commixtus sit, eidem tamen prædominium virtutum & quasi directionem reliquorum concurrentium tribuant, siquidem in Confectione modo allegatâ non nisi Drachma una semis ferè tribus Unciis reliquorum ingredientium (ne dicam de conjunctâ totâ Syrupi acetositatis Citri libra, quæ basin hujus Medicamenti constituit,) commiscetur, â quâ sanè, si quoque aliquam lapidi isti pretioso concedere velimus virtutem, vix unquam aliquis notabilis expectandus aut promittendus erit effectus. Eâdem quoque de causa jam jam Ao. 1717. Italus quidam Medicus, nomine* Sebastian Rotari, *publico aliquo Scripto Confectionem hancce damnavit & tanquam prorsus inutilem rejecit, cui quidem brevi post Dominus* Hieron. Cæsar Fantasti *se se opposuit hujusque medicamenti defensionem in se suscepit, paucorum verò Medicorum assensum obtinuit, præprimis quia etiam alii Celeberrimi Medici, speciatim LUDOVICI in* Pharmaciâ sua Differt. I. de Diaphoret. p. 122. & 141. *RIVINUS in* Diss. de Censura Medicam. officinal. *GORRIS* in Tr. de Medicin. contempt. Cap. 10. pag. 164. *jam olim eandem de hoc Medicamento foverunt sententiam, prout hoc ex verbis ultimi Autoris liquet,*

CO.

*qui inter alia l. c. ita scribit:* Emendatæ interpolatæque (*Confectiones de Hyacintho & Alkermes*) nihil aliud sunt, quam confusa inordinataque quorundam exoticorum simplicium congeries, in quibus (si paucissima quædam excipias,) nullam vim cardiacam dispicies, quicquid venalitii præcones de iis garriant. *Et* p. 166. *pergit: Posset igitur exiguâ jacturâ ex finibus usibusque medicis eliminari famosa Hyacinthorum Confectio, cum nihil eorum penitus exsequatur, quæ de illa jactantur. Interim tamen & hoc diffitendum haud est, quod* Species hujus Confectionis solitariæ *satis egregium & conveniens præbeant Medicamentum tonicum, in excretionibus qualibuscunque excedentibus, inprimis sudoribus colliquativis hecticorum, admodum efficax & proficuum, si modo parciori dosi & convenienti tempore exhibeantur; in febribus autem contagiosis & exanthematicis easdem, si vulgari more, ad unum alterumve Scrupulum, exhibeantur, licet & in iisdem communiter pro singulari remedio commendentur, vix unquam emolumenti quicquam allaturas esse, optimè monuit Illustr. STAHLIUS in* Differt. de Morbis consequentibus, §. XIII. p. 15.

## CONFECTA SACCHARATA.

Sub horum titulo diversæ species catalogo nostro sunt insertæ, quædam, quæ melioris gratiæ ergò Saccharo incrustantur, aliæ, qvæ commodioris conservationis & usus ergò in formâ siccâ Saccharo conditæ servantur. De utrâqve specie non est, quod sigillatim, quoad parandi modum, moneamus, aut notemus: Utriusque conficiendi modus Conditoribus & Pharmacopœis in commune qvasi opificium cessit. Id unicum tantùm circà incrustatorum confectionem addendum: Cavendum nimirum esse, ne in eorum præparatione candor & sinceritas exulent, aut locum lucri cedant amori, indeqve amylo potiùs, qvâ majorem partem, qvam Saccharo incrustentur. Hoc monito præmisso, solum, quod compositum est, subjungimus,

*CO.*

## CONFECTUM PRO OCULIS, SEU OPTICUM, UT NONNULLIS DICITUR.

Rec. Seminis ſelecti Aniſi,
Apii,
Cardamomi,
Carvi,
Cubebarum,
Erucæ,
Rutæ, ana unciam ſemis,
Coriandri, drachmas decem,
Cumini,
Seſeleos, ana unciam unam,
Sacchari Canarienſis albiſſimi, in Aqvâ Euphraſiæ & Fœniculi ana, ſoluti, libras tres aut qvantum ſufficit.

Fiat incruſtando lege artis Confectum.

## CONSERVÆ.

Conſervas Herbarum, Florum, Fructuum conficiendi ratio, cum ferè coincidat, nec niſi pro ſubjectorum diverſitate Sacchari admiſcendi proportio in nonnullis nonnihil variet, id fortè ſolùm notandum veniet, qvod, cùm fructuum, herbarum & florum præſertim nonnulli, uti Roſarum, Bugloſſi, Borraginis, Tunicæ, ſuccolentiores ſint, alii ſicciores, illorum ſingulis libris libræ duæ Sacchari ſufficiant albiſſimi: His verò Sacchari qvantitas prædicta dimidiâ librâ augenda, atque aſperſo ſtillatitiæ, floribus qvibusqve congeneris aqvæ pauxillo, inter piſandum mixtura promovenda ſit.

Radices Conſervandæ recentes ſuculentæ minutiſſimè conciſæ, cucurbitæ vel ollæ ſaltem vitreatæ, immiſſæ & coopertæ, in balneo Maris per bihorium aut trihorium coqvantur, donec molleſcant, duriores præſertim; tum refrigeratæ, in pulpam tundendo, cum duplo Sacchari in Conſervam redigantur.

*CO.*

Pulpa ac caro fructuum contuſa, per Setaceum trajicienda, tumqve cum Sacchari albiſſimi ſufficienti qvantitate, qvam juſta Electuarii conſiſtentiâ indicabit, contundendo condienda.

## CORNU ALCIS SINE IGNE PRÆPARATUM.

Vide ſupra Alcis Cornu.

## CORNU CERVI SINE IGNE PRÆPARATUM.

Modum præparandi vide ibidem.

## CORNU CERVI AURATUM.

℞. Cornu Cervi uſti & præparati, unciam unam,
Foliorum Auri obryzi, libellos octo.

Levigentur ſuper marmore, aut in mortario & piſtillo pariter marmoreo, per bihorium, donec Aurum planè diſpareat ac optimè ſint mixta, dein cœlo ſereno in crucibulo tecto, igne aperto, per qvadrantem horæ calcinentur, ut colorem acqvirant purpuraſcentem, tunc ſolicitè ſerventur.

D. *VOLCKMARI* p. m. arcanum, ac in morbis omnibus, etiam periculoſiſſimis, ſacram qvaſi fuiſſe anchoram perhibetur.

Alii, & ſanè melius, Cornu Cervi in teneros ſciſſum taleolos, proportionatâ doſi cum foliis auri in pyxide cæmentatoriâ ſtratum, uti vocant, ſuper ſtratum faciunt & igne rotæ circulari cæmentant, tum taleolos â cæmento friabiles in pulverem reducunt ſubtiliſſimum, qvem pro confortante egregio ſervant.

## CRANIUM HUMANUM PHILOSOPHICE PRÆPARATUM.

Philoſophicæ, ſatis ineptè ſic dictæ, calcinationis cum eadem ſit in omnibus ejuſmodi oſſeis aut corneis ratio, modum

Conserv. Finckgen dem neuen big dem Möhren was Essen. die Italiäner
mengen die Conserv. auf zum besondern auch, sie nehmen es so viel
Zucker sie schneiden die Körnlein Clem. u. nehmen portionem ac-
ticam des Zuckers. aber sie stellen die Conserva, denn man polor
oder electuarii darsonder will. (Conserv ist der beste unter den
Potari(ii)

(Cl. s Δ ppium. das Cl. usum sind viser seriear, diese aber mucci-
laginosas. in Dysenteria ist wohl nichts besser als Cl. s Δ cum
V Card. Ben. Unter potiones so lange stehen sollen darff man
es nicht verschreiben, denn es wird leicht mucilaginös des Essigs
unter ℥ temperat. denn man es in Clismo das. nehmen.
Cl. Otum. heist Dr. Volckmari arcanum, instar sacri anchori. Est
commixtio cum calce Cl. kl vini absorbendi. denn man mit dem
U. Oto da und denn mündy perlatis sti donat, das ist das ℥ Gim
Ebra u. Podo.

Cranium humanum ffice ppatum. nescio quas bonas vires ab hoc spe-
rare possumus. denn den aethiope minerali das den Te vegetabili
u. den Cranio Hirc usum ist in morbo epileptico patter anatica
was denn das aber ist giebt man die dass. ist usum das Cranium
humanum crudum.

Cremor ℞i, ro gusti ipsi mist mucos stomach. ℥ij est ℔ vini ja-
mica non ita depurati, ℔ss ℔ssbiscos ro reiud. datur ad ap
petitum excitandum, si ante Scenam et prandium sumat
dos ℥j. martiata non agunt nisi soluta

Crocus ℞is, alia martialia st cuntigui effecty, agunt to
ro roborando. dos gr. i ij mota dant vires mist ipsum rbum
non retentos fui ungusti. ℔ss.

CR.

modum videſis in Alcis Cornu philoſophicè calcinando.

## CREMOR TARTARI.

℞. Tartari albi integri, qvantum vis, lava aliqvoties, donec ab impuritate ſuperficiali probè liberatus ſit, & aqva lotioni ſerviens limpida ab illo defluat. Hunc groſſè contuſum vaſe figulino optimè vitreato, deſuperqve operculato, inde, ac affuſâ aqvâ fluviali, aut pluviali, igne intenſo per horam coqve, tum ovi albumine ſolutionem ferventem ſecundum artem clarifica, remoto albumine cum ſordibus, qvicqvid ſolutum per manicam Hippocratis, inclinando vas, celerrimè trajice, aliamqve rurſus aqvam reſiduo nondum ſoluto Tartaro affunde, denuò coqve & ferventem, ut prius, per manicam cola, idqve tertiâ vice, ſi opus, repete, donec omnis Tartarus ſolutus ſit, ac nil niſi arenulæ & feſtucæ reſtent. Solutiones omnes confunde, atqve probè agitando miſce, ac inter agitandum Tartarus refrigeratus, pulveris aut arenæ ſubtiliſſimæ formâ, ſubſidebit. Hunc plenè refrigeratum, ubi effuſâ aqvâ priori, aliqvoties affuſâ recenti frigidâ laveris, absqve ulteriori ſolutione, ſiccatum atqve in ſubtiliſſimum pulverem lævigatum, pro Cremore ſerva.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS.

℞. Limaturæ Martis, partem unam,
Sulphuris communis pulveriſati,
partes duas.

Miſce exactè in patinâ terreâ plani fundi, non vitreatâ, impone igni convenienti, qvò fundus patinæ incandeſcat, move rudiculâ aut ſpatulâ ferreâ diligenter, donec ſulphur omne deflagraverit, atqve limatura in pulverem rubei coloris abierit, qvi Croci Martis nomine venit.

### Vel quod ſatius.

℞. Vitrioli Martis, cum oleo Vitrioli (uti

CR.

infra docebitur,) parati, qvantum vis. Calcina igne prius leni, poſtea auctiori, ſæpius movendo ſuper patinâ terreâ non vitreatâ plani fundi, donec in pulverem rubicundum fatiſcat.

## CROCUS MARTIS APERITIVUS D. STAHLII.

℞. Scorias Reguli Martialis primas, craſſè contuſas, aut aëri loco umbroſo expoſitas, in pulverem nigrum fatiſcentes, cui aqvæ communis qvantitatem ſufficientem affunde, qvam bacillo agitando turba, ac poſt morulæ momentum, ubi craſſior ad fundum ſeceſſerit pars, aqvam in aliud vas transfunde, qvæ, dum ſubtilis cum illâ effuſus pulvis ſubſederit, paululum moræ qvieſcat, tum craſſiori pulveri reaffundatur, denuòqve agitando turbetur, rurſus ſubſidente craſſiore, tenuior priori aqvæ jungatur, ſic turbando ac decantando continuetur, donec aqva turbata, ſubſidente paululum craſſiore pulvere, non amplius turbetur, nec qvicqvam in illâ adhuc fluctuare percipiatur. Pulvis ſic elotus filtro ab aqvâ ſeparatus, exſiccatus, & cum triplo Nitri puriſſimi deflagrando colliqvatus ac edulcoratus, pro Croco Martis aperitivo ſervetur.

Craſſior in fundo reſiduus, ſiccatus & cum triplo nitri detonatus ac edulcoratus, pro *Croco adſtringente* ſerviet.

†. *Plura, tam circa præparationem, quam legitimum egregii hujus aliorumque Martialium remediorum uſum, pro more ſuo ſolidiſſimè commendatus eſt Illuſtr. STAHLIUS in* Obſervat. Chym. Phyſico-Medicis curioſis Menſ. Januar. An. 1698. *ubi ſimul Cap. III. ratione denominationis monet, quod* Croci Martis *titulum eidem propterea impertiverit, quia utique maximam partem Martialis eſt proſapiæ, vix minimo* regulinæ *ſubſtantiæ intertexto;* aperitivum *autem effectum ipſi tribuat, præprimis in comparatione ad alterum ſub ejus præparatione reſiduum Crocum, purè & enormiter* ad-

*CR.*

stringentem; *nec non, quod conferat huic Crocum Zwelfferiano, præcipuè identitate substantiæ, præferat autem tam huic, largiore proventu, quam* Ludoyiciano Croco, *veriore secretione effectuum diversorum. Sunt autem effectus ejus varii, dum partim impuritates acidas primarum viarum corrigit & in subdulcem vitriolaceam substantiam transit, quæ feces alvinas nigro colore tum tingit; partim solidas partes blandâ adstrictione roborat, hâcque ratione stagnantium humorum promotionem secundat; partim tubulos nimium distentos blandè constringit, hocque modo hæmorrhagias & excretiones alvinas excedentes sistit; partim denique insimul, ob admixtas antimoniales particulas, motum humorum nimis languidum ac transpirationem blandè promovet.*

## CROCUS MARTIS APERITIVUS CUM SALIBUS.

℞. Limaturæ Martis subtilissimæ, libram semis,
irrora in vase terreo vitreato sæpius
Aquâ Absinthii,
Cochleariæ,
Fœniculi,
Fraxini, ana qvantum sufficit,
in quâ solutæ sint:
Salis Cardui-benedicti,
Centaurii minoris,
Fraxini,
Melissæ, ana drachmæ duæ,

& identidem exsicca, rursusqve irrora, donec in Crocum abeat, qvem subtilissimè tritum serva.

## CROCUS MARTIS ADSTRINGENS.

Fiat, limaturæ Martis subtilissimæ, qvantum placet, in patellâ terreâ non vitreatâ vehementissimo igne reverberii in furno figulino, aut laterum potius, exponendo, & exactissimè ad intensam usqve rubedinem calcinando.

## CROCUS METALLORUM.

℞. Antimonii & Nitri, ana qvantum vis, in pulverem redacta misce exactè & in crucibulo ignito detona successivè, ac in massam redigetur puniceam, Hepatis nomine Chymicis notam. Hanc pulverisatam aqvâ calidâ pluries affusâ edulcora, & per chartam emporeticam ab aqvâ separatum pulverem in crucibulo denuò aliqvantisper calcina, tum pro Croco metallorum serva.

*BR.*

Aqva inde per filtrum separata exhalando *Nitrum* præbet *antimoniatum*, seu, ut alii vocant, *Anodinum minerale.*

## CROCUS SOLIS.

℞. Auri per Antimonium debitè depurati, partem unam,
Mercurii â sordibus ritè, aceto ac sale, aut spiritu vini purgati, partes sex.

Fac lege artis amalgama, cui probè commisce duplum sulphuris triti, & sub tegulâ fulminatoriâ (unter der Muffel,) rudiculâ ferreâ continuè movendo, ad absumtionem usqve Sulphuris & Mercurii omnimodam, igne sufficienti calcina, sic in pulverem abibit ruffum, à sordibus, si qvæ accesserint, abluendum, siccandum & subtilissimè super marmore terendum.

## CROCUS VENERIS.

Communiter paratur æris squamas igne reverberii calcinando, terendo, lavando & siccando.

Alii caput mortuum Spiritûs viridis æris, à destillatione relictum, aqvâ pluviâ destillatâ, aut fluviali, coqvendo edulcoratum, siccatum, ac in pulverem subtilissimum terendo redactum, pro Croco Veneris usurpant.

## CROCUS VENERIS ê VITRIOLO.

℞. Vitriolum Veneris qvocunqve modo paratum, aqvæ pluviæ qvantitate sufficiente solutum, oleo Tartari per deliqvium parato, aut liqvore Salis Tartari, aqvâ pluviâ gestillatâ soluti & filtrati, guttatim instillato, præcipitatur in pulverem croceum, qvem filtro exceptum, & aqvâ destil-

Crocus ☉is adstringens. vnd läst sich vnn bstan mouſa ebo mou
einem glaß offen ſal. mon brouchet ſie brennend. in der Chirurgia
zu einer ☉ ſyphicis.
Crocus metallorum, iſt crocy ☉ii reſcio aus hoc nöt mi ſignitu
er wird gebrouchet pro virtute emetico. Mon gruß ob ſie
i. ffloren. gt. iij iſt ſchon zuis ſtorck duſ von einis ſtorckn Ro
ohnn die ffloren kriegen od. ſchwinen ſorben iſt ob gut mon
mouſt ob in vnd ſüdes ℥ij
Crocus ☉is in re medica iſt ob vnſ viel nütze. Et jactura
mulieris
Crocus Veneris ♀ iſt nit oer uſtum.

Crystalli ℥fs, nb. differunt a cremore. cremor est im-
perfectus Crystallus, recommendatus in curando hydrope
ist ist eben die mäa vrsachen, die in dem lapide inferuli
st.

Decocta. Decoctorum est antiquissimg usus in medicina
praesertim grecorum et Arabum. Veteres credebant
in febribg decoctionem instituendam esse. die Decocta
sind nun selten mehr und sind die Species darvon.

Decoctum appetitivum majus. Es ist nicht ein mass der
Recept aus ℈j Specierum verfertigt nun 1 ℔ V, so
nicht lange stehen soll. soll es aber länger dauren
so nimt man 11 ℔, etwann es lange stehen muss.
man lässt den Patienten etwan Mess. ß. oder 6
trinken.

Decoct. Alexiphr. usurpatur quando grassantur morbi epidemici
V Liest ebenig bey der Purgirlei mehr.

* Decoct. album Sydenhami. Est simplicissimum, d. in aestu conveniens
paratur ex mica panis et rasura CC. in V simpl. cortium colat.
add. Syrup. acetositatis citri. in ebrio von dürrstof. Forte, sabam sie
nun Decoct. album nicht ebrin. die ursachen nimm ebenmas-
sigkeit (vid. Brunf) ebri es auch von ofen kommt. giesst darüber
ein Mass ebrin, etwann es sich voll gezogen giesst man
ein Mass V, seind es drey ein Tag i. acht es trinken
von selbe Leüte die ein ebrin gewohnt sind.

* Decoct. laxativum Mannae gallicae. vocatur in V laxativa Prussum
descript. invenit ap Zwelferum in pharmacop. Elect. II.
℞. fol. sen. ℈. ß. ℥i Zij sm. coriant. Cort. Otionē a ℈j.
Pass. min. Zß Cinam. ℥ß Zij. infunde p noctem V
font. tbj mane ebulliat ac colleg, in colat. solvetur

*CR. DE.*

destillatâ calidâ sæpius affusâ edulcoratum, sicca, & in patellâ terreâ parum reverbera, donec in rubedinem color ejus transeat.

## CRYSTALLI TARTARI.

Tartarum modo supra in Cremore edocto superficietenus lotum, solutum, ovi albumine clarificatum, & aliqvoties clotum, denuò aqvâ limpidissimâ, strenuè in vase puro coqvendo solve, per manicam puram ocyùs in vas commodum & absqve ulla agitatione qvietum infunde ac in loco frigido serva, & in crystallos coibit puras & elegantes, utut non extremè candidas & pellucentes, magis tamen, qvàm si ad extremam albedinem lotus fuerit Tartarus, efficaces, ut & copiosiores: Diutinâ enim illâ & sæpius repetitâ loturâ plurimum & Tartari & virtutis eluitur.

## DECOCTUM ALEXIPHARMACUM.

℞. Radicum Angelicæ, drachmas tres,
Pimpinellæ,
Vincetóxici, ana drachmas sex,
Scorzoneræ, unciam unam,
Zedoariæ drachmam unam semis,
Foliorum Rutæ, manipulum unum,
Salviæ,
Scabiosæ, ana pugillos duos,
Scordii, manipulum unum semis,
Florum Calendulæ,
Rosarum, ana pugillos duos,
Seminis Acetosæ,
Cardui-benedicti, ana drachmas duas,
Costi amari, drachmam unam semis,
Pomorum Citri recentium, numero duo.

Coqvantur secundum artem in sufficienti qvantitate Aqvæ fontanæ simplicis.

Colaturæ libræ qvinqve serventur usui.

*DE.*

## DECOCTUM APERITIVUM MAJUS.

Rec. Specierum Decocti aperitivi majoris uncias tres, coqvantur secundum artem in sufficienti qvantitate aqvæ fontanæ ad libras tres. Colatura servetur usui.

Cum minus durabilia sint talia decocta, aut extempore sunt, aut minori qvantitate paranda, ac exigente necessitate reparanda.

Eâdem ratione paretur &

*Decoctum aperitivum minus.*

*carminativum pro Clysteribus.*

*Florum & Fructuum.*

*Pectorale.*

## DECOCTUM CITRATUM.

Rec. Malorum Citriorum cum corticibus in taleolas rotundas ac tenues incis. No. III. vel V.
Sacchari albissimi, uncias qvatuor.
Aqvæ fontanæ, libras sex.

Coqvantur ad tertias; postea colentur, & decoctum clarum instat Vini, ad usum reponatur.

*Not. Decoctum hoc citratum quoque per infusionem cum aqua bullienti & pauco Sacchari parari potest.*

## DECOCTUM CORNU CERVI EX RASURA.

Rec. Rasuræ Cornu Cervi, unciam unam.

Coqve in sufficienti qvantitate Aqvæ simplicis; Colaturæ libræ duæ serventur usui.

## DECOCTUM CORNU CERVI CUM RADICIBUS SCORZONERÆ.

ist gut in febrib. malignis

Rec. Rasuræ Cornu Cervi, unciam semis,
Radicum Scorzoneræ, unciam unam.

Coqve secundum artem sub diplomate, in sufficienti qvantitate Aqvæ simplicis. Colaturæ libras tres serva usui.

*DE. DI.*

### DECOCTUM HORDEI SIMPLEX.

Rec. Hordei optimè loti & mundi, uncias duas,
Aqvæ communis, libras duodecim.
Coqve ad tertiæ partis consumtionem; Colatura servetur usui.

### DECOCTUM HORDEI CUM RASURA CORNU CERVI.

Rec. Hordei optimè loti & mundati, unciam unam semis,
Rasuræ Cornu Cervi, unciam unam,
Aqvæ simplicis, libras octo.

Coqvantur lege artis ad consumtionem tertiæ circiter partis; Colatura servetur.

### DECOCTUM HORDEI CUM RADICIBUS SCORZONERÆ.

Perinde fit, si nimirum inter coqvendum, loco rasuræ Cornu Cervi, Radicum Scorzoneræ minutissimè concisarum uncia una addatur.

### DIACYDONIUM LAXATIVUM.

Rec. Resinæ Jalappæ, uncias qvatuor.
Solve in Spiritûs Vini optimè rectificati, qvantitate exactè sufficienti, & exqvisitissimè agitando misce Gelatinæ Cydoniorum, ad debitam consistentiam coqvendo redactæ & adhuc calentis, libris tribus cum semisse.

### DIACYDONIUM SIMPLEX.

Rec. Pulpæ Cydoniorum cum succo eorundem purissimo coctæ,
Sacchari albissimi clarificati & ad justam consistentiam coqvendo inspissati, ana libras octo.

Misce exactè ad consistentiam sca-

*DI. EL.*

tulis infundi aptam; Vel in Electuarii spissioris formam redige.

### DIACYDONIUM CUM SPECIEBUS.

Rec. Diacydonii modo descripti simplicis, recens parati & adhuc â foco calentis, libram unam,
Cui misce Specierum pro Morsulis Imperatoris,
Flavedinis Corticum Citri recentis minutissimè concisæ, ana drachmas qvinqve,
Ac scatulis infunde.

### DIAGRYDIUM SULPHURATUM.

Rec. Scammonii pulverisati, qvantum vis. Extende super chartam bibulam, suppositis prunis, sulphure modico aspersо fumantibus, suspensam, continuè Scammonium versando ac movendo, donec liquescere incipiat ac albescat, qvod tum debitè sulphuratum commodè servetur.

### ELECTUARIUM ANTIFEBRILE D. D. BERGEMANNI.

Rec. Rob Juniperi, uncias octo,
Pulveris Corticum Peruvianorum, uncias sex,
Radicis Zedoariæ, unciam unam semis,
Antimonii diaphoretici, unciam unam,
Syrupi Scelotyrbici, qvantum satis pro consistentiâ Electuarii.

### ELECTUARIUM ANTIFEBRILE ALIUD.

Rec. Radicum Gentianæ,
Contrayervæ,
Zedoariæ,
Serpentariæ Virginianæ,

Cor-

Elæosaccharum, Saccharum oō ℈. imbutum, l. prostant in officinis l. extempore parantur, ad ℥j. Sacch. canarien. gtt. viij oō ℈. Sumant so viel man oō hat, so viele Elæosacch. hat man, so viele gestuffen Zucker man hat so viele gtt oō muß man haben. Sonst Elæosacch. compos. ut Elæosacch. Cephalicum Wörfferi.

Diacydonium simplex. Est res grato sapore sese cōmendans, quare in diarrh. is mōdissime pl. dare. ix: ird gri febre quotidiana intermittente laborant. datur a finito paroxysmo, ni ventriculi debilitate ℥j. ℥ij mane simul cum ℥ij. ℈ij Diacyd. Lapid. res. Salpp. solvat in ℔mo Dr. Dozery sert et fleißig gebrauchs er trockenes fleisch Dss. die mehr sind zu Cronb. bey denen Autoren finden. Man bereitet es delicatulos zu bekommen. Zu dessen ist der beste Autor zu re pharmaceutico.

Diagrydion Ztum. die alten nannt es diagryd. Lacryn. weil dieß nützt zu nichts, denn in Scammonio ist nichts gutes, also bringen dann offen Scammo

Electuarium antefebrile. es ist ein Kunst zu sonsten gesetzte Zu ihre mehr die sich einst ihrer Kunstigen medicamente zu Nutzen, so sonst findt man zur probe in der pharmacia bataliana

Das lig. Colabrinum ist bedünstig weil es leichte voll mors. mit dem opio dem pfeffer gesetzen. in den Brust hier gibsen dispens. finden wir noch im Aechnar. so noch gesetzen ist.

Lignum colubrinum i. China de China Chini in solchen das beste das unsere aber kommt selbst auch der opium im

Electuarium de bac. Lauri. est antiquissimum remedium, re-
commendatur in colica a causa frigida orta, ett sumi magn
tudine avellana cum ℈j. vini calefacti, idq repetitis vicib.
nachzu nimm die duale aromata bey dem purgaten

Electuarium benedictum lazativum. solich remedia die sein
nützen in Leibe mondza und das öffnen. Nicolg. Solenitanus
hat es sonst gebraucht. die ingredient. kommen zum theil
ziemlich stomd dass zir. die ultra s. usz ad ℈ integram gegange
men nimt 3 nissen theill in die Clystier.

*EL.*

Corticis ligni Gvajaci, ana unciam unam,
Chinæ Chinæ,
Raſuræ Ligni colubrini,
Foliorum Scordii, ana uncias duas,
Dictamni Cretici, drachmas decem,
Croci optimi,
Salis Ammoniaci, ana unciam ſemis,
Opii depurati & rurſus inſpiſſati, drachmas duas.

Fiat omnium pulvis, & cum Mellis deſpumati triplo Electuarium.

## ELECTUARIUM DE BACCIS LAURI.

℞. Radicis Acori veri, ſeu Calami aromatici,
Herbarum Menthaſtri,
Origani, ana drachmas duas,
Foliorum Rutæ, drachmas decem,
Seminis Ammeos,
Carvi,
Cumimi,
Dauci,
Leviſtici,
Nigellæ,
Amygdalarum amararum,
Baccarum Lauri,
Piperis longi,
nigri,
Caſtorei, ana drachmas duas,
Opopanacis, drachmas tres,
Sagapeni, unciam ſemis.

Tritis ſollicitè terendis, additisqve ſub finem Gummi, vino diſtemperatis, cum triplo circiter Mellis, ſeu libra una ſemis, miſcendo fiat lege artis Electuarium.

## ELECTUARIUM BENEDICTUM LAXATIVUM.

℞. Diagrydii,
Extracti Eſulæ,
Hermodactylorum,
Roſarum, ana drachmas qvinqve,
Turbith gummoſi,
Sacchari Thomæi, ana drachmas decem,

*EL.*

Seminis Amomi,
Apii,
Aſparagi,
Carvi,
Fœniculi,
Lithoſpermi,
Petroſelini,
Ruſci,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Croci,
Galangæ,
Macis,
Piperis longi,
Saxifragiæ veræ,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis, ana drachmam unam,

Cum ſufficiente qvantitate Mellis optimè deſpumati, libra forte unâ ſemis, miſce, fiat, ut artis eſt, Electuarium.

## ELECTUARIUM CAMPHORATUM.

℞. Radicis Diptamni albi,
Tormentillæ, ana drachmas duas,
Zingiberis, unciam ſemis,
Sacchari candi, uncias duas,
Matris Perlarum præparatæ, unciam ſemis.
Nucum Vomicarum, exteriori cortice liberatarum,
Cornu Cervi præparati, ana drachmas duas,
Camphoræ, unciam unam,
Theriacæ Andromachi, uncias qvatuor,
Sacchari albi in aqvâ Acetoſæ ſoluti, qvantum ſufficit.

M. fiat lege artis Electuarium.

## ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM.

℞. Caryophyllorum,
Coſti amari,
Seminis Cymini,
Zingiberis albi, ana drachmam unam,
Diagrydii,
Hermodactylorum alborum, decorticatorum, ana drachmas duas,

*EL.*

Mellis optimè deſpumati & inſpiſſati,
Vini Rhenani generoſi, ana uncias tres.
Fiat lege artis miſcendo Electuarium.

### ELECTUARIUM CATARRHALE CUM SPECIEBUS.

℞. Conſervæ Roſarum rubrarum, uncias duodecim,
Pulveris Maſtiches,
Olibani, ana drachmas ſex,
Nucis Moſchatæ, ſcrupulos quatuor,
Specierum aromaticarum roſatarum, unciam unam,
Syrupi de Roſis ſiccis, quantum ſatis.

Miſce fiat lege artis Electuarium.

Demptis ſpeciebus aromaticis roſatis eodem modo fit:

### ELECTUARIUM CATARRHALE SINE SPECIEBUS.

### ELECTUARIUM CHALYBEATUM.

Rec. Limaturæ Chalybis, uncias octo:
Terantur cum aceto ſuper porphyrite ſubtiliſſimè, deinde ſiccentur in Sole, aut ſuper igne, idqve ſepties reiteretur.

Rec. Limaturæ ſic præparatæ, uncias ſeptem,
Cinnamomi ſelecti acris,
Nuciſtæ, ana drachmas ſex,
Rhabarbari electi, drachmas duas,
Specierum aromaticarum roſatarum, drachmas ſex,
Mellis deſpumati,
Sacchari albiſſimi, ana uncias tredecim.

Miſcendo ſuper igne lento fiat Electuarium.

### ELECTUARIUM DIACATHOLICUM.

Rec. Polypodii Qverni, libram ſemis,

*EL.*

Decoqvatur in aqvæ communis menſuris qvatuor, ad conſumtionem mediæ circiter partis, cujus colaturæ qvantitate ſufficienti extrahe:

Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum, ana uncias qvatuor.

Inſpiſſentur pulpæ ad mellaginem ferè, qvibus adde, probè ſubigendo, Sacchari albiſſimi libras qvatuor.

Demùm ſubſeqventes pulveres ſubtiliſſimè tritos & cribratos, nempe

Pulv. Aniſi,
Florum Violarum,
Polypodii,
Rhabarbari ſelecti, ana uncias duas,
Foliorum Sennæ Orientalis, uncias qvatuor,

Glycyrrhizæ, drachmas duas, paulatim inſperge, & miſce pro Electuario.

### ELECTUARIUM DIACORI.

Rec. Radicum Secacul, aut eius defectû Paſtinacæ marinæ, vel Eryngii,
Acori veri, ſive Calami aromatici,
Pinearum enucleatarum, ana libram unam ſemis.

Radices Secacul mundatæ & inciſæ coqvantur aqvâ clarâ, donec aqva fuerit conſumta, tum tundantur optimè, & ad pultis conſiſtentiam terendo redigantur, dein affuſis Mellis deſpumati libris decem, igne lento coqve, donec omne humidum, qvod radices imbiberant, exhalaverit, cavendo interim & ſollicitè agitando, ne adurantur. Ubi melleæ conſiſtentiæ ſpiſſitudinem acqviſiverint, ab igne remotis radices Acori tenuiſſimè tritas ac Pineas minutiſſimè conſciſſas adde, ſeqventi pulvere exactè miſcendo:

Rec. Caryophyllorum,
Macis,
Roſarum,

Zin-

Electuarium Chalybeatum, est quod olim magnam famam habu
et præcipue Catoni dedicatum est, celebrat in cachexia muliebr
et virginum dos ℈j.
Elect. diacatholicum. Dab hier ist sirup nüssg. die Klyster dy
℔ oo ist ℈j es ist nüssb efficax remedium. [illegible] süss sauer i. bitter

Electuarium de Manna

Manna electa Sacchar. alb. à ℥ij

Solvantur in
Aq. fl. Acaciæ ℥ij ℈ linteum co-
latis addatur
Sd. Gridis florent in tenerrimum
pulverem trita ℥ß
cum Amygdalarum dul. ℥j.

f. Electuarium

Alvum leniter laxat, tenellis et præ-
sertim recens natis, ad educendos
humores vitiosos et meconium dat
D. ℥j. ad ℥iv

Electuarium Sanans Fulleri

℞. Spermatis ceti recent ℥j
Ceræ citrinæ odoratæ ℥ij
olei amygdalarum ℥j.

Liquentur leni igne aly ab igne
remotis et probe usq refrixerint
agitatis, addant
Conservæ Rosarum rubr. ℥ij
Mellis despumati ℥j

+ Commendabile est ad primarum viarum
erosiones tussim acrem, nec non in
dysenteria Dos. ℥ij vel ℥iij
NB. quia facile rancorem contrahit
non, nisi dum expetitur parandum

Extract. diasatyrion. Est antiquum et tporibq Arabum notum
Eryngius soll vortrefflich gut seyn ad Lem. vereor quod haec
compositio hecticis et tapidis sit medicina. Sinci marini
ht vim causticam animalem. Emulsiones ex pineis papaveir
et Amygdalis hecticis melius convenit. Es soll nit gutt sein
H. nim R subne, alles sey ad Gem vrtzg, so Bestehen solle
ex R Oli ii. omb nim extr. Scinci marini.

EL.

Zingiberis, ana drachmas qvatuor,
Cardamomi minoris,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas tres.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, cum pulpâ prædictâ accuratè ſubigendus.

ELECTUARIUM DIACYDONIUM AROMATISATUM.

Vide Diacydonium cum ſpeciebus.

ELECTUARIUM DIACYDONIUM LAXATIVUM.

Vide Diacydonium laxativum.

ELECTUARIUM DIAPHOENICUM.

Rec. Dactylorum enucleatorum, & coqvendo cum hydromelite, ac per ſetaceum trajiciendo, in pulpam redactorum, libram ſemis,
Pinearum recenter decorticatarum,
Amygdalarum dulcium, ana uncias duas,
Mellis deſpumati, libras duas ſemis,
Exactè mixtis, & parumper coctis, ſucceſſivè inſpergendo, miſce pulverem ſubtiliſſimum,
Cinnamomi electi,
Macis,
Zingiberis,
Seminis Dauci,
Fœniculi,
Foliorum Rutæ, ana drachmas duas,
Diagrydii, unciam unam,
Turbith electi, uncias tres.

Fiat Electuarium ſecundum artem.

ELECTUARIUM DE PRUNIS LENITIVUM.

Rec. Prunorum Damaſcenorum, numero centum.
Coqvantur perfectè in ſufficienti aqvæ qvantitate, cocta cribro raro transmittantur, & reſervatâ pulpâ, aqvæ decoctionis reſiduæ, qvantum ſufficit, indantur,
Violarum, uncia ſemis.
Succi Glycyrrhizæ, inſpiſſati, ſcindendo comminuti, drachmæ duæ.
Bulliant ſufficienter & colentur, Colaturæ adde:
Sacchari, libras duas,
Pulpæ ſupra deſcriptæ, libram unam,
Caſſiæ recens extractæ,
Tamarindorum, ana unciam unam.
Coqvantur lento igne, & addantur ſucceſſivè, ſemper agitando, pulveres tenuiſſimè triti ſeqventes:

Rec. Cinnamomi acuti,
Rhabarbari electi,
Santali albi,
rubri,
Spodii, ana drachmas tres,
Florum Roſarum rubrarum,
Violarum,
Seminis Berberum,
Portulacæ,
Scariolæ,
Tragacanthi, ana drachmas duas.
Miſce exactè, ut fiat Electuarium.

ELECTUARIUM DIASATYRION.

Rec. Radicum recentium Eryngii, vel Secacul,
Paſtinacæ ſylveſtris,
Satyrii, fœcundarum & vegetarum,
Nucis Indicæ,
Pinearum decorticatarum,
Piſtaciorum mundatorum, ana unciam ſemis,
Seminis Aniſi,
Erucæ,
Fraxini,
Urticæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis albi, ana drachmas qvinqve,
Caudarum & lumborum Scinci marini veri, drachmas duas ſemis,

EL.

Moſchi, grana ſeptem,
Mellis optimè deſpumati, libras tres.

Radicum Eryngii, vel Secacul, Paſtinacæ & Satyrii ſeorſim optimè piſtæ, melli miſceantur, probè ſubactæ paululùm igne leni ferveant, tum Piſtacea & nuces Pineæ, benè tritæ & comminutæ, addantur, ubi paululùm bullierint, ſemoto ab igne lebete, reliqvæ in pulverem redactæ & cribratæ ſpecies jungantur. Poſtremò Moſchus pauxillo ſtillatitii Roſarum Spiritus diſtemperatus miſceatur; tandemqve probè ſubacta omnia pro Electuario recondantur.

## ELECTUARIUM DIASCORDIUM FRACASTORII.

Rec. Scordii noſtratis, unciam unam,
Dictamni Cretici,
Radicum Biſtortæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Galbani,
Gummi Arabici,
Styracis Calamitæ, ana unciam ſemis,
Boli Armenæ, unciam unam ſemis,
Terræ Lemniæ, unciam ſemis,
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas duas,
Opii,
Seminis Acetoſæ, ana drachmam unam ſemis,
Conſervæ Roſarum rubrarum, libram unam.
Mellis deſpumati, libras duas ſemis,
Vini generoſi, libram ſemis.
Miſce fiat lege artis Electuarium.

†. *Commendatur hoc Electuarium, tanquam egregium Medicamentum, in febribus aliisque morbis malignis & peſtilentialibus, cum fluxu inprimis humorum quorumcunque colliquativo, hæmorrhagiis quibuſcunque aut Vomitibus nimiis conjunctis, nec non in Diarrhœis ac Dyſenteriis malignis, quoniam ex alexipharmacis, ſeu ſudoriferis, adſtringentibus & paucis aromaticis conſtat. Probè tamen cavendum*

EL.

*eſt, ne excretiones tales præpoſterè, inprimis ſub malignis febribus, antequam miasma malignum debitè fuit evacuatum, cum eodem cohibeantur, aliàs graviora facilè inducit ſymptomata. Autumat equidem* FRACASTORIUS *& cum ipſo complures alii, quod* Diaſcordium *hocce in iis affectibus & circumſtantiis præcipuè uſum habeat, ubi Theriaca & Mithridatium non ſine periculo, aut ejus ſaltem metu, propinari poſſunt; ſed plurimi Modernorum id ipſum non de præſenti compoſitione, quæ rudior & inconcinnior ipſis videtur, ſed de correctiori* STLVII, *quam* Lib. I. Prax. Cap. II. *communicavit, intellectum volunt, quæ ſequentem in modum paratur:*

## ELECTUARIUM DIASCORDIUM SYLVII JUXTA AUTHOREM.

1. ℞. Radicum Gentianæ, unciam ſemis,
Angelicæ, drachmas duas,
Foliorum ſiccorum Scordii, uncias duas,
Cardui-benedicti,
Dictamni Cretici, ana unciam ſemis,
Croci optimi, drachmas duas,
Acaciæ veræ, drachmam unam ſemis.

Conciſis & craſſè contuſis affundatur Spiritus Vini rectificatus ad trium vel qvatuor digitorum transverſorum ſupereminentiam, ſtent per horas viginti qvatuor in loco tepido; tinctura tunc effundatur, aliusque Spiritus Vini toties affundatur, digeratur, effundaturque, quoties ad tincturæ omnis atque virtutis extractionem fuerit opus.

Tincturæ omnes confuſæ per chartam bibulam â fæcibus ſeparentur, Vini ſpiritus in maris balneo ad extracti liquidioris conſiſtentiam iterum evocetur, qui aut eidem uſui ſervire poterit, aut loco ſpiritus aromatici aliis medicamentis admiſceri.

2. ℞. Opii Thebaici, quantum libet, huic comminuto ac blandè ſiccato affun-

Electuarium Diascordium Fracastorii. In pestilentiis egregiam ope
tulit haec medicina. Scordii dant ℥j. wurde in einem tb haben wir
gesagt gnug, ob wird auch helffen, wann ob einem effect thun soll muß
man eine gröstere quantität nehmen. Autor scribit quod sedativo
saepo adhibere possit. Sydenham gabe zu ℥ij. ob altenmeister
ist Conserva rosarum c. mell despumatum. Peschen hat den
gantzen Sydenham in compendio gebraucht. Wann findet ob in ehr
mig Ingolstadt noch ob Sylvii samb ab findet wann muß,
Stahl hat ob mig manchmahl hochgehalten, theil aber so theil f
mig verwünscht ist, so hat er die Off. Alexipharm. nahm gebraucht
oder diascordium liquidum.
Elect. Sylvii. erat Prof medicinae suo tempore oraculum. improba
bat copiam magnam conserve. er nahm die gütten Bachen so sie ge
sieden, ist gent. rubr. c. mouth auch den Bachen alle mit Cof.
die Zeit er den den er widers probirter, bis ob mist muß tragi
so ist ein standbat opiatum, c. muß man sich absol in acht nehmen
über ℥j. drauf nimm muß gesetzt wird. Sylvii Prax. l. 1. c. XLVI

Elect. diasennæ . bas. ℔. sol. Sennæ, inter omnia purgantibus ist
d nimb die omnia praestira electuariis . in Pharm. Aug. stehet d
in den Closter vor medicament. so nicht mehr usual . vid. Massariam
ubelese einen schönen appendicem de Electuariis sint. dos. ʒij. ʒß
Elect. gtra Dysent. der Autor ist die materia medica dings gegangen
in. ist übrig trefflich vorhanden
Elect. pro gravidis corrigat ex Speciebs roborantibs . denn d übrig ist
dem mon d nicht entbehren in Dysenteria &c. gantzen Cörper ge-
brauchs dresten, ubi Coffee.
Elect. hyera picræ . sanctum amarum . d ißo nicht mehr zu
gebrauchen . sub Elegis P. sine acido wird von denen
Chirurgis stand als ein vulnerarium gebraucht. vid Elect-
arium Coffeti
℞ Spec. hyerapic. ℥j.
Chocolatt. ℥j.
vini albi ℥ ij. ß. ℔.

EL.

affunde Acetum ſtillatitium ad digitorum qvatuor ſupereminentiam, ſtent in loco tepido tamdiu, quoad tinctura rubicunda eliciatur, qvæ effundenda & ſeorſim ſervanda, donec eodem modo ex Opio reliquo reliqva tinctura extrahatur; Tincturæ omnes emporeticâ â fæcibus ſeparentur, & deinde ad Extracti mollioris aut Syrupi ſpiſſioris conſiſtentiam igne leni exhalentur.

3. ℞. Radicis Imperatoriæ, unciam unam,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi optimi, ana unciam ſemis,
Nucis Moſchatæ, drachmas tres.
Miſce fiat pulvis tenuiſſimus.

4. ℞. Boli Armenæ veræ ſeorſim tritæ, & in pollinem ſuper porphyrite redactæ, unciam unam ſemis.

5. ℞. Gummi Arabici vermicularis, unciam ſemis,
Solvatur Aqvæ Fœniculi unciâ unâ ſemis.

6. ℞. Extractum prius totum,
Extracti Opii, drachmas duas,
Pulverem utrumqve.

Miſce addendo paulatim gummi Arabicum ſolutum, ſimulque terantur exactè, & ſi conſiſtentia videatur nimis ſpiſſa, adde Syrupi Myrtini qvantum ſufficit.

Fiat ſecundum artem Electuarium.

ELECTUARIUM DIASENNÆ.

Deſcriptionem hujus Electuarii minus uſitati, cui illud parare volupe, petat ex Pharmacopœæ Auguſtanæ renovatæ, Claſſis qvartæ, Sectione ſecundâ, minus uſualium.

ELECTUARIUM CONTRA DYSENTERIAM.

Rec. Pulveris Dyſenterici, unciam unam,

EL.

Conſervæ Roſarum rubrarum antiqvæ,
Diacydonii ſimplicis, ana uncias tres.
Cum Syrupi Myrtillorum, qvantum ſufficit,
Miſcendo fiat ex arte Electuarium.

ELECTUARIUM EPISCOPI, SEU ELESCOPH.

Cum in uſu hìc eſſe deſierit, deſcriptionem omittendam duximus; qvi illam deſiderat, adeat Pharmacopœæ Auguſtanæ renovatæ Claſſem ac Sectionem ſupra in Electuario Diaſennæ citatam.

ELECTUARIUM PRO GRAVIDIS.

Rec. Amygdalarum dulcium excorticatarum, uncias qvatuor,
Confectionis Seminis Fœniculi, uncias duas,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Nucis Moſchatæ,
Nucleorum Juglandium, qvantùm fieri poteſt recentium,
Raſuræ Eboris præparatæ, ana drachmas ſex,
Pollinis Hordei torrefacti, uncias duas.

Omnia optimè comminuta cum Sacchari albiſſimi, in ſufficienti qvantitate Aqvæ Embryonum ſoluti, mixta, fiant lege artis Electuarium.

ELECTUARIUM HIERÆ PICRÆ SIMPLICIS.

Rec. Aloës ſuccotrinæ, uncias duodecim,
Aſari,
Cinnamomi,
Croci,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ,
Xylobalſami, aut ejus loco Ligni Aloës, ana drachmas ſex,

ℰL.

Mellis despumati, libras quatuor cum semisse,

Misce pulveres Melli ferè refrigerato pro Electuario.

## ELECTUARIUM HIERÆ COMPOSITÆ CUM AGARICO, SEU PRO CLYSTERIBUS.

℞. Specierum Hieræ simplicis sine Aloë,
Agarici trochiscati, ana unciam semis,
Aloës illotæ, unciam unam,
Mellis despumati, uncias sex.

Misce fiat Electuarium.

## ELECTUARIUM INDUM MAJUS.

Hujus inusitati Electuarii descriptionem qvi desiderat, consulat Pharmacopœæ Augustanæ renovatæ Classem & Sectionem supra citatam in Electuario Diasennæ.

## ELECTUARIUM LENITIVUM FLORENZOLÆ.

℞. Adianthi nigri, seu Capillorum Veneris, manipulum unum,
Foliorum Mercurialis, manipulum unum semis,
Florum Violarum recentium,
Hordei decorticati, ana manipulum unum,
Glycyrrhizæ, unciam semis,
Jujubarum,
Sebestен, ana numero viginti,
Passularum majorum exacinatarum, uncias duas,
Prunorum, exemtis nucleis,
Tamarindorum pulpæ, ana drachmas sex,
Sennæ electæ sine stipitibus,
Polypodii qverni, ana uncias duas.

In pulverem redigantur, qvæ pulverisanda, & in qvantitate aqvæ sufficienti coqvantur ad tertias, in Colatura dissolve:

Pulpæ Cassiæ,
Prunorum,

ℰL.

Tamarindorum,
Conservæ Violarum,
Sacchari albi, ana uncias sex,
Pulveris foliorum Sennæ, uncias tres cum semisse.

Misce exactè, ut evaporato leni igne humore superfluo justæ, consistentiæ fiat Electuarium.

†. *Solet equidem Electuarium hoc, pariter ac præcedens Hieræ compositæ, potissimum Clysteribus stimuli loco admisceri, sed meritò dubitatur, an & sub iisdem alicujus usus sint, quoniam, antequam textura crudorum purgantium ita resolvatur, ut se commodè explicare & parietibus intestinorum insinuare queant, multum temporis diffluit, & Clyster applicatus interim rejicitur. Hinc modernis Practicis placet, omissis hisce compositis, ubi forsitan paulò magis stimulandum est, potius simplicia purgantia Clysteribus addere & cum iisdem infundere, veluti Pulpam Colocynthidis in petiâ ligatam, Agaricum, Fel Tauri, tam simplex, quam inspissatum, Folia Nicotianæ, Rad. Pyrethri, &c. quoniam illa præsentaneum magis effectum, præcipuè in gravioribus & periculosioribus morbis, exserunt.*

## ELECTUARIUM LENITIVUM DE MANNA.

Hujus minus usitati medicamenti descriptio ê prædictâ Classe & Sectione Pharmacopœæ Augustanæ petatur.

## ELECTUARIUM DE OVO.

℞. Ovum Gallinæ recens, elice, foramine in apice facto, albumen solum, relicto vitello, vacuum hoc pacto testæ spatium Croci Orientalis, optimæ notæ, qvantum capere potest, reple, ac foramen aliâ testæ alterius particulâ exactè claude, ut & rimas, ne qvid exspiret, pauxillo massæ farinaceæ collutando. Ollulæ novæ & mundæ impositum sic leni igne assa, donec testa penè nigrescat, ita tamen ne crocus amburatur; Tum exemtum cum croco è confractâ testâ vitellum penitus exsicce-

Elect. Unit. de Manna, ist wird trewlichen in Clarissem mixtionem
in 1st und ordentlicher Composition. dos. 3ij.

Elect. de Ovo. Compositio est Maximiliani I. Imp. vezil sec. XV.
dieselb bedeutet was. Man nimt ein Ey, und macht ein löchlein dar
ein, bläsert was ausser herauß, was Gelbe herausnimt man mit ei
ner Feder, in. thut anders Crocum darein, in. läst es in der Pfan
en sieden, in. habt es ab vom Feuer, in. stösset es zum alten Speise
es ist ein edle und gesunde Ding. Dr. Duncfeld braucht in Beuel
Pestilenzen, was sich was Ding in allen Pestilentzischen edel ge
halten habe. In affectu biliosa ist nichts besseres als Eyes Gelbe
so bap. Gelba ad 3ij. integram prosecit. Es ist das beste me
dicament die buboes heraus zu treiben. In toller Hundes
beissen, ist es das fürnehmste remedium, d. i. Manna a
philtris exacta.
pulv. scopinari opii aceto rutae. Solido

ctuarium Orvietani vid. Pharm.
th. sub Tit: Orvietanum.

EL.

ficcetur, ut in pulverem possit redigi subtilissimum, cui adde pulveris tenuissimi Sinapi albi, qvantum prædicta omnia ponderant, & his exactè mistis, demum seqventia subtilissimè pulverisata:

℞. Radicum Angelicæ, unciam semis,
Dictamni albi, drachmas duas,
Pimpinellæ, unciam semis,
Tormentillæ, drachmas duas,
Zedoariæ,
Camphoræ,
Cornu Cervi præparati,
Granorum Juniperi,
Myrrhæ selectæ, ana unciam semis,
Nucis Vomicæ, ab exteriori cortice diligenter cultello liberatæ, drachmam unam.

Omnibus accuratè commixtis junge tandem:

Theriacæ Andromachi optimæ, ad pondus omnium, ac strenuè pistillo integrum trihorium subigendo, fiat ex arte Electuarium.

*Nota: Nucis Vomicæ, quam quidam frustra formidant, malignitas, utut quadrupedibus carnivoris, canibus, lupis, &c. deleteria, tanta non est, ut propterea è numero ingredientium hujus medicamenti, prouti nonnullis placuit, planè proscribendam, sed proscriptam potius, propriâ nonnullorum nostrûm experientiâ, de salutari ejus alexipharmacâ & febrifugâ imprimis dote diversum edocti, in integrum, & suo loco restituendam duxerimus.*

†. *Obtinuit hoc medicamentum titulum* Electuarii de Ovo *propterea, quoniam Vitellus ovi exsiccatus, aut quasi tostus, ad ejus compositionem primariò requiritur; Germanis autem ordinariè sub nomine* Gülden Ey *venit, quia nimirum in formam ovorum deauratorum postmodum compingitur. Est autem propriè compositio theriacalis, eaque propter quam maximè in morbis malignis & contagiosis commendatur, vix tamen unqvam securè in iisdem propinari potest, qvoniam*

EL.

*admodum acre & simul, ob conjunctam Croci copiam, stupefactivum sudoriferum medicamentum sistit, ipsaque Theriaca, ad pondus omnium eidem adjecta, ex farragine multorum sibi invicem sæpius contrariorum ingredientium simplicium constat, quâ de causâ utique symptomata admodum fontica & periculosa facilè sub incauto ejus usu excitari possunt, nisi forsitan acida, sine quibus, ad mentem quorundam Medicorum, nunquam usurpari debet, eadem præcavere valeant. Correctiorem autem hujus Electuarii compositionem concinnavit CNOEFFELIUS, quæ extat in* A. N. C. Decur. I. Ann. VI. & VII. Append. p. 29.

## ELECTUARIUM ORVIETANI.

Rec. Radicum Angelicæ,
Bistortæ,
Carlinæ,
Contrayervæ,
Dictamni albi,
Scorzoneræ,
Vincetoxici, ana libram semis,
Imperatoriæ, uncias novem,
Meu,
Valerianæ, ana libram unam,
Calami aromatici,
Tormentillæ, ana libras duas,
Musci marini, libram unam semis,
Scordii, libram semis,
Semini caulium nigrorum, libram unam,
Baccarum Juniperi,
Lauri, ana libram semis,
Cassiæ ligneæ,
Margaritarum (aut potius Matris perlarum) præparatarum,
Ossium Cordium Cervi, ana unciam unam,
Rhabarbari,
Uvarum quernarum exsiccatarum, ana libram semis,

Theriacæ optimæ, uncias sex,
Mellis despumati in Vino Granatorum, aut

*EL.*

aut ejus loco Falerno, diſſoluti, libras qvatuor.

Fiat miſcendo ſecundum artem Electuarium.

*Nota: Variæ hujus Electuarii deſcriptiones dantur, à SCHROEDERO, HOFFMANNO, ac aliis notatæ. Nos hanc HELMONTIO in* Aurorâ Medicinæ *Belgico idiomate editâ, debemus, quam ille genuinam, ab Authore ipſo ſibi communicatam, aſſeverat; Verùm, cum alia inter ingredientia occurrat* Tilatio di Levante, *ignotum nobis nomen,* Contrayervam *illi, ac* Chorda S. Franciſci, *huic ſuperſtitioſo Italorum, de fide tamen hujus deſcriptionis teſtanti remedio,* Scorzoneræ radicem, *utramque alexipharmacam, majorum procul dubio, quàm illa duo, poſterior præſertim Chorda, virtutum, ſubſtituimus.*

†. *Electuarium hoc ab* Orvieto, *urbe Italiæ, ita dictum eſt, quia ibi primò fuit præparatum & à Medicis inventum, quibus tunc quoque in magno fuit uſu contra Peſtem & febres malignas. Sunt etiam adhuc hodiè, qui illud, ſi non præferunt, ſaltem æquiparant Theriacæ Andromachi; & verum eſt, quod ingredientia ſint pauciora & magis ſelecta, quam Theriacæ; nihilò tamen minus ſatis utique probabile eſt, quod Theriacæ eadem futura ſit efficacia, quam hujus Electuarii, ſi modo congruo tempore, debitisque ſub circumſtantiis adhibeatur.*

## ELECTUARIUM CONTRA PESTEM.

℞. Theriacæ Andromachi,
Mithridatii Damocratis,
Diaſcordii Fracaſtorii, ana unciam ſemis,
Antimonii diaphoretici recentis, drachmas duas,
Extracti Cardui-benedicti,
Angelicæ, ana drachmam unam,
Specierum liberantis ſine Aloë, de Gummis frigidis,
Lactis Sulphuris,
Camphoræ, ana drachmam ſemis,
Spiritûs Sulphuris, ſcrupulum unum.

*EL.*

Cum qvantitate ſufficienti Syrupi ex Succo Scordii, fiat lege artis Electuarium.

## ELECTUARIUM CONTRA PHTHISIN.

℞. Radicum Enulæ,
Conſolidæ majoris,
Pimpinellæ,
Liqviritiæ optimæ, ana unciam unam,
Herbæ Pulmonariæ qvercinæ,
Hepaticæ fontanæ, ſeu Lichenis petræi,
Hepaticæ nobilis,
Urticæ minoris menſe Majo collectæ,
Hederæ terreſtris, ana manipulum unum,
Veronicæ,
Farfaræ, ana manipulos duos,
Salviæ minoris,
Rorismarini,
Scordii, ana manipulum unum,
Florum Bellidis minoris rubri,
Roſarum rubrarum, ana manipulum ſemis,
Centaurii minoris, manipulum unum,
Corticum Citri exteriorum recens ſiccatorum, unciam unam,
Baccarum Lauri, uncias duas,
Cardamomi minoris,
Macis,
Galangæ, ana drachmam unam,
Caryophyllorum,
Nucis Moſchatæ, ana drachmam ſemis,
Fungorum Salicis, drachmas duas.

Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, & ex illo cum
Mellis deſpumati & clarificati, libris qvatuor, aut qvantum ſufficit,
Secundum artem Electuarium.

## ELECTUARIUM DE PSYLLIO MONTAGNANÆ.

Compoſitionem hujus Electuarii hìc loci minùs uſitati, videſis in Pharmacopœæ

Von den gesammten Leidtragenden wird nach Absterben des Verstorbenen

*El.*

copœæ Auguſtanæ renovatæ Claſſe qvartâ.

ELECTUARIUM ROSATUM MESUES.

℞. Sacchari albiſſimi, libram unam ſemis,
Succi Roſarum rubrarum optimè depurati, libras qvatuor,
Igne lento ad conſiſtentiam mellis coqvantur, tunc adde
Mannæ Calabrinæ ſelectæ & Succo Roſarum ſolutæ, uncias ſex,
Croci,
Galliæ Moſchatæ, ana drachmas duas,
Diagrydii, unciam unam ſemis,
Trochiſcorum de Berberibus, unciam ſemis,
Trochiſcorum de Spodio, unciam unam.
Miſce fiat, ut artis eſt, Electuarium.

ELECTUARIUM DE SUCCO ROSARUM.

℞. Sacchari albiſſimi,
Succi Roſarum rubrarum depurati, ana uncias ſedecim,
Santali albi,
citrini,
rubri, ana unciam unam,
Scammonii ſulphurati, unciam unam ſemis,
Spodii præparati, drachmas tres,
Camphoræ, ſcrupulum unum.

Saccharo cum Succo roſarum ad juſtam conſiſtentiam cocto, reliqua in tenuiſſimum pulverem trita addantur, demum & Scammonium, ac optimè mixta redigantur artis lege in Electuarium.

ELECTUARIUM STOMACHICUM CUM CINNAMOMO.

℞. Acori conditi, uncias tres,
Conſervæ Meliſſæ,
Menthæ, ana uncias duas,
Roſarum rubrarum, uncias quatuor,

Sweet is a moſt good Medicament

*El.*

Caryophyllorum, unciam ſemis,
Cinnamomi electi,
Zingiberis albi ſcindendo comminuti, ana unciam unam,
Sacchari albiſſimi, in ſufficienti qvantitate Aqvæ Roſarum diſſoluti, uncias ſex.
Miſce fiat ex arte Electuarium.

Si huic compoſitioni Cinnamomum ſubtraxeris, habebis:

ELECTUARIUM STOMACHICUM SINE CINNAMOMO.

ELIXIR ANTIFEBRILE MYNSICHTI.

℞. Radicum Ariſtolochiæ rotundæ,
Calami aromatici,
Oſtrutii,
Tormentillæ,
Zedoariæ, ana unciam ſemis,
Herbarum Abſinthii,
Cardui-benedicti,
Centaurii minoris,
ana manipulos ſex,
Qvinqvefolii,
Rutæ, ana manipulos tres,
Seminis Hyperici, drachmas duas,
Salis Abſinthii,
Cardui-benedicti,
Centaurii minoris, ana unciam ſemis,
Camphoræ, drachmam unam,
Tartari Vitriolati, drachmam ſemis.

Pulveriſata & mixta extrahuntur optimo Spiritu Vini. Tinctum Spiritum deple & recentem affunde, tamdiu, donec omnis tinctura & eſſentia extracta ſit. Tandem Spiritus omnes tinctos miſce, & in maris balneo ad medietatem abſtrahe. Tincturam remanentem per chartam emporeticam filtra, & in vaſe vitreo benè clauſo ſerva.

*Nota: Loco ſpecierum febrifugarum Mynſichti, quæ hic officinales non ſunt, ingredientia illarum, juſtâ doſi, fugiendo tamen pleonaſmum, computavimus, illis ſolum exceptis, quæ virtutem compoſito nullam communicare poſſunt, quia inepta ad extractionem, qualia teſta cochlea-*

EL.

*chlearum, Alcis cornu calcinatum, & Magiſterium Vitrioli (cujus Author ipſe nullam dedit deſcriptionem, niſi fortè animam, quam docet, Vitrioli, vel Arcanum, obſcurè ab ipſo deſcripta, vel ipſum quoque ſpiritum Vitrioli coagulatum hujus loco ſumendum, quis putet;) hinc omittere potiùs cenſuimus, quam in hac incertitudine ab Authore derelicti, divinare & hallucinari.*

ELIXIR ANTISCORBUTICUM AMARUM.

℞. Herbæ Abſinthii,
Beccabungæ,
Borraginis,
Bugloſſi,
Cochleariæ,
Fumariæ,
Naſturtii aqvatici, ana drachmas tres,
Radicum Enulæ, drachmas duas,
Filicis, unciam ſemis,
Corticum Aurantiorum, drachmas duas,
Tamariſci, drachmas ſex.

Inciſis, & contuſis affunde Spiritûs Cochleariæ & Naſturtii, ana qvantum ſufficit ad trium digitorum circiter ſupereminentiam aut plurium, vaſis amplitudinis aut anguſtiæ habitâ ratione. Stent in digeſtione aliqvamdiu, ut fiat lege artis Elixir.

ELIXIR APERITIVUM.

Rec. Elixir Proprietatis cum Terra foliata Tartari,
Purgantis, ana uncias qvatuor,
Spiritûs Tartari rectificati, drachmas tres.

Miſce.

ELIXIR BALSAMICUM.

Vide Laudanum liqvidum Sydenhamii.

ELIXIR CITRI.

Rec. Corticum Citri recentium exteriorum, libras tres:

EL.

Infundantur biduum,
Spiritus Vini Gallici optimi, menſuras ſedecim.
Poſt, lege artis, balneo Maris deſtilla, deſtillatum edulcora,
Syrupi acetoſitatis Citri, libris tribus,
Sacchari clarificati, qvantum ſufficit ad gratiam, & pauxillo Croci Orientalis tinge, ac filtra.

ELIXIR PECTORALE.

Rec. Radicum Helenii, unciam unam,
Ariſtolochiæ rotundæ veræ,
Iridis Florentinæ, ana unciam ſemis,
Herbæ Rorellæ,
Tuſſilaginis, ana unciam unam,
Succi Liqviritiæ,
Myrrhæ rubræ electæ, ana unciam ſemis,
Seminis Aniſi mundati, drachmas duas,
Urticæ Romanæ, drachmam unam ſemis,
Cinnamomi acuti,
Croci Orientalis,
Gummi ammoniaci,
Styracis liqvidæ, ana drachmas duas,
Benzoës, drachmas ſex.

Inciſis ac craſſiuſculè contuſis affunde,
Spiritûs Vini Gallici,
Fœniculi, ana qvantum ſufficit,

Ad eminentiam qvatuor digitorum, ſtent in digeſtione dies qvatuordecim, tum per emporeticam filtrando à fæcibus ſepara, & ſerva.

ELIXIR PESTILENTIALE CROLLII.

Rec. Florum Sulphuris, uncias tres;
Affunde,
Olei Juniperi ê baccis, ad eminentiam trium, vel qvatuor digitorum,
Succini, ab odoris vehementi ternâ rectificatione liberati, qvartam, reſpectu

lexir Balsamicum spirituosum
Hoffmanni rdum Pharm W

g. Hb. Scordii ʒj. Centr. min
flaved. corticum Otiorum
Myrrhae elect. Zedoariae
Nucistae à ʒiij
Ligni Aloes ʒiſs
Croci Austriaci ʒj.
Succin ʒiij
ncis et contusis superfundatur

℞ tbiſs

ligerant post sufficientem digestionem
exprimantur & liquori ℔ filtrum
trajecto addant

℥o Cardamomi Caryophyll. à gtt. X.
in Acet vinosi ʒj solutae

Alexipharmacum et anticalharrde est
ventriculum roborat, chylificationem
promovet, praesertim ad Diarrhoeas
chronicas ex intestinorum lentitate
commendat. Dos. gtt. 60 bis in die

℔ Elexir balsam. Stomach. Temperat
Hoffmanni rdum Pharm. W.

g. Extr. Absynth. Cardui bened.
Centr. min Gentianae à ʒj.
Flavedinis Corticum Otiorum a-
marorum ab albedine mundatorum
ʒiv

Affunde Vini Hungarici tbij
& Cort. Otiorum ʒij

Stent ℔. triduum postea filtretur.

+ Tonum ventriculi roborat
appetitum et concoctionem
auget, in primis qui succos
perferri nequeunt vid. Elix.
PP. cum Rhab.
componi pl. cum Ra Stomachi
linensi. vidista

Elexir aperitivum Clauberi, in vorig Lieb medicus in alten Büch
Script. de balsamatione, aus in diesen medicamenten beschrieben, so
viel wisse und zu finden ist.
Elexir pectorale Wedelii. vid. Dispens. Ratisbonense, worinn sind
alle cardiacische medicamenta. Amoenitates Wedelii ist sein bestes
Werck
* Elex. Asclepiad. Wedelii vid. Dispens. Argentoratens. p. 84 et Ra
tisbonense. Es ist ein sehr gut medicament & die dul. ist ein gutes
mittel in febr.
Ex. pharmacia aromatic. Wed. describit Elixir. seq.
℞. Extr. gent. Card. bened. Cent. min. absynth.
trifol. fibr. à. ʒij Vi q. s.
M. D. S. ʒß. l. j.

Elexir Myrrhae Londinense
zdum Pharm. W.

Extract. Sabinae ℥ß.
dissolvatur in
Ol. Myrrhae ℥ij
Castorei ℥ß

1 sufficientem digestionem Elect. filtret

+ multum cum Elexir uterino Coelli convenit aly ad menium et uteri ictia commendat. Dos. gtt. XL. ad ℥ß

Elexir cordiale et sonachicum

℞. Aloes succotorinae ℥iß Myrrh. ℥ß
Croci orient. ℥ij Cinamom. Caryophyll
Nucis Moschat. à ℥ß.

Satis affunde Vrecipiati ℥ij.
aquae fontanae ℥ij
digerantur & rigitti quatuor horas
postea ex M. B. ad siccitatem
destillentur.

℞. Spiritus hujus prolecti
Syrupi capillorum Veneris ℥ß
Aquae Naphae ℥ij.

M.

Vires sunt alexipharmacae stomachicae
et carminativae, praesertim vero
in colica a menstruo fluxu retiera
non rite succedente data
Dos. cochlear unum vel duo

Elexir preservativum contra pestem. Wie dass einige Myrrha
Aloës u. Crocus, selbe specifica seyn contra Pestem. Es wird
sonst das Laudanum unter die Ingredienz. Laßelius hat Elexir
stimulat excretionem. Es ist so wie allemahl Elexir, und selbe
dass allen stärken, valde disponit ad haemorrhoid. dass determi.
nare est difficile, wenn Einer bösse will, es ist gut Ei gebrauch
ihnen wenn einen Clysma Vomit gegeben.
Elexir propriet. Helmontii album. majori ingenio excogitatum est
paracelsi Börhaaven Part. II. proces 82 hat seinen Zealex Einf. ver-
dau gesagt. Einen Eß Croci tringt selbe die mit dem Essig
gemischt, vinum canereicar et remedium extra headi crorum
proprietatis wird gemacht, wird es propriae inventionis est.
Elexir Prop. cum Absinth. Druff man unter wie Absinthium ist
nehmen. damit wenn die Druff sowohl Reinfest, so grünst
wenn Zehn löffel voll wenn darauf ist. filtriert es. dieses Me-
dicament mag gut seyn non incepta est compositio. das Opium
ist auch Ei Labor. wenn wenn Menschen purgiren will
da wirkt. wenn muss auch als mit einen brechmittel stillen
so gesinnt aber wie Mensch vorzu die bitter Verbindung das
es ist auch gut vor schwere Zeiten, die ihre Eltern auch
haben, wie Zucker löffel voll ad. 2 cum V Gtts

EL.

ſpectu olei Juniperini, partem.

Stent in arenâ, ſæpius movendo, ut flores lentè, ſine aduſtione, ſolvantur.

Poſtea ℞. Theriacæ electæ, libram unam, extrahe cum Spiritu Vini optimo tincturam omnem, qvam â Spiritu Vini per balneum aliqvatenus ſeparatam ſeorſim ſerva. Tandem

Rec. Radicum Angelicæ,
Helenii,
Baccarum Juniperi contuſarum, ana uncias tres.

Cum eodem Spiritu Vini extrahe tincturam, qvam miſce cum tincturâ prædictâ Theriacæ, atqve affunde Oleum Juniperinum & Succini, floribus Sulphuris impregnatum, ac per chartam bibulam priùs filtratum; tandem omnia tenuiſſimo calore per dies qvatuordecim circula.

## ELIXIR PRÆSERVATIVUM CONTRA PESTEM.

Rec. Aloës, unciam unam,
Rhabarbari,
Mithridatii Damocratis, ana drachmas duas,
Croci,
Myrrhæ,
Camphoræ,
Agarici, ana drachmam unam,
Zedoariæ,
Gentianæ albæ, ana drachmam ſemis.

Inciſis & contuſis affunde Spiritûs Vini rectificatiſſimi, qvantum ad eminentiam trium, vel qvatuor digitorum ſufficit, digerantur octiduum, filtretur, & ſervetur pro Elixire præſervativo.

## ELIXIR PROPRIETATIS HELMONTII ALBUM.

Rec. Aloës lucidæ optimæ,
Croci Orientalis optimi,
Myrrhæ electæ, ana unciam unam,

EL.

Redactam in pulverem ſubtiliſſimum Aloën & Myrrham, Croco tantum conqvaſſato adde, ac vaſi commodo, plani, ſi præſtò ſit, fundi impone & optimè clauſum in igne conveniente, moderato calore, ne vas diſſiliat, tàm diu digere, donec totam maſſam in fundo, aut, ut Authoris verbis utar, in offam coaluiſſe, ac guttulas flavas in vitri parietibus circulare videris, qvibus perceptis vitrum aperi, ac affuſâ Aqvæ Cinnamomi ſpirituoſæ librâ unâ, impoſito alembico & junctûris exactè lutatis, Spiritum igne paulò auctiori rurſus deſtillando avoca.

## ELIXIR PROPRIETATIS ANTISCORBUTICUM.

℞. Aloës ſuccotrinæ,
Myrrhæ, ana unciam unam,
Croci, unciam ſemis.
Spiritûs Vini tartariſati, uncias ſedecim,
Salis dulcis, uncias octo,
Cochleariæ, uncias qvatuor.

Miſce & extrahe omnem eſſentiam, qvam per chartam emporeticam trajectam pro Elixire proprietatis Antiſcorbutico ſerva.

## ELIXIR PROPRIETATIS CUM RHABARBARO.

Rec. Aloës ſuccotrinæ, drachmas ſex,
Myrrhæ rubræ electæ, drachmas duas,
Croci Orientalis, drachmam unam cum ſemiſſe,
Rhabarbari optimi, unciam ſemis.
Conciſis & contuſis in phiolâ capaci affunde,
Vini Malvatici generoſi, uncias octo,
Spiritûs Salis rectificati, unciam unam.

Stent vaſe optimè obturato in digeſtione, loco tepido, octiduum, tum filtretur & ſervetur.

## ELIXIR PROPRIETATIS PARACELSI.

Rec. Aloës Succotrinæ,
Myrrhæ, ana uncias duas,
Croci, unciam unam.

Aloën

EL.

Aloën & Myrrham in pulverem redige, Myrrham Spiritu Sulphuris irrora, ut paſtæ inſtar fiat, tum utriqve Crocum conqvaſſatum junge, ac affuſo ad eminentiam trium digitorum transverſorum circiter, pro vitri capacitate, Vini Spiritu, octiduum digere, Spiritum tinctum effunde, ac alium affunde, digere, tandem tincturas confunde, per bibulam cola, ac ſerva.

†. *Obtinuit hoc medicamentum denominationem iſtam à ſuo Inventore & primo Autore, PARACELSO nimirum, qui* Lib. VIII. Archidoxon, num. 6. *illud inprimis valdoperè commendat, ſimulque ejus ingredientia ibi quidem deſcribit, menſtruum vero, ſive, prout ille loqui amat, originem ejus omittit. Sic enim verba ejus ibidem ſonant:* Rec. Aloes exotic. Myrrhæ, Croci, ana, vel Vierling. Laß im Pelican aſcendiren mit Sand auf das mildeſte 2. Monat, ſic reſolvuntur ſucceſſivè miſta in formam olei volatilis; darnach ſeparire per Alembicum herüber das Oleum von fecibus ſine aduſtione, und das Oleum digerire einen Monat mit Circulato magno in gleichen Gewicht, darnach behalte es. *Vix dici poteſt, quantas turbas omiſſio hujus menſtrui excitaverit in Chymicorum laboratoriis, quoniam impoſſibile eſſe crediderunt, poſſe ſine menſtrui cujusdam ope ingredientia iſta in Oleum converti, hincque Autorem aliquid reticuiſſe autumárunt, à quo tamen hujus Proceſſus elaboratio multum pendeat. Diverſiſſima igitur omni tempore excogitata ſunt menſtrua, variasque ſibi vias, pro obtinendo hoc Elixirio, poſtmodum elegerunt fautores ejusdem, ut tot ferè præparationes, quot capita, ſeu Chymici numerantur, hodie exiſtant. Conſcripſit equidem Celeb. D.* Chriſtian LANGE *Diſſertationem de* Elixire Proprietatis, *in quâ totus in eo eſt, ut deſcriptionem hanc ænigmatis peplo involutam quodammodo clariorem reddat: Putat autem, menſtrui loco affundendum eſſe* Spiritum catholicum, *ſive ita dictam* Aviculam Hermetis, *aut, quod idem eſt,* Columbas Dianæ, *hujusque ſolventis ope reſolutionem iſtorum concretorum in Oleum abſolvi, quod poſtmodum rurſus cum Philoſophorum Mercurio duplicato digerendum eſſet, ſicque medicamentum illud, virtutum adeò ſtupendarum præberet. Aſt, quoniam in hunc usque diem adhuc deſtituimur menſtruo iſto univerſali, utique interim particularibus liquoribus ſolventibus contentos nos eſſe oportet. HELMONTIUS igitur* Aquam Cinnamomi *hunc in finem adhibet, cum quâ* Elixir *ſuum* album *ſuperius deſcriptum, præparare ſolet, quodque viribus admirandis pollere ſcribit* Fragment. de Arcanor. revelat. Tom. I. pag. 573. *quæ tamen citra hyperbolen vix unquam eidem adſcribi poſſunt. Alii Spiritum Vini rectificatum, alii minus rectificatum, item modo ſimplicem, modo cum ſale fixo, aut etiam volatili acuatum, aſſumſerunt; aliis è contra menſtrua aquea magis arridenr, quorſum CHARRAS inclinat in* Pharmacia Regia Chymica, pag. 108. *Aquam Meliſſæ cum tertiâ Spiritûs Vini parte acuatam pro menſtruo ſeligens; aliis Ros majalis aut Aqua pluvialis therebintinata præplacet, ad imitationem* Michaelis *SCHONII, cujus ROLFINCKIUS in ſuâ* Chymiâ Lib. IV. Sect. II. cap. 8. p. 235. *mentionem facit. Alii denique Tincturam Tartari menſtrui loco aſſumunt, de quibus pluribus vide* Collectanea Leidenſium, *quæ octo proceſſus, conficiendi Elixir Proprietatis, proponunt, cum enchireſibus cunctis circa illud obſervandis. De reliquo illorum ſententia, qui vel Spiritum vini phlegmaticum, vel Aquam quandam deſtillatam Spiritu vini rectificato acuatam, menſtrui loco aſſumunt, propterea nobis maximè arridet, quoniam Aloe pariter ac Myrrha, præter reſinoſas inſuper quoque gummoſas particulas continent, quæ pro extractione & ſolutione ſuâ ſimul aqueo menſtruo indigent; cavendum autem inſimul, ne, ſi Spiritum acidum conjungere velimus, ſtatim circa principium eundem affundamus, aliàs acidum hoc gummoſas & viſcoſas partes ita coagulabit, ut poſtmodum omnem vim menſtrui eludant. Et ſic ope digeſtionis facilè præparabitur Elixir proprietatis, ſi non quoad vires, tamen quoad nomen reſpondens Paracelſiano.*

ELI-

Elexir P. paracelsi. ℔ soll dem Magen gut sein bey gesunden
tagen preserviret et curative. 2 bis 3 mahl dem Magen i. 2 Ol
auf ein Corpus Lapis. desg. wie Cinnam löffel voll. 30. 40. gtt. bey Le
Bürkhaffen hat vor Ostrei genommen arcanum.

Elexir Vitæ Matthioli iuxta dispen. Viennens.

℞. Rad. Galangæ min. Zinziberis Zedoariæ à ℥j
Calam. aromat. fl. Major. Menth.
Thym. Serpilli
fl. Rosar. Salv. Rorismarin à ℥j.
Sem. Anis fœnicul à ℥ij
Cinam. ℥iij Caryophill ℵ. M. Macis à ℥j.
Cubeb. Lig. Aloes Sand citrin. Cardam. à ℥ß.
Cort. Cit. recent. ℥iij
macis. et contus. macerent. in ℔ß. Th. xii.
. triduum postea addant Væ Th. iv.
et lento igne ex balneo ℳ. circiter. Th. xiii.
Si completum desideret Elexir
ambræ gryseæ
Moschi à ßij
addantur, aliqs pro lubitu Croco tinguat.

Singularis efficaciæ tam interne
quam externe prædicat. Epilepticis
animo deficientibus, præcipue autem
in morbis a causa frigida ortis
commendat. Flatus discutit, ven-
triculum roborat.

EL.

ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO.

Rec. Myrrhæ electæ,
Aloës Succotrinæ,
Croci optimi, in subtilissimum pulverem redactorum, ana qvantum placet.

Irrora Olei Tartari per deliqvium parati qvantitate sufficiente, ut pultis consistentiam induat. Digestis in vitro commodo, probè obturato, viginti qvatuor horas, affunde Spiritûs Vini rectificatissimi, ad eminentiam qvatuor digitorum transversorum, stent in digestione balnei, qvatuordecim dies, vase exactissimè clauso & Hermeticè penè sigillato, agitando semel de die vas, donec saturatè rubens extractum sit Elixir, sine acido dictum. Cujus virtus eximia satis, affusâ singulis ejus unciis drachmâ unâ Spiritûs Salis Armoniaci vinosi, aut alterius salis volatilis aromatici, digerendo biduum, egregiè exaltari potest in

ELIXIR PROPRITATIS DULCE VOLATILE.

ELIXIR PURGANS.

Rec. Foliorum Sennæ, uncias duas,
Aloës hepaticæ, unciam semis,
Zingiberis, drachmas tres,
Colocynthidos, drachmam unam semis,
Liqvoris Terræ foliatæ Tartari, uncias qvatuor,
Spiritûs Vini rectificati, uncias duodecim,
Extrahantur lege artis.

ELIXIR VITÆ MATTHIOLI CUM MOSCHO & AMBRA.

Rec. Radicum Angelicæ,
Calami aromatici,
Caryophyllatæ,
Valerianæ, seu Phu minoris,
Folior. recentium Calaminthæ,
Majoranæ,
Menthæ,

EL.

Pulegii,
Sclareæ,
Serpilli,
Thymi, ana drachmas duas,
*ergò Essentiis parandis spiritûs Vini sinceri, & quidem optimè dephlegmati loco, spiritus adhibeantur aut ab aliis speciebus abstractitii, alienis virtutibus quadantenus impregnati, aut non satis exactè dephlegmati; neutiquam autem sequiores vulgares frumenti, aut aliarum frugum, odore quandoque & sapore nauseabundi. Satius & optimum foret, si cuique, præsertim Vegetabilium extrahendæ Essentiæ, spiritus ejusdem vegetabilis proprius aut per fermentationem, aut per abstractionem Vini Spiritûs ab eodem vegetabili paratus, adhiberetur.*

ESSENTIA ABSINTHII SIMPLEX.

Rec. Summitatum Absinthii floridarum, & ad maturitatem proximè accedentium, cum foliis minoribus in umbrâ siccatarum, qvantum vis: contusa infundantur in qvantitate sufficiente Spiritûs proprii per fermentationem parati, qvod consultius & præstantius, aut saltem Vini Gallici rectificati, ut tres circiter digitos transversos superemineat; post digestionem sufficientem essentia extracta, decantata, expressa & per emporeticam destillata, usui asservetur.

*Nota: Juxta hanc normam omnes fere reliquæ vegetabilium Essentiæ simplices parari poterunt.*

ESSENTIA ALEXIPHARMACA

Dni ARCHIATRI STAHL.

Rec. Radicum Angelicæ,
Imperatoriæ,
Helenii, ana unciam unam,
Carlinæ, unciam semis,
Vincetoxici,
Pimpinellæ albæ, ana unciam unam semis;

Concisa infunde in Spiritûs Vini rectificati optimi libra unâ, digerantur per Nycthemeron.

ES.

Rec. Hujus Essentiæ & Essentiæ Scordii, ana; mixta serventur usui.

†. *Virtutes egregiæ hujus medicamenti, ab illo jam jam tempore, quo innotescere cæpit, notissimæ sunt, & in doctissimis Illustris Domini Autoris Scriptis passim notatæ & enumeratæ. Inprimis autem humores viscidos & mucidos resolvit & attenuat, sanguinis æqualem distributionem, ut & seri inutilis per halituosam transpirationem, sudorem & diuresin è corpore eliminationem, adjuvat & promovet, unde omnibus in febribus, ipsis quoque exanthematicis, maximè quando talia exanthemata retrocesserunt aut retropulsa fuerunt, si interpositis temperantibus, absorbentibus tenerioribus, aliisque appropriatis, in usum trahitur, eximiè proficit, si modo caveatur, ne præsente graviori sanguinis Orgasmo internoque æstu, indiscretim aut largius propinetur.*

ESSENTIA ALOËTICA.

Rec. Aloës Succotrinæ, unciam unam.

Solve in Aquæ Cichorii, qvantum sufficit ad distemperandum, solutioni huic affunde Spiritûs Vini tartarisati sufficientem qvantitatem, digere per biduûm, tum per chartam filtra & fiat lege artis Essentia.

ESSENTIA AMARA.

℞. Summitatum Absinthii vulgaris, manipulos tres,
Centaurii minoris,
Herbæ Scolopendriæ,
Cardui-benedicti, ana manipulos duos,
Cochleariæ, manipulum unum,
Baccarum Juniperi, manipulos tres,
Corticum exteriorum Aurantiorum,
Radicum Zedoariæ,
Gentianæ,
Aloës succotrinæ,
Myrrhæ rubræ electæ, ana unciam unam,

## ES.

Inciſis & contuſis affunde Spiritûs Vini Gallici optimi, libras qvatuor, digerantur octiduum, colentur, & fiat ſecundum artem Eſſentia.

### ESSENTIA AMBRÆ.

Rec. Ambræ gryſeæ optimæ, drachmam unam,
Moſchi Alexandrini optimi, grana qvindecim,
Spiritûs Roſarum, per fermentationem parati & optimè rectificati, aut
Spiritûs Ceraſorum nigrorum, vel ſaltem,
Vini Gallici rectificatiſſimi, ana uncias tres.

Miſta exactè phiolæ includantur benè obturatæ, ac per octiduum circiter calore leniſſimo digerantur, poſt per chartam emporeticam trajiciantur, & in vaſe probè cooperto ſerventur.

†. *Annotavit jam jam* Illuſtr. *HOFFMANNUS* in Obſervat. Phyſ. Chym. *quod vulgares iſtæ Eſſentiæ Ambræ, quæ in Officinis proſtant, minimè genuinæ ſint, quodque illæ ipſæ inſimul nimias commotiones, partim orgaſticas in ſanguine, partim ſpaſticas in genere nervoſo provocent, quando pro uſu interno, inprimis à plethoricis, ſenſibilioribus ac debilioribus ſubjectis, adhibentur, unde ſequentem magis genuinam & temperatam Eſſentiam jure illis præfert:* ℞. Ambræ, Salis alcali acerrimi, ana drachmas duas; Triturentur ac miſceantur hæc exactè in mortario, tum immittantur in Cucurbitam vitream, & hiſce affundatur Spiritûs Roſarum cum alcali rectificati, q. ſ. digerantur leniter per duos dies, & tandem filtrentur. *Proinde etiam Excell. Dn. Autor de hâc Eſſentia notat, quod non ſolum aliquot guttulæ Olei Cinnamomi, ad gratiam & virtutem illius augendam, pro lubitu in eâdem ſolvi, ſed & quod varia alia balſama liquida commodè cum ipſa combinari queant, unde dein varia gratiſſima analeptica & roborantia proveniunt medicamenta.*

## ES.

### ESSENTIA AMBRÆ SICCA.

Rec. Ambræ gryſeæ veræ, drachmam unam,
Moſchi, grana qvindecim,
Sacchari Canarienſis, unciam unam.
Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus.

### ESSENTIA ANAGALLIDIS PURPUREO FLORE.

Rec. Anagallidis, flore purpureo, juſto tempore collectæ, & in umbrâ parum ſiccatæ, qvantum vis,
Spiritûs Vini ab Anagallide recens abſtracti, qvantum ſufficit ad eminentiam trium digitorum.
Digere triduûm vaſe optimè clauſo, tum decanta, exprime, ac filtra.

†. *Inſigne Specificum hæc Eſſentia præbere debet in affectibus melancholicis & maniacis, ad infrigenda pertinaciora ejusmodi deliria; & quia iuxta* ROLFINCKIUM Epit. meth. cognoſc. & cur. part. corp. aff. Lib. I. Part. I. cap. 18. *Arcanum in totâ plantâ latitat contra Maniam, hinc inſuper etiam Decoctum hujus Herbæ, imò ejus Aqua deſtillata, præ omnibus aliis in hiſce affectibus eximiè commendantur, multaque exempla illorum, qui abinde reſtituti fuerunt, allegantur à* QVERCETANO, GABELCHOVERO Cent. VI. Annot. ad Cur. 13. ROLFINCKIO Ord. & meth. med. ſpec. conſult. Lib. II. Conſil. 9. BIERLINGIO Theſ. pract. p. 286. & 1040. DOLEO Encycl. Med. pract. Lib. IV. cap. 4. HOFFMANNO Annot. in Poterii Opera p. 454. & in A. N. C. Dec. III. Ann. 7. & 8. Obſ. 16.

### ESSENTIA ANODINA EX LAUDANO.

Rec. Laudani opiati, drachmas tres,
Spiritûs Vini rectificati, uncias tres.
Digere qvatriduum vaſe benè clauſo, tum filtra & ſerva.

### ESSENTIA ANODINA LUDOVICI.

Rec. Opii optimi minutiſſimè conciſi, & per evaporationem à graveolentiâ aliqvatenus liberati, unciam unam,

Aqvæ

Ess. Ambrae

Ambra wird sie in Substantia mouss
drinn sitzt bis 20 ℔ in 1 Anam.
wenn man in subtilster Cuff
reicht.

℔. Arthritica

Salis boxa est. ℞ ist ein gutes Arcanum, cuius interno usu. ℞ Sal ammoniac einen in Branntwein gestossen und gesotten.

ES.

Aqvæ Apoplecticæ pauperum,
Spiritûs Vitrioli roridi, seu Roris Vitrioli cum Spiritu volatili mixti, ana uncias qvatuor.

Extrahe, ut artis est, Essentiam, filtra & serva.

†. *Utraque hæc Essentia inter generosa illa medicamenta optimo jure referri potest, quæ legitimè adhibita multum prodesse, illegitimè vero & incautè assumta gravissimè etiam nocere possunt: Quicunque igitur Medicus eâdem vult uti, exactissimè indolem hominum, morborum, causarum morbificarum, motuum ac medicamenti cognitum habeat necesse est, aliàs sperata utilitatis loco nil nisi damna & pericula abinde expectanda habet. Primaria & principalis ejus virtus medicamentosa in eo consistit, quod dolores & spasmos statim leniat & mitiget, in parcissimâ licet dosi propinata; nunquam tamen prius in usum trahi debet, nisi quando causæ morborum materiales penitus sunt sublatæ. Et quoniam propter spasticas istas partium stricturas communiter varii actus salutares in Oeconomiâ vitali corporis turbantur, aut impediuntur, remotis autem illis pristinæ libertati restituuntur; hinc etiam ratione facilè concipi potest, quare medicamentum tale modo sudoriferum, modo diureticum, modo aliàs salutares effectus præstet, qui alias essentialiter & directè abinde haud expectari possunt. De reliquo modus ejus operandi non dum exquisitè determinari, nec etiam ratione concipi potest, quomodo una tantum vel altera guttula talis Essentiæ brevi tempore tam subitaneum notabilem effectum præstet, & in remotioribus quoque corporis partibus, antequam ad illas pervenit, dolores mitiget; vero tamen simillimum est, quod peculiari operatione genus nervosum afficiendo, Animæ, aut, aliorum ad mentem, Spiritibus, singularem imprimat ideam, unde statim, præsentibus licet etiam dolorum causis, prior tamen tristis illa sensatio sive in totum, sive in tantum, aut per breve temporis spatium, cessat.*

ESSENTIA AROMATICA.

℞. Cinnamomi longi, unciam unam,

ES.

Macis,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum, ana unciam semis;
Zinziberis,
Piperis longi,
Galangæ minoris, ana drachmas duas.

Contusa extrahe cum sufficienti qvantitate Spiritûs Vini rectificatissimi.

ESSENTIA ARTHRITICA.

℞. Radicum Aristolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Helenii,
Sarsæparillæ electæ; ana unciam unam,
Herbæ Betonicæ cum floribus,
Chamædryos veræ, cum floribus,
Chamæpityos,
Trifolii aqvatici, ana manipulum unum semis,
Florum Anagallidis purpureæ,
Centaurii minoris,
Hyperici recens siccatorum, ana manipulum unum,
Rorismarini,
Salviæ, ana manipulum semis,
Ligni Sancti,
Sassafras, anâ unciam semis,
Costi Arabici veri, drachmas duas.

Concisa & contusa infundantur in sufficiente qvantitate Spiritûs Lumbricorum terrestrium volatilis, ad eminentiam qvatuor digitorum, digerantur octiduum circiter, ad extractionem essentiæ, postea exprimantur fortiter & filtrentur per emporeticam, cui postea addantur:

Salis Viperarum volatilis, drachmæ duæ, & servetur essentia in vitro exactissimè clauso.

ESSENTIA ARTHRITICA EXTERNA
Dni ARCHIATRI STAHL.

Rec. Foliorum Sideritidis, manipulos duos,

ES.

Florum Stœchadis citrinæ, manipulum unum; tenuiter inciſa infunde,

Cum Aqva Arqvebuſade externa, ſive ſpirituoſa, ad eminentiam parem Sedimento, digeratur & colatura cum expreſſione reponatur.

ESSENTIA ASÆ FOETIDÆ.

Rec. Aſæ fœtidæ, uncias duas,
Spiritûs Vini tartariſati, libram unam.

Extrahe digerendo tridûum calore leni eſſentiam, qvam filtratam ſerva.

ESSENTIA AURANTIORUM CORTICVM.

Rec. Flavedinis extimæ Corticum Aurantiorum recens detractæ & parum ſiccatæ, uncias qvinqve.
Spiritûs Vini â Corticibus, poſt triduanam digeſtionem, abſtracti, optimi & fortiſſimi, libram unam.

Digerantur, donec Spiritus omnem eſſentiam extraxerit & ſaturatè illâ tinctus fuerit, qvæ tum filtretur & ſervetur.

ESSENTIA BALSAMI PERUVIANI.

Rec. Balſami Peruviani optimi, unciam ſemis,
Salis Tartari ſicciſſimi, drachmam ſemis, cum Spiritûs Vini Gallici optimè dephlegmati unciis duabus, lege artis, dies aliqvot loco tepido digere; eſſentiam extractam per bibulam cola, ac ſerva.

ESSENTIA BEZOARDICA.

Rec. Radicum Angelicæ,
Carlinæ,
Enulæ,
Meu,
Oſtrutii,
Petaſitidis,
Tormentillæ, ana unciam ſemis,

ES.

Valerianæ,
Vincetoxici, ana drachmas tres,
Herbarum Galegæ,
Rutæ,
Scordii, ana manipulum ſemis,
Flavedinis Corticum Citri, unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ, unciam unam ſemis,
Camphoræ, drachmas tres,
Croci Orientalis, unciam ſemis,
Ligni Aloës,
Santalorum omnium, ana drachmas tres.

Contuſis omnibus affunde,
Spiritûs Juniperi rectificati,
Sambuci rectificati, ana uncias ſex,
Theriacalis camphorati,
Cornu Cervi rectificati, ana uncias qvatuor.

In phiolâ optimè clauſâ digere qvatriduum circiter, extractionem deple, & exprimè reſiduum fortiter, reſiduo ab expreſſione Spiritûs Vini tartariſati ad eminentiam digiti transverſi qvantitatem ſufficientem affunde, rurſus digere bidûum ad minimum, demum extractionem utramqve confunde, filtra, ac ſerva.

ESSENTIA CALAMI COMPOSITA

Dni ARCHIATRI STAHL.

Rec. Radices Calami aromatici,
Seminis Coriandri, ana uncias duas.

Pulveriſatis groſſo modo, affundatur Spiritus Vini rectificati ad eminentiam qvatuor digitorum transverſorum, ponatur ad lenem digeſtionem.

ESSENTIA CARDAMOMI.

Rec. Cardamomi minoris excorticati & in pulverem redacti, uncias duas,
Spiritûs Vini rectificati, uncias octo, vel qvantum ſufficit.

Stent

## Essent. Assae foetidae

Magna tribuitur ei vis carminativa
& sall in passionibus hystericis & spleneticis gütt. xiuth Spir. Ego nunquam adhibui in Cos. in pil. autem.

## Essent. Cort. Otionum

ahn sie sein beyfeinden sind, sind sie gemeiniglich, schön. ist eine von den besten & nobelsten stomachicis. wenn sie Ess. mit alten Corticibus gemenget sind, taugt sie nichts. Zappata beym ab sey wenn Cuba sein & Olus nun besten ist ob wenn man sie auch finden kriegen.

## Ess. bals. Peruviani.

ist schön ein gut vulnerarium, sind aber Fr. drabey ist, so macht sie fetzen will man sie nun darzu gebrauchen so muß man den Fr. abey lassen.

## Ess. Bezoardica.

Satis bona ist ingredientia. Myrrh. & Croc. mögen sie zu setzig. wenn dessabey bleiben, macht sie ihn mit Ess. Absynth. stahlii provide domum. pro homine phlegmatico conducunt 20. 30 gtt. sal vin aber mit Fieber, so ist sie zu setzig.

## Ess. Balsamica Gmelini Dan

℞. Corr. Otionum Citri ℥ij
Cinamom. V Mosckat. ā ℥v.
Caryophyllor. ℥ij Salis Ammoniac. ℥
Cinerum clavellatorum tantu
Spiritus vini rectificatissimi q
q. ex cucurbita et spiritu volatilis th
cum dimidia proliciantur vi ybr
infundantur.

Corr. Otionum Citri ā ℥i
Digerantur & ordinum, postea clare
a sprisp & inclinationem, satis separ
residuum exprimatur et post filtrationem
claro admisceatur.

## Ess. Cardamomi

ist vim carminativam. Ess. Carmin
Wedelii ist mit bissgen besser wie Ess
salis boracis.

re miss dolor dryssloagen stey, vñ thut sie stomach vñ ofa. sie massen da catarrhalis molestia da ist, da nur keine inflammation da ist.

## Ess. Cent. min

Es ist ein sehr bitter kraut, wird sie gemacht ex herba sicca, so wird sie braun, u. schmeckt bitter, u. ist ein simpel stomachale, wird sie aber da frischen gemacht so bekomt man eine gruene Coh. die purgirt, vñ ist sehr gut in fieber. das Ess sie lapidt

## Ess. Chaccarill.

Ist non ist jucunda, licet sie amara sie massen man sie auch saturirt ist. die thut nicht allein den Magen gute starkt zoborando, d. ist confortirt sie. und pectorale, ausser sie ein fürtrefflich gut ist, sondern ist sie auch gut pro febre curatur stillet d. an appetit, so nehmen man Ess Ess. Chaccarill. u. R die Zij ist aber der appetit da, u. die Convolvuli trungk nichts, od. sind platte leutlein da so ist gut R ℔ dille. et Ess. Chaccarill fol Effect. analogum d. Carminat. das zu 40. tl.

## Ess. Castorei

ltum facit in affectibs spasticis dos 20-30 cum vehiculo carminativo. Usq externe ocus est ad odorandum. In foeminis quae partu ft. et passionen hystericae timendae. um es nicht sie kongl., so kan man et d. da die Ess. ossa foetidae darzu nehmen labs nimi gutta Opon balsam Lin nij. R. Ess. Castorei Zij

ftthor ℥o Salviae romarin.
Caryophyll. Majoran. a. gtt.

Fulneri praxi et temporanea, aus t man mengt nur Convolut. dazu

## Ess. Chinae Chinae.

duppley dass Usa et Asa. In febribs ist die Usa besser, weil das V das O et Asam partem besser resolvirt u da kan man sie zu löffel voll geben, sini. to paroxysmo febrili. Asa cum vino rhenano abstrahenda est.

## Ess Cinamomi

da R mit nicht nur sie sich als das u. als unter andern aromatischen Ess. ist das die stärkste.

ES.

Stent in digestione octidûum circiter, tum essentia extracta, per emporeticam filtrata, servetur.

*Hâc viâ Essentiæ aromatum omnium, seminum quoque & radicum nonnullarum, parari possunt.*

℔ ESSENTIA CARMINATIVA.

Rec. Radicum Angelicæ,
Calami aromatici, ana drachmas duas,
Carlinæ,
Imperatoriæ,
Zedoariæ, ana unciam semis,
Herbarum Melissæ,
Menthæ crispæ,
Origani Cretici, ana manipulum semis,
Florum Chamomillæ Romanæ, manipulum unum,
Seminis Anisi mundati,
Carvi,
Fœniculi,
Levistici,
Baccarum Juniperi,
Lauri, ana drachmas tres,
Flavedinis Corticum Aurantiorum, uncias qvatuor,
Citri, uncias duas,
Caryophyllorum, drachmam semis,
Cinnamomi acuti, drachmas duas,
Macis, drachmam unam.

Mixta & in pulverem redacta irrorentur Spiritûs Nitri rectificati, qvantum sufficit, postea affusis Spiritûs Vini Hispanici, Rhenani, aut Gallici saltim, libris duabus, digerantur vase optimè clauso octiduûm circiter, tum exprimantur & filtrentur.

ESSENTIA CASTOREI.

Rec. Castorei, â cute ac pingvedine separati & minutissimè concisi, uncias qvatuor,
Spiritûs Vini rectificatissimi, qvantum sufficit, ad eminentiam trium usqve, aut qvatuor digitorum transversorum, stent

ES.

in digestione octidûum circiter, donec Essentia saturato colore tincta appareat, qvæ per bibulam â residuo separetur & servetur.

Qvi secundum Pharmacopœam Augustanam, Castoreo comminuto Salis Tartari ad unciam qvamlibet drachmam unam commiscere, atqve menstrui loco Spiritum Melissæ adhibere voluerit, huic liberum esto.

ESSENTIA CENTAURII MINORIS.

Fit instar aliarum essentiarum simplicium, artis lege, cum Spiritu Vini optimè rectificato.

ESSENTIA CHACCARILLÆ CORTICUM.

Fit aliarum Essentiarum simplicium modo, cum Spiritu Vini rectificatissimo ê Corticibus pulverisatis extrahendo.

ESSENTIA CHINÆ CHINÆ.

Rec. Corticum Chinæ Chinæ optimæ notæ pulverisatorum, unciam unam,
Spiritûs Vini tartarisati, uncias qvinqve.

Digerantur octidûum, postea expressa filtro depurentur & serventur.

ESSENTIA CHINÆ CHINÆ

Extemporanea, aqvâ simplici sale Tartari imprægnatâ, extrahendo fit.

*Nota: Si aquæ communis loco, pluviam, aut roris majalis, aut simplicem aliam destillatam antifebrilem, Cardui benedicti fortè, extractioni adhibueris, â scopo vix aberrabis.*

ESSENTIA CINNAMOMI.

Paratur eodem, qvo Cardamomi, modo.

ESSENTIA CONTRAYERVÆ RADICUM.

Eôdem, qvô reliqvarum Essentiarum

ES.

rum ſimplicium parantur Eſſentiæ, modo, & hæc paratur cum Spiritu Vini rectificatiſſimo.

### ESSENTIA CORTICUM CITRI.

E flavedine Corticum Citri recens abſtractâ, parumper ſiccatâ, ac ſcindendo comminutâ, cum Spiritu Vini â Corticibus Citri abſtracto juſtâ proportione digerendo, paratur ad inſtar Eſſentiæ Corticum aurantiorum.

Si Spiritum Liliorum convallium, Spiritui illi citrato ſubſtitueris, habebis *Eſſentiam Citri correctam* nonnullis dictam.

### ESSENTIA CORTICUM CITRI COMPOSITA.

Rec. Flavedinis Corticum Citri recentium, uncias duas,
Pomorum Sinenſium recentium, drachmas duas.

Inciſis affunde:
Spiritûs Vini Gallici rectificati, uncias duodecim,
Cum Spiritûs Salis rectificati drachmis duabus cum ſemiſſe, per iterata cohobia junge, ſicqve unita & infuſa ſtent diem & noctem, tum per chartam bibulam colentur & ſerventur.

### ESSENTIA CROCI.

Rec. Croci Orientalis, aut Auſtriaci optimi, unciam unam,
Spiritûs Vini rectificatiſſimi, uncias ſex.

In phiolâ longi colli, optimè obturatâ, balneo roris digere biduum, tum Spiritum, Eſſentiâ & Tincturâ impregnatum, deple, filtra & ſerva.

ES.

### ESSENTIA FULIGINIS
Aliis Hæmato-Cathartica dicta;

CLAUDERO, qvi ejus Author primus, eam *libro ſuo de Balſamatione c. 6.* tradidit, *Alexipharmaca* audit.

Rec. Cinerum clavellatorum, libram ſemis,
Solve in Aqvæ pluviæ libris tribus,
Stet horam unam alteramve, ac identidem agitetur, pro promtiori diſſolutione;
Huic ſolutioni injice Salis Armoniaci, uncias ſex,

Ac denuò agita ut plene ſolvantur; tandem diſſolutis omnibus, fuliginis â furno ſplendentis in pulverem redactæ uncias duas inſperge, ac loco temperato per diem & noctem, agitando aliqvoties, vitro probè clauſo digere, per chartam emporeticam cola, ac in vaſe exactè obturato & munito ſerva.

†. *Soluit etiam Celeb.* CLAUDERUS *hanc ſuam Eſſentiam alexipharmacam quandoque ex Sale fuliginis eundem in modum parare, hancque inprimis in affectibus melancholicis, ac ubi tardior ſanguinis craſſioris circulus per ſalia volatilia promovendus fuit, plus vice ſimplici peculiarem ſuam ſibi oſtendiſſe virtutem fatetur in* A. N. C. Dec. II. Ann. III. Obſ. 83. p. 184.

### ESSENTIA GENTIANÆ RADICIS.

Ad inſtar aliarum Eſſentiarum ſimplicium cum Spiritu Vini rectificatiſſimo paratur.

### ESSENTIA HYPERICI FLORUM.

Rec. Florum Hyperici cum ſeminibus decerptorum, manipulos ſex, aut qvantum vis.

Digere qvatridûum in Spiritûs proprii, rectificati, ad eminentiam ſex aut plurium digitorum, qvantitate ſufficiente & pro amplitudine vaſis conveniente.

ES.

## Ess. Cort. Citri

fe Ess. fiat ex vino, ex vel ob de
ro fiat. ex Compositione est omn
et.

## Ess. Dulcis. vom Pharm W.

℞. Vae fol. Fi. ℥ij Sachari albissimi ℥ii
aquae ℥iß
coquantur in vase figulino piobe vitreato
sub perpetua agitatione, usquequo colorem
acquisierint subnigrum vel fuscum; remo-
veantur ab igne et effundantur.
Menstrui mox descripti ℥xii
Digerantur et bis vel ter in Maria balneo
cohobentur, atq; essentia per chartam empo-
reticam filtrata servetur.
Menstruum pro Ess. dulci.
℞. Spiritus vini gallici vel alius
purissimi rectificati ℔iv.
Aluminis vulgr. puri ℈ssati ℥viii
m. et depillent. e cucurbita vitrea
atque libras tres primo prodeuntes se-
orsim servantur pro menstruo.

† fuerunt, qui medicamentum corroborans
sapore et odore gratum, quodque delicato
ribus atq; infantibus alia medicamenta re-
formidantibus, in parva dosi exhiberi possit
experiuntur. Essentia hac habet vestu-
tem corroborantem, aperientem, balsami-
cam, diureticam et expulsivam, gratu
sapore et odore se commendat.
Dos. p adultis gtt. 30 usq 60. in
pauciby ad pueros gtt. 3 4. - 12.

## Ess. Fuligi nis

diese Ess. soll Claudius beschrieb
en haben sie sind bluthreinigend
Ess. in gutartig Fieber mann brauch
sie als auch ante febri fugum und
sind gute Essenz damit gethan.

## Ess. Gentianae

soll nun ante febrile sein, ist abe
auch ein adstrictorium, i. thut so gut
dienge nicht vid. Gotzii obser. stahl. p. 2
dos. 30 40. gtt.

## Ess. Hyperici

notum est quantum promittere solet
Autor de ejus efficacia. In melancho
et in apoplexia rem summa utilitat
ad hibui. etwan sie mit einem z
gamonsh dann man sie wohl zu
Loffel voll geben.

## Ess. Ligni Aloes.

Das Lig. Aloes soll eine besondere Herzstärkung seyn. es soll sie nur gebraucht, sie muß aber beständig genommen werden.

## Ess. Lig. Guajaci

Ro Lympha purgandi solet comm.
dari dos. 30– 60. gtt.

## Ess. lig Sassafr.

das Decoct ist besser als die Ess.

## Ess. Salappae

Ich brauche sie selten von ℥ aber in Substantia Solte ich meine. etwa vim purgandem haben will, da darff die Ess. nehmen zu doppelt. Die macht aber einen wasserhalß, d. incommodirt, setze, trinckt man aber davon viel mag so schmaltzt es ab, muß besser etwas mehr zu mit ein Syrup treffen ℈j. bis 2 gran ℈j. purgantia resoluta in minori quantitate ac plus faciunt quam in substantia. ich habe einen officin. ein mensch gr. vi Ess. Salapp. gegeben, d. es purgirt so stark daß mir angst d. bange wäre. wenn man es mit 12 auflöset, so sind gr. 2. genug

## Ess. Juniperi.

virtutes Rt. stomachicae. Effects diuretici. das ist gewiß. dos. 1 Löffel voll. Extract Malvaticum Juniperi, mit ℈ ist die Gabe voll. Pest das beste Destillirt selbst zu lassen.

## Ess Lignorum

Ist gut ad tenue miasma seum & excretionem excludendum dos. ßß. – ℈j. mit triendum dilutionis in scabie in affectibus a lue Sea venientibus, ich möchte allein, daß der Vin ex china d. Sarsaparill Tranck diesen soll.

ES.

ESSENTIA HYSTERICA.

Rec. Radicum Angelicæ,
Diptamni Cretici,
ana drachmas duas,
Bryoniæ,
Zedoariæ, ana unciam semis,
Summitatum Matricariæ,
Rorismarini,
Rutæ, ana pugillos duos,
Seminis Levistici,
Pastinacæ, ana drachmam unam semis,
Baccarum Lauri,
Castorei, ana drachmas duas,
Croci optimi, drachmam unam,
Granoruum Actes siccatorum, drachmas duas semis.

Contusa irrorentur in cucurbitâ vitreâ Spiritûs Salis Armoniaci qvantitate sufficiente, ac misceantur, mox affusis Spiritus Vini rectificati unciis octo, digerantur vase optimè clauso, loco tepido, per bidûum, postea exprimantur ac per emporeticam colentur.

ESSENTIA JALAPPÆ.

℞. Pulveris radicum Jalappæ, unciam unam semis,
Flavedinis Corticum Citri recentis, unciam semis,
Cinnamomi acuti, drachmam unam semis,
Spiritûs Vini rectificati, uncias sex.

Stent in digestione, vase benè clauso, ad extractionem usqve Essentiæ omnis, tum exprimantur & filtrentur.

ESSENTIA JUNIPERI.

Rec. Baccarum Juniperi maturarum, uncias qvatuor,
Rob earundem, unciam unam,
Spiritus baccarum Juniperi rectificati, qvantum sufficit, ad eminentiam qvinqve digitorum, digerantur in balneo, donec

ES.

Essentia sufficienter sit extracta, Spiritus tum tinctus per filtrum separetur.

ESSENTIA LIGNI ALOES.

Rec. Rasuræ recentis ligni Aloës odoratissimi, unciam unam,
Spiritus Vini rectificatissimi, uncias sex.

Digere, vase vitreo exactissimè obturato, octidûum, postea filtra & solicitè serva.

ESSENTIA LIGNI GUAJACI.

Rec. Rasuræ subtilis Ligni Sancti, uncias duas,
Spiritus Vini rectificatissimi, uncias octo.

Digere octidûum vase optimè clauso, tum menstruum decanta, ac per emporeticam trajice.

ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS.

Eodem modo paratur, qvo Ligni Sancti.

NB. Si Spiritus Vini loco, Spiritum Serpilli cum Spiritu Vini paratum, adhibueris, nascetur eodem parandi modo, qvibusdam familiaris:

ESSENTIA LIGNI SASSAFRAS CUM SPIRITU SERPILLI.

ESSENTIA LIGNORUM.

Rec. Rasuræ Ligni Sancti, uncias tres,
Santalorum omnium, ana unciam unam,
Rasuræ Ligni Sassafras, uncias duas,
Aloës,
Rhodii, ana unciam semis,
Pulveris Radicum Chinæ,
Sarsæparillæ, anæ unciam unam.

Mixta omnia in vase commodo Spiritu Vini tartarisato irrorentur, mox-

ES.

qve affundatur Spiritûs Fumariæ, cum Spiritu Vini parati, qvantum sufficit ad eminentiam qvatuor digitorum, stent in digestione vase optimè clauso octidûum, postea expressa Essentia per bibulam coletur.

†. *STABELIUS in* Chym. dogmat. exper. Tom. I. *svadet, ut ad præparationem hujus Essentiæ duplex assumatur menstruum, nempe Liquor terræ foliatæ Tartari, cum quo species istæ prius irrorandæ & per octiduum digerendæ, ac Spiritus Vini rectif. cum quo postmodum extrahendæ sunt, idque propterea, ut partim mediante menstruo salino-sulphureo partes resinosæ specierum eò melius solvantur, qvod tam promptè per Spiritus ardentes solitarios non perficitur, inprimis si tales non summè rectificati sunt; partim etiam ut eò gratius exinde proveniat medicamentum, hujusque vis medicamentosa inde simul augeatur, quæ potissimum in eo consistit, quod seroso-lymphaticos, viscidos humores incidat, resolvat & attenuet, ipsorumque secretionem, absterſionem & eliminationem tam per corporis peripheriam, si nempe cum regimine diaphoretico exhibetur, quam per tubulos renum, sub diuresi, promoveat.*

ESSENTIA LITHONTRIPTICA.

Rec. Lapidis Judaici,
Lyncis,
Percarum,
Oculorum Cancri, ana unciam semis,
Testarum ovorum Struthionis, unciam unam,
Spiritus Salis, uncias sex, aut qvantum sufficit.

In pulverem redacta solve in Spiritu Salis, â solutis abstrahe Spiritum ad siccitatem usqve, residuum in cella per deliqvium rursus solve, dissolutum filtra & serva.

ESSENTIA LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

Rec. Lumbricorum terrestrium majorum, per stupam depuratorum & conqvassatorum, qvantum vis.

ES.

Affunde Spiritus Lumbricorum, iteratâ destillatione Spiritus Vini â Lumbricis recentibus parati, qvantum sufficit, ad eminentiam trium digitorum, digere qvatridûum, Essentiam sic extractam filtro separa, ac serva.

ESSENTIA MASSÆ PILULARUM DE CYNOGLOSSO

Dni ARCHIATRI STAHL.

Extrahatur è Specierum pro Massâ Pilularum de Cynogloſſo, unciis duabus,
Cum Spiritûs Vini rectificatissimi, unciis sex.

ESSENTIA MASTICHES.

Rec. Granorum Mastiches electæ pulverisatorum, unciam unam,
Spiritus Vini optimi & rectificatissimi, uncias tres.

Digerantur qvatridûum, postea filtrentur.

ESSENTIA MILLEFOLII.

Perinde ut reliqvæ Essentiæ simplices Spiritu Vini rectificatissimo extrahitur lege artis.

ESSENTIA MYRRHÆ.

Rec. Myrrhæ subtilissimè tritæ, uncias qvatuor,
Spiritus Vini tartarisati, uncias octo, vel qvantum sufficit.

Stent infusa calore moderato, donec Spiritus probè tingatur, qvi decantetur, & filtretur.

†. *Supra citatus Celeb. b.m. STABELIUS l. c. Myrrham prius cum anaticâ quantitate Sacchari Canariens. exactè commiscere & postmodum Spiritum vini tartarisatum affundere jubet: Hâc enim ratione per menstruum hocce resinosas Myrrhæ particulas citius & melius dissol-*

vi

Esf. Martiata aperitiva zdm Pharm. W

℞. Rd. Galangae Calami aromat. Zedoar.
Cinammom acut. à ℥ij
Fl. Hyperici Tanaceti. à ℥j.
Limaturae Martis ℥ß.
minutim incisis superaffundant
Spiritus Vini rectificati ℥vj
Spiritus Olei. ℥ß.
digerant leni calore, et post sufficien
tem extractionem exprimatur et filtre

+ Est. Ra Martis aromatisata alg
lienosis et atoniis viscerum la
borantibus commendari meretur
nec non inter anthelmintica
locum invenit.
Dos. gtt. 30 ad ℒ.

Esf. Millefoll. zdum Pharm. W.
℞. Millefoll. ℥ij Vini rectif. ℥xvi.
infundant et post digestionem p triduu
exprimat in expresso denuo
Millefoll. ℥ij
macent. et post sufficiētem extractionem
expressa Essentia p chartam bibulam filtrel

Ess. Millefolii

Est. praedita blandis particulis oleosis
anodynis. Vir sat vinum soundrobustae Consti
tutionis ex fino usurpat. dos. 30-40. gtt.
potissimum longe praestantior est.

Esfent Lithontriptica

Schroter in pharmacop. chym. dicit esse
remedium in calculo dos. gl. 4. ß. alle
tago vltus mane, in vino vbi dein fron
tyl, dass d. Diut gelesten Cast. Lau.
rentergii sani Decoct. ist besser ex aine.
ribus rubris

Ess. Myrrhae

Myrrha in substantia ad dari ad ℥j. sa
mosl ad ℥ß. vbum ist ℥j. von der
Myrrh. gibt so mancht sie mist so stark
expansive in Calida ad vbum ist 16 gtt
in Ess. gebraucht. In substantia operi
ert d. gelinder dos. 25 gtt, externe sa
ist ad suppurranda ulcera.

℈. pimpinell. alb.

ist zum gesöm u. lobliss ℈. tanqm
remedium polychrestum. ℈ stoma-
chale alexipharm. dos. 30- 40 gtt.

ES.

*vi posse spondet, quam si absque Saccharo extractio instituatur, quoniam nimirum Saccharum est concretum salino-sulphureum, quod facilè ac firmiter se se cum oleosis unit & acidas invertit particulas, qvæ solutionem istam aliàs impediunt; unde etiam Olea expressa, quæ aliàs unionem cum Spiritu vini rectificat. planè respuunt, mediante hocce Saccharo facilè solvi possunt.*

Eodem modo paretur &

ESSENTIA MYRRHÆ CUM SPIRITU SALIS ARMONIACI,

pro Spiritu Vini Tartarisato, Spiritum Salis Armoniaci vinosum extractioni applicando.

ESSENTIA NITRI.

Vide Spiritum Nitri dulcem.

ESSENTIA ODONTALGICA, sive pro Dentibus, Dni ARCHIATRI STAHL.

Rec. Myrrhæ rubræ optimæ, unciam unam,
Spiritûs Cochleariæ, uncias sex;
Mixta digerentur, atqve Essentiæ ultimò addantur.
Essentiæ Succini unciæ duæ.

ESSENTIA PANIS.

Rec. Panis optimè in furno excocti, libras octo.

In frusta scissum exactè sicca, ut in pulverem contundi queat, huic pulveri affunde Spiritûs Vini Gallici qvantum sufficit ad extrahendam Essentiam, quam filtra, & ad consistentiam mellis Spiritum abstrahe, qvod reliqvum serva.

ESSENTIA PECTORALIS, seu ASTHMATICA ANGLICA.

Rec. Mellis optimi despumati,
Radicum Liqviritiæ, ana uncias quatuor,
Florum, aut potius Magisterii,

ES.

Gummi Benzoës,
Opii depurati, ana drachmam unam,
Camphoræ, scrupulos duos,
Olei destillati recentis Anisi, unciam semis,
Salis Tartari, unciam unam,
Spiritûs Vini Tartarisati, aut saltem rectificatissimi, qvantum sufficit ad eminentiam unius alteriusve digiti.

Stent octidûum, aut decendium in digestione, tum decanta, filtra, ac addendo ad unciam unam hujus Essentiæ drachmam unam Tincturæ Croci, fiat Essentia, qvam serva.

ESSENTIA PIMPINELLÆ ALBÆ.

Spiritu Vini optimè rectificato aliarum Essentiarum instar paratur.

ESSENTIA PINI.

℞. Strobilorum Pini viridium, vel Turionum, qvantum vis.

Spiritûs ex ejusmodi Strobilis junioribus per fermentationem parati & optimè ab iisdem rectificati, aut saltem vini ab iisdem abstracti, qvantum reqviritur ad digitorum trium eminentiam.

Stent in digestione calore moderato, donec Essentia tincta extrahatur, qvæ post factam expressionem per bibulam coletur.

Aut decoqve Pini turiones aqvâ communi, donec omnem exûerint saporem, decoctum hoc ad mellaginem evaporando inspissa, tum Spiritu proprio, aut vini abstractitio, vel Cochleariæ, digerendo Essentiam extrahe, qvam per emporeticam separa.

ESSENTIA PIPERIS INDICI.

℞. Piperis unâ cum folliculis, maturè siccati & in pulverem redacti, unciam unam,
Salis Tartari siccissimi, drachmam unam,

ES.

Mixtis & affusis Spiritûs vini Gallici rectificatissimi unciis sex,

Stent in digestione moderati caloris, vase optimè clauso, diem unum & alterum. Extractam sic Essentiam filtratam, sollicitè serva.

ESSENTIA PURIFICANS.

Rec. Mumiæ transmarinæ, qvantùm vis.

In pulverem redactæ affunde Liqvoris præcipitantis infra docendi, qvantum satis ad eminentiam aliqvot digitorum, agita interdum strenuè, stet pro meliore extractione horas aliqvot, aut diem unum, postea per bibulam colatam Essentiam serva.

ESSENTIA RHABARBARI.

℞. Pulveris Rhabarbari optimi, unciam semis,
Salis Tartari, drachmam unam semis,
Aqvæ Cinnamomi buglossatæ, vel borraginatæ, & Cichorii, ana uncias tres.

Stent infusa loco tepido horas viginti qvatuor, pro extrahendâ digerendo Essentiâ, tandem per emporeticam filtrandâ.

ESSENTIA SACCHARI.

℞. Sacchari candidissimi grossè comminuti, uncias tres,
Spiritûs Vini Gallici, uncias tres.

Affusum Saccharo Spiritum in scutellâ accende, ac spatulâ continuè agita, donec conflagraverit. Essentiæ â conflagratione reliqvæ Aqvæ Rosarum fragrantissimæ unciam unam semis adde, ac serva.

ESSENTIA SACCHARI ALIA.

℞. Sacchari albissimi, uncias tres cum semisse,
Salis essentialis Tartari, drachmas decem,

ES.

Spiritûs Vini Gallici rectificati, uncias decem,

Misce, solve, filtra, & revoca Spiritum destillando ad aliqvalem mellaginem.

†. *Aliam adhuc* Sacchari Essentiam, *seu potius* Tincturam, *parare docuit* D. Christ. Ern. KLEINFELD, *in peculiari Tractatu, cui Titulus:* Beschreibung von Verfertigung einer Essentiæ dulcis, nebst zweyer von ihr entspringender Medicamenten, nemlich des schwartzen Pulvers und des sogenannten Balsami mineralis; *& hanc ipsam, una cum reliquis exinde resultantibus medicamentis prorsus similium virtutum esse cum notissimis illis Orphanotrophei Hallensis Medicamentis solaribus,* Essentiâ dulci *nimirum,* Pulveribus solaribus & Balsamo minerali, *quippe cum quibus ratione coloris, odoris, saporis, &c. insimul exactissimè conveniret, audacter affirmat & promittit, id quod per experientiam sedulam & crebram ulterius indagandum foret. Confer.* Annales Phys. Med. Wratislavienf. Ann. 1723. M. Decemb. Class. VI. Artic. 3.

ESSENTIA SALUTIS.

℞. Radicum Scorzoneræ Hispanicæ,
Zedoariæ,
Gentianæ, ana unciam unam,
Enulæ campanæ, unciam unam semis,
Contrayervæ,
Serpentariæ Virginianæ,
Imperatoriæ,
Angelicæ, ana unciam semis,
Herbarum Absinthii,
Cardui benedicti, ana manipulum unum semis,
Centaurii minoris,
Rutæ,
Scordii,
Veronicæ,
Melissæ,

Roris

## Ess. Absinthii

Das ist etwas gütlich, wann man sie cum V solviert, so hat man nun Convenable Ostium, dann seine particulare besitzen ex Gumatosis, und so heilet anima Absinth. Ist nit ein gemeine Ding so bald man weis zu absali nichtzgehalt, so wird d ubi blut i. extrahiert werde, d absinth von d Fi i. dem so d die act. draus so wird d ganz dick i. sehr wolf. darum hat man d in digestion cum Vni sp. vini d sie länger halt, denn cum V gemischt, wird leichter geschwind. ubi fortitas alcali adest dos z. 3. löffel voll, soll d nicht lapidem so sind 50– 60 gtt genug. Storch. braucht d stand vorsetzt cum d die et Fi in hypochondriacis mali Sac Absinth. p. ij et de Fi p. j. dos. 50– 60 gtt.

## Ess. Sacchari

ist überflüssig. der Grund ist, dass man V damit tingiert, dass d den rein schleicht.

## Ess Salutis

Ist ein gewisser titul. Es soll nun Ess. seyn quasi bezoardica ad. Alexip. d soll in d. nächsten dem Leben gut seyn. dos. 30. 40 gtt

℈. Sarsaparill.
est miepta ℈. dch decoctum hor prodesp

* ℈. Scammonii et Scordii
rend gummosh ubi dri ℈. Jalapp. Scam
monium ist dri hesth dord ad- fodo.
Sabatha in mirabilibg medico chirug.
p. 163 beschreibt eine weise gute ℈.
℔. Scamon. ʒj. u. zerreib zugeben
℣ssmi ʒviij. dann nimm 6
bernstein will soll man ʒj zusam
cum sacch. Solute ʒj drist ℈.
purgirt sehr gelinde.

℈. Stomachica Polychresta Jun-
kelsheimeri.
℔. Piperis Longi, nigri albi. à ʒij
Hispanici sive Capsici minoris ʒj.
cardamom. min. ℥x.
tritis affundat.
Cinq. ℔. fol. ℔.
Ac vinos. à tbs.
digerant, exprimat. et filtrent.
+ Potenter resolvit, alg cathecticis
hydropicis et phlegmaticis gerit
cholerici et sanguinei ejus usu caveant

ES.

Rorismarini, ana manipulum ſemis,
Baccarum Juniperi, unciam unam,
Corticum exteriorum Citri,
Aurantiorum,
Myrrhæ rubræ electæ, ana drachmas duas.

Craſsè conſciſſa & contuſa miſce, ac affuſis Spiritûs Vini Gallici optimi menſuris ſex, ſtent loco tepido, vaſe optimè clauſo, per menſem, tunc per chartam bibulam filtra, ac ſolicitè obturato vaſe ſerva.

ESSENTIA SARSÆPARILLÆ.

Fiat lege artis cum Spiritu Vini rectificatiſſimo, ſale Tartari imprægnato.

ESSENTIA SEMINIS SANTONICI COMPOSITA,
SEU CONTRA LUMBRICOS.

℞. Pulveris Seminis Santonici, unciam unam,
Florum Tanaceti,
Hyperici,
Perſicorum, ana pugillos duos,
Radicum Dictamni-albi, drachmas duas,
Vitrioli Martis ad albedinem calcinati, drachmam unam,
Florum Vitrioli Veneris â ZWELFFERO Mantiſſ. ſpag. P. 1. c. 4. circa finem deſcriptorum, drachmam ſemis,
Spiritûs Vini optimi,
Vini Hiſpanici dulcis, ana uncias quatuor.

Digerantur loco tepido per octidûum, tum exprimantur & per chartam emporeticam colentur.

ESSENTIA SPLENETICA
Dni ARCHIATRI STAHL.

℞. Foliorum Verbenæ,
Rutæ hortenſis, muratiæ,

ES.

Salviæ acutæ,
Plantaginis acutæ, ana manipulum unum,
Florum Hyperici, manipulos duos.

Inciſa tenuiter infundantur Spiritu Vini rectificatiſſimo ad eminentiam, digerantur; Colatura cum expreſſione reponatur uſui.

ESSENTIA SPLENIS BOVINI.

℞. Lienem Bovis caſtrati junioris, divide ſcindendo in laminas tenues, quas macera per aliquot dies Spiritu Vini, Myrrhâ aut Angelicæ pulvere ſaturato, tum in aëre exſicca ac Spiritu Vini, aut Meliſſæ, Eſſentiam ſecundum artem extrahe, exprime & filtra.

ESSENTIA STOMACHICA.

℞. Radicum Calami aromatici,
Galangæ minoris,
Ireos Florentinæ,
Zedoariæ,
Zinziberis albi,
Cardamomi minoris,
Cubebarum,
Ligni Aloës optimi, ana drachmam unam,
Cinnamomi, drachmas duas,
Flavedinis Corticum Citri, drachmas tres.

Inciſa & contuſa craſsè, infunde in Spiritûs Vini rectificati optimi quantitate convenienti, ſtent in digeſtione, vaſe optimè obturato, tridûum, tum per bibulam transcoletur.

ESSENTIA SUCCINI.

℞. Succini electi albi, vel flavi, in pulverem ſubtilem redacti, uncias duas, quibus affundantur Spiritûs vini rectificatiſſimi unciæ decem, digerantur loco tepido, vaſe optimè clauſo, octidûum, tum Eſſentia extracta filtretur.

ES.

*Nota: Si Succinum Alcali admixto, aut liquore quodam alcalino priùs reſeratum, extractioni commiſeris, feliciùs ſuccedet opus.*

†. *Veriſimum equidem eſt, quod, ſi vel Sal alcalinum, v.g. ex Ciner. clavell. & Calce vivâ paratum, ſtatim cum Succino probe commiſceatur, vel hoc, ante extractionem, cum Liquore Nitri fixo, ſeu Alcaheſt Glauberi, aliquoties irroretur & blandè exſiccetur, ſaturatior Eſſentia tali ratione intra paucorum dierum ſpatium obtineatur, quoniam partes oleoſæ Succini per minerales acidas, quæ mixtionem illius ingrediuntur, cum terreis & aqueis firmiſsimè ſunt unitæ, ut per ſolos Spiritus ardentes vix unquam diſſolvi queat hæc mixtio, niſi per additum prius alcali particulæ acidæ invertantur, aquea abſorbeantur, & reliquarum particularum nexus diſſolvatur; aſt, quia hâc ratione virtutem magis commoventem & calefacientem acquirit talis Eſſentia, hinc rarius internè propinari poteſt, nunquam verò in plethoricis ad orgaſticas ſanguinis commotiones facilius diſpoſitis, ne ipſis plus noceat, qvam proſit, niſi forſitan eminenter phlegmatica fuerint ſubjecta & affectibus frigidis catarrhalibus afflicta, ubi utique non prorſus rejicienda eſſe videtur.*

ESSENTIA SUCCINI JUNIPERINA.

℞. Nitri depurati & cryſtalliſati, unciam ſemis,
Succini albiſſimi præparati, unciam unam.

Mixta in pollinem ſubtiliſſimum tere, ac Aquæ pluvialis uncias tres affunde, digere loco calido benè tecta octidûum, tunc adde Spiritum Juniperi ê baccis per fermentationem deſtillatum & optimè rectificatum, ſtent unâ dies octo vel decem in arenâ calidâ, ad extrahendam Eſſentiam, quam filtra & ſerva.

*Nota: Quid aquæ pluvialis trium unciarum additamentum Eſſentiæ huic extrahendæ conferre queat, non ſatis liquet.*

ES.

ESSENTIA SUCCINI CUM SPIRITU SALIS ARMONIACI.

Eodem fit, quo Eſſentia Myrrhæ, modo, cum Spiritu ſalis Armoniaci vinoſo.

ESSENTIA THERIACALIS.

℞. Theriacæ Andromachi, mediæ ætatis, unciam unam,
Spiritûs Vini rectificati, libram ſemis.

Stent in digeſtione, phiolâ arctè clauſâ, per quatridûum, tandem Eſſentia extracta per emporeticam deſtilletur.

ESSENTIA TRAVMATICA.

℞. Radicum Tormentillæ,
Herbæ Saniculæ, ana unciam ſemis,
Rorellæ,
Florum Hyperici,
Foliorum Roſarum rubrarum, ana drachmas duas,
Sanguinis Draconis puriſſimi,
Mumiæ transmarinæ,
Catechu,
Myrrhæ electæ, ana drachmas tres,
Santali rubri, drachmas duas,
Nucis moſchatæ, drachmam unam.

In pulverem redacta miſce, & affuſâ Spiritûs Vini librâ unâ, aut quantum ſufficit, bidûanâ aut tridûanâ leni digeſtione, vaſis optimè clauſis, Tincturam elice, quam poſt modicam expreſſionem per emporeticam ſepara, & ſolicitè ſerva.

ESSENTIA TRIFOLII FIBRINI, SEU PALUSTRIS.

Rec. Foliorum Trifolii paluſtris, modicè & recens ſiccatorum, minutim conciſorum, qvantum vis,
Spiritûs ex iisdem per fermentationem parati & rectificati, aut Spiritûs tantum ejusdem abſtractitii, qvantum ſufficit.

Poſt debitam digeſtionem & extractionem exprimantur & filtrentur.

ESSENTIA VIGANI.

℞. Maſſæ Pilularum Vigani, uncias duas,
Spi-

Esf. Theriacal rdum Pharm. W.
id. Angelicæ Calami Serpentariæ Virg.
Speciae Indicae
Hb. Scordii Dictamni cretici à ʒij
Cinammom. acuti Cardam min.
cubebarum Cargophyllor. à ʒß.
opii Thebaici Croci Orient. à ʒi.
Spiritus Vini rectif. tbj.
digerantr ad sufficientem extractionē
exprimatur et Esf. f chartam bi-
bulam filtrata, servetr.
est bezoardica stomachica
ʒj Essentiae gr. v. opii habet fere
Dos. gtt. XL. ad LX.

ES.

Spiritûs Fuliginis rectificati,
Cochleariæ, ana uncias qvatuor ſemis.

Miſce, ac digeſtione diſſolve.

ESSENTIA UTERINA.

Rec. Radicum Ariſtolochiæ rotundæ veræ,
Diptamni albi,
Enulæ,
Gentianæ,
Pimpinellæ,
Rubiæ tinctorum,
Valerianæ, ana unciam ſemis,
Herbarum Artemiſiæ,
Calaminthæ veræ & odoræ,
Meliſſæ,
Pulegii,
Rorismarini, ana manipulum unum,
Florum Borraginis,
Centaurii minoris,
Cheiri,
Lavendulæ, ana manipulum ſemis,
Seminis Dauci Cretici,
Fœniculi,
Leviſtici,
Paſtinacæ ſativæ,
Sileris montani,
Caſtorei,
Croci, ana drachmas duas,
Cinnamomi acuti, unciam unam,
Galangæ,
Zedoariæ, ana drachmas tres.

Omnia conciſa & contuſa miſce ac, in tres partes divide, quarum uni affunde Spiritûs Vini rectificati quantum ſufficit ad eminentiam ſex digitorum, digere quatridûum loco tepido, vaſe optimè obturato & veſicâ bubulâ clauſo. Extractum & expreſſum alteri parti reaffunde, rurſus quatridûum digere, deple, exprime & affunde tertiæ reſiduæ parti, ſimiliterque digere, exprime, tandemque per chartam emporeticam cola, ac pro Eſſentiâ optimè ſaturatâ cuſtodi. Quod ſi hujus mediam partem deſtillando balneo maris,

ES.

junctûris optimè clauſis, ad Extracti conſiſtentiam exhalare volueris, habebis Extractum uterinum efficax, ac Spiritus inde reſultans pro Spiritu uterino, vehiculis aliis mixtus, non minus efficacem ſeſe præbebit.

ESSENTIA UTERINA COMPENDIOSIOR.

Rec. Radicum Bryoniæ ſiccatarum,
Baccarum Sambuci recentium, lento calore ſiccatarum, ana drachmas duas.
Foliorum ſelectorum & ritè ſiccatorum,
Artemiſiæ,
Dictamni Cretici,
Matricariæ,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ, ana unciam ſemis,
Corticum Aurantiorum ſiccatorum, unciam unam ſemis,
Myrrhæ,
Caſtorei, ana drachmas tres,
Croci, drachmam unam.

Macerentur octidûum in Spiritûs Vini libris qvatuor,
Dein colentur & ſerventur pro uſu.

ESSENTIA VULNERARIA, ſeu BALSAMUS VULNERARIUS STAHLII.

Rec. Eſſentiæ Succini ſine ſale, uncias duas,
Myrrhæ, unciam unam,
Spiritûs Terebinthinæ optimi, unciam ſemis.

Miſce, digere loco calido.

†. *Sub hâc formâ conducit Eſſentia talis præcipuè vulneribus partium exſanguium, nempe membranaceorum, tendinoſarum, &c. Si vero ad carnoſarum partium læſiones adhibenda fuerit, poſſunt inſuper adhuc aliquot guttulæ Balſami Peruviani ipſi admiſceri, & ita ſub deligationibus applicari. Præbet egregium mundificans, abſtergens & conſolidans, tam in recentibus, quam antiquis ulcerationibus efficaciſſimum.*

## ES.

### ESSENTIA VULNERARIA ALIA.

Rec. Radicum Alkannæ, drachmas duas,
Rubiæ tinctorum,
Symphyti majoris,
Tormentillæ, ana unciam ſemis,
Herbarum Alchimillæ,
Hederæ terreſtris,
Perfoliatæ,
Plantaginis, ana manipulum ſemis,
Pyrolæ,
Saniculæ, ana manipulum unum,
Florum Hyperici,
Conſolidæ majoris,
Saracenicæ,
Bellidis minoris, ana manipulum ſemis,
Mumiæ Ægyptiacæ, unciam unam ſemis,
Spiritûs Lumbricorum terreſtrium volatilis, uncias ſex,
Vini Malvatici aut Canarienſis, uncias octo, aut qvantum ſufficit.

Conciſa & contuſa digerantur, vaſe benè clauſo, loco tepido, octidûum, poſtea exprimantur & filtrentur per chartam bibulam.

### EXTRACTUM ABSINTHII.

Rec. Summitatum Abſinthii in umbrâ ſiccatarum, libram unam,
Conciſæ & conqvaſſatæ infundantur in vaſe vitreo,
Aqvæ Abſinthii deſtillatæ, libris qvatuor,

Digerantur octidûum in loco calido, liqvor inde expreſſus & colatus Cucurbitâ alembico & recipiente munitâ, vel in Balneo maris, coqvatur igne lento ad conſiſtentiam Extracti juſtam.

*Juxta hanc normam omnia penè herbarum Extracta parari poſſunt.*

## EX.

### EXTRACTUM AGARICI.

Rec. Agarici optimæ notæ contuſi, uncias qvatuor,
Affunde Spiritûs Vini optimi ad eminentiam trium digitorum, ſtent in digeſtione qvatridûum.

Poſtea decantetur & leviter exprimatur, colatura per emporeticam facta, in balneo maris abſtrahendo vini Spiritum, beneficio Cucurbitæ alembico munitæ, ad Extracti conſiſtentiam redigatur.

### EXTRACTUM ALOËS SUCCOTRINÆ QVERCETANI.

Rec. Aloës Succotrinæ, uncias ſex, redige in pulverem, ac in matracio, ſeu Cucurbitâ vitreâ affunde Aqvæ Endiviæ aut Acetoſæ, ad eminentiam qvatuor vel qvinqve digitorum, Cucurbitam aut matracium exactè ſubere ac cerâ Hiſpanicâ claude, atqve in balneum Maris, ferè bulliens, poſitam, duos vel tres dies digere, tunc ſolvetur Aloë & aqva Rubini colorem induet, qvam decanta, aliamqve ſed minori qvantitate affunde, ut prius digere atqve tinctam priori adde, idqve toties continua, donec non ampliùs tingatur aqva, qvas omnes confuſas deſtilla leni igne, & exhala ad mellaginem ſpiſſam.

### EXTRACTUM ANGELICÆ RADICUM.

Rec. Angelicæ radicum, uncias qvatuor, craſſiuſculè contuſæ infundantur qvatridûum in Spiritûs Vini tartariſati librâ unâ, ſtent in loco calido, donec extracta ſit Radicum virtus, extractam deple & exprime. Reſiduo aqvam communem affunde, atqve aliqvantisper coqve, tandem exprime, per emporeticam depura, atqve priori extractioni Spiritu vini factæ adjunge, per emporeticam cola, atqve in cucurbitâ coqvendo ad ſpiſſitudinem Extracti exhala.

*Modo*

## Extr. Agarici

Agaricy est substantia levis et segnis sic
operiunt mist Luifsta. Adhibetur pil. purga
in casibz ubi Asthma profunde radicatum
ubi scirrhi pulmonum. ℞. – ℈ß. thut al
sind, wann man aber Sium dulc. odr
les. Jalapp. ii. Trochisc. sartaldal anponiert
so operiert et ziemlich, ii. so kan man ihn
damit auch nützen.

## Extr. Aloes Succotrinae
## Averoetani

Averc. sind Sium aber so nim gepsti
de purificatione mist umgegeben, dann
die übrigen reselviert sich pars resinos
et gumosa. wann man partem gumo
sam haben will, so thut man absol. Sp
man et cum V frigida ad. eam acet
auflöset, wann man die Aloes mit
dem aceto auflöset, ii. die Myrrh. am
℔ alcali, so kricht man nur pulver mas
sam resinosam dann man sie zu emplastr
gebr.

## Extracti Absinthii

st bonum stomachale. die Lufsigen su
n nim Morgen elexir, so unterstund g
e absynthii bestrebt.

## Extr. Angelicae

extrahitur cum V, et ist nicht von gutem
extr. hac rade gemacht, ü nit gut pecto
rale dos. ℞ - ℈ß, et macht denn sitzen
ist auch nicht übel zu gebrauch cum V
℔ millefolii. Usa selvicrt ist gut in Colica

## Extract. antifebrile

Ist vires tonicas adstringentes. Nom dom
ab. mit inter die Electuaria assumu
et bestehet fast auß lauter adstringent vege.
tabilibus.

## Extract. Castorei

Castorium non facile usurpatur in Fe
ver. Castorium pflegt man zu denen reme.
diis epicaris zu thun. Dieses wird ab
componirt cum pil anodynis dos. gr.
ij – v. ist ein Hoffbuch drug.

## Extract. Catholicum

inventum est Theophr. Paracelsi. zu der
pharm. August. ist es simpel wie es Para
celsy erfunden, d est qui Panchymag. dos.
gr. x. ad ʒß. jungimy ℈ß dulc.

## Extr. Chologogum

setzt ad autorem Averoetanum
et hodie non adeo usitatum. die Alten
setzen purgiren stard, dann sie starck
sind, dann man solche blätter in einer
Küngen thät, und seiner wasser darauf
giesset

## Extr Colocyntidis

dieses Extr. ist stimul. stard d muß
aliis stimulo loco lenientibus adhibiert
werden.

## Extract Cacarillae

nota fuit cc 40 annos. Dr. Alpino in Aegypt
hat es sehr anodynum gefunden. ist sehr inter effecta
discutientem u. resolventem gefunden. Multa po-
tiones diaphoniacas habe ich es gut befunden in
pectoralibus morbis. H. in febr. Catarrhalibus
malignis. vid. Alpini tract. de febre maligna
epidemica dos. gr. iij – v. v. extra febrem
ʒj – ʒß.

## Extract. Croci

sind bey mir nicht rar, die beste
Kraft ist in mucilaginoso, und
der thut mehr besser dann mehr V
verzehrt nimt. Externe usu ht virtutem
discutientem ℥ß. Aceti dest. ℥j
nymphae ā ℥ij
Extract. Croci ʒj
damit macht man Pillen und bey
d denen Leuthen vor die Flüsse

EX.

*Modo planè ſimili ex omnibus radicibus Extracta parari poſſunt.*

EXTRACTUM ANTIFEBRILE.

℞. Reſidûum â deſtillatâ Aqvâ antifebrili ſupra deſcriptâ in cucurbitâ reſtans, expreſſum & colatum, ut artis eſt, inſpiſſando fiat Extractum, hoc nomine dignum.

EXTRACTUM CASTOREI.

Ex Eſſentiâ ejus ſupra edoctâ, Spiritum Vini per alembicum leni igne avocando, ac in Extracti conſiſtentiam exhalando, fiat. Spiritus inde reſultans in futurum pro parandâ rurſus Eſſentiâ ſervari, aut medicamentis hyſtericis utiliter jungi poteſt.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

Rec. Aloës ſuccotrinæ puriſſimæ, unciam unam,
Agarici optimæ notæ,
Radicum Hellebori nigri,
Jalappæ,
Scammonii electi, ana unciam ſemis,
Pulpæ Colocynthidis, drachmas ſex.

In pulverem redacta infundantur in Spiritûs vini tartariſati qvantitate ſufficienti, ad eminentiam qvatuor digitorum, ac digerantur tridûum, dein cum aliqvali expreſſione per bibulam colata, balnei calore exhalentur, ad mellis ſpiſſi conſiſtentiam, cui adde

Pollinis Sacchari albiſſimi,
Olei deſtillati Cinnamomi,
Caryophyllorum, ana guttis ſex,
Aniſi, guttis decem irrorati, unciam unam,
& exactè miſce.

EXTRACTUM CHACARILLÆ.

E Corticis Chacarillæ in pulverem redacti, modo Pharmacopæis noto & uſitato, cum Spiritu Vini rectificato, ſecundum artem parandum, & avocato Spiritu, moderati caloris arenæ beneficio, inſpiſſandum, ad debitam Extracti conſiſtentiam.

EXTRACTUM CHACARILLÆ CUM AQVA.

Eodem modo paratur.

EXTRACTUM CHOLAGOGUM.

Rec. Rhabarbari, uncias ſex,
Folliculorum Sennæ, uncias qvatuor,
Cinnamomi electi & acuti,
Santali citrini,
Spicæ Nardi, ana unciam ſemis,
Trochiſcorum de Berberibus, uncias duas.

Omnibus ſubtiliſſimè pulveriſatis affunde Succi Roſarum pallidarum optimè depurati, qvantitatem ſufficientem ad Eminentiam trium digitorum, digere per tridûum, exprime torculari, & ad Extracti mellei conſiſtentiam inſpiſſa, cui Extracti Aloës ſupra edocti tantundem, ut & Extracti Scammonii Spiritû vini parati, unciam unam adde & probè miſce.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

Ex ſolâ Pulpa â granis omnibus vendicatâ, coqvendo fit aqvâ communi, & decoctionem poſtea colatam, expreſſam & filtratam, addito ſub finem pauxillo Spiritûs Vini optimi, ad extracti ſpiſſam conſiſtentiam Evaporando.

†. *De ſingulari hujus Extracti virtute in affectibus melancholicis, vid. GARMANNI* Obſerv. in A. N. C. Dec. I. Ann. III. Obſ. 202.

EXTRACTUM CROCI.

Rec. Croci orientalis optimi, uncias duas,

EX.

Spiritûs Vini rectificatisſimi, qvantum ſatis ad eminentiam digitorum duorum, digere loco tepido, vaſe optimè clauſo, per bidûum, Spiritum tinctum deple, alium affunde, digere, idqve continua, donec omnis eſſentia extracta, qvas omnes confunde, ac Spiritum in balneo leni calore abſtrahe, ad Extracti conſiſtentiam.

Aut, ſi mavis, ſolâ aqvâ communi omnem Croco Eſſentiam elue, qvam poſtea exhalando inſpiſſa in extractum, qvod â nonnullis, forte non injuriâ, præcedenti præfertur.

EXTRACTUM DIACARTHAMI COMPOSITUM.

Rec. Seminis Carthami decorticati, uncias qvatuor,
Foliorum Sennæ â ſtipitibus mundatorum,
Turbith gummoſi albi, ana unciam unam ſemis,
Rhabarbari optimæ notæ, unciam unam,
Agarici recens trochiſcati, drachmas ſex,
Scammonii optimi, drachmas qvinqve,
Mannæ electæ, uncias duas ſemis,
Myrobalanorum Chebularum, uncias tres,
Polypodii qvercini, uncias duas,
Zingiberis albi, drachmas duas.

Infundantur omnia inciſa & contuſa, in qvantitate ſufficienti Spiritûs Vini ad eminentiam qvinqve digitorum, digerantur loco calido qvatridûum, Spiritus tinctus effundatur, reſiduum exprimatur, utrumqve extractum per bibulam colatum, deſtillando ad Extracti mellei conſiſtentiam exhaletur.

EXTRACTUM EPILEPTICUM.

Rec. Radicum Angelicæ,
Pœoniæ,
Pyrethri, ana unciam unam,
Foliorum Majoranæ cum ſummitatibus, manipulum unum,
Foliorum Rutæ,
Scordii, ana manipulum ſemis,
Florum Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Pœoniæ,
Rorismarini,
Stœchadis Arabicæ,
Ligni Sancti,
Viſci Corylini, Tiliacei, aut Qvercini,
Raſuræ Cornu Alcis,
Cervi,
Cranii humani non humati,
Specierum diamoſchi dulcis, ana unciam ſemis,
Caſtorei recentis, drachmam unam ſemis.

Conciſis & contuſis affunde Spiritûs Vini Rhenani, aut ſaltem Gallici, ad eminentiam qvatuor digitorum, digere vaſe probè obturato & munito, loco calido. Tinctum Spiritum effunde, reſiduum exprime, per emporeticam filtra, & in balneo, juncturis exactè clauſis, Spiritum evoca, (qvi, Epileptici vices ſubire aptus, ſeorſim ſervetur,) reſiduum â Spiritu, ad mellis ſpiſſioris conſiſtentiam revocatum, pro Extracto epileptico ſerva.

EXTRACTUM FEBRIFUGUM.

Rec. Radicum Gentianæ, uncias tres,
Imperatoriæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana unciam ſemis,
Foliorum Rutæ, manipulum unum ſemis,
Abſinthii,
Centaurii minoris,
Scordii, ana manipulum unum,
Raſuræ Ligni Guajaci, unciam unam ſemis,
Corticum ejusdem, unciam ſemis,
Fraxini, unciam unam,
Nucis Moſchatæ,

Gor-

Extract. Febrifugum.

Es ist nöthig unter pfeiffen von
dem Extr. Anti febr. nur das die
adstringent. in Urin dass. vorn
hin sind.

Extr. Hellebor. nigr.

in Lungensuchtigen Leuten will ich so
muss walten, will hinter mir andre zu geb.
Variola in observat. wurde am, wenn
mir sie zufällig waren storben müssen
ist mir seinem Leiden so obstructiones mea-
sium laborirt sie mir medicis tod. Helleb.
nig. in Lenitiv. ihm bewundert, bey den
meisen obstructionen also nun, ebenso sie
Haemorrhoiden cessa bekamen, u. sterben
müssen. also wenn man solche
Pillen nicht geben, wie sterben so
bald ad ulcerum.

Extract. Fridis nostrat.

Si minus fluxus gonorrhoae ist, so
zeigt man selbe drugs sed vehem.
dos. a gr. v. ad ℈. 2 pil. admisten
pl.

Extract. Jarip.

valde convenit cum Roob virer. ℔ Alkerm.
phar. et diureticae. Nun ist es zum
vehiculo dann man es sonst geben
will. weil es ein unschuldig drug ist:

EX.

Corticum extremorum Aurantiorum, ana drachmas duas.

Concisis ac contusis affundatur Spiritûs Vini rectificati, qvantum sufficit ad trium qvatuorve digitorum supereminentiam, ac in loco tepido digerendo Tinctura extrahatur, decantetur, ac denuò Spiritus Vini rectificatus affundatur, idqve toties repetatur, donec omnis Tinctura ê speciebus sit extracta. Tincturas omnes misce, & ex cucurbitâ maris balneo leni igne Spiritum avoca (eidem usui servandum) maximam partem, & ferè omnem; residuum in vas vitreum infunde, tum

℞. Myrrhæ rubræ selectæ, drachmas duas,
Croci optimi, drachmam unam.

Fiat pulvis subtilissimus, qvem residuo illi admisce ac leniissimo igne ad Extracti consistentiam inspissando reduc & cautè serva.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI.

℞. Fibrarum Hellebori nigri teneriorum, rejectis partibus lignosis, libram unam,

Scindendo comminuantur, & affundantur

Aqvæ simplicis limpidissimæ, libras tres,
Spiritûs Vini, unciæ qvatuor,
Salis Tartari, uncia semis.

Macerentur in balneo Maris ad sufficientem virium extractionem, tum liqvor extractus depleatur, & ad Extracti spissitudinem exhaletur.

†. *Helleborum nigrum inter Recentiores Medicos inprimis* ROLFINCKIUS meth. med. spec. pag. 519. *magnæ in gravissimis morbis deprædicat efficaciæ, ac justè eum collaudat* ETTMüLLERUS *ut singulare remedium in morbis chronicis, hypochondriacis, melancholicis & pathematibus ex mensium defectu, idque ob pene-*

EX.

*trans sal volatile & conjunctum blandum sulphureum principium. Extracto ejus purganti, modo allegato, multi præferunt. Extractum aliud omni vi purgante destitutum, quod* PARACELSUS Balsamum perpetuum *vocat & sequentem in modum parare docet:* ℞. Cort. recent. Radicis Helleb. nig. q. v. affusâ Aqvâ pluviâ destilla per alembicum in B. M. ad abstractionem ferè omnis aqvæ; hanc postmodum, addito parumper Cremoris Tartari, fermentationi committe, usqve dum deferbuerint, & sic postmodum Spiritum dabunt acrem, in qvo vim catarcticam reperies; Residuas autem radices leni calore agitando exsicca & pulverisa, ex qvibus postea per Spiritûs Vini repetitas affusiones Extractum confice, â qvo etiam aliqvoties Spiritus Vini cohobandus est, usqve dum eâdem dulcedine ab eo abstrahatur, quâ affusus est, & sic Extractum habebis, nullâ amplius vi purgante præditum. *Potentissimum inprimis remedium est in Vertigine & Hemicraniâ, cum Aloë lotâ in Pilulis exhibitum.*

EXTRACTUM IRIDIS NOSTRATIS.

℞. Radicum Iridis nostratis recentium, qvantum vis,

Conqvassatæ infundantur tridûum in Vini generosi albi, qvantum sufficit, tum exprimantur. Expresso huic liqvori misce succum earundem recens expressum & depuratum, ac per bibulam cola. Colaturam in balneo ad Extracti consistentiam evapora.

EXTRACTUM JUNIPERI BACCARUM.

℞. Baccarum Juniperi maturarum, qvantum placet.

Conqvassatas coqve in sufficienti qvantitate aqvæ simplicis, coctas cola & exprime. Liqvorem expressum & emporeticâ colatum, exhalando inspissa, sub finem Spiritûs Juniperini rectificati pauxillo addito, ad Extracti consistentiam.

## EX.

### EXTRACTUM LIGNI GUAJACI.

℞. Raſuræ Ligni Guajaci, qvantum vis.

Coqve in aqvâ communi ad mediocritatem, decoctum expreſſum & clarificatum inſpiſſando in Extractum redige.

### EXTRACTUM MAROCOSTINUM.

℞. Ligni Aloës, drachmas duas,
Agarici recens trochiſcati, drachmas ſex.

Extrahantur ſufficienti qvantitate Spiritûs Vini rectificati, Spiritus tinctus effundatur, reſiduum exprimatur fortiter, expreſſum. Spiritui jungatur, qvibus junctis

℞ Myrrhæ electæ, drachmæ ſex,

Solvantur ac per bibulam colentur. Interea,

℞. Succi depurati Abſinthii,
Apii,
Fœniculi, ana uncias tres,
Cichorii,
Fumariæ,
Pimpinellæ, ana uncias octo,
Infuſionis & expreſſionis Roſarum Damaſcenarum ſaturatæ, uncias viginti,

In qvibus mixtis infunde in pulverem redacta,

Coſti Arabici, aut veri potius, Cannellæ albæ nomine vulgò venientis, drachmas ſex,
Croci Orientalis,
Mari veri, ana unciam ſemis,
Rhabarbari electi, uncias tres.

Digere loco calido, viginti qvatuor horas, tum exprime, expreſſionem cola, in Colaturâ ſolve

Aloës Succotrinæ, libram unam,

## EX.

Solutam per emporeticam, trajice, cui demum adde

Gummi Ammoniaci in
Aceti ſcillitici, unciis qvatuor,
rutacei, unciis duabus, mixtis invicem, ſoluti, unciam unam ſemis.

Solutiones has combinatas lento igne ad Extracti conſiſtentiam evapora, ſub finem ſuperiorem Ligni Aloës & Agarici extractionem factam, ut & Myrrhæ ſolutionem addendo, fiat lege artis juſtæ conſiſtentiæ Extractum.

### EXTRACTUM NICOTIANÆ.

℞. Foliorum Nicotianæ, ſeu Tabaci, qvantum vis,

Macerentur aqvâ frigidâ per noctem, qvam aqvam macerationis, utpote inutilem ac noxiam, effunde, ac recentem foliis affunde, qvâcum illa ſic macerata coqve, & qvidem diutiùs longè, qvàm aliæ herbæ pro Extractis parandis coqvi ſolent. Decoctum hoc diutinum tandem cola, & exhalando aliqvousqve inſpiſſa; imò, qvò ſatis ſecurus ſis, volatiliores & acriores particulas ſufficienter eſſe coqvendo exhalatas, ubi mellagineam acqviſiverit decoctum conſiſtentiam, aqvæ recentis aliqvotam partem reaffunde, ac denuò coqve, donec & illâ evaporatâ, tandem ad juſtam Extracti conſiſtentiam Tabaci ſuccus fuerit redactus, qvem vaſe ſollicitè tecto & ab aëris commercio probè munito ſerva accuratè, ne ſitum contrahat.

†. *Laudatur inprimis hoc Extractum in Tuſſi pectorali & phthiſicâ diuturnâ mitigandâ & cohibendâ, quod etiam ſecuriſſimè præſtat, ſi nempe ejus grana tria vel quatuor in Aquâ Cichorei, Veronicæ vinoſâ, vel aliâ convenienti ſolvantur & mane in lecto propinentur, ubi dein, ſi forſitan nauſea vomibunda ſucceſſerit, hauſtus vini calidi cum Saccharo & Cinnamomo remixti, ſuperingeri poteſt, quo ipſo illa ſtatim mitigabitur.*

EX.

EX.

EXTRACTUM OPII.

Opii Thebaiçi optimi, qvantum vis,

In fruſtula minutiſſima ſciſſum in cucurbitâ vino albo generoſo, aut ſaltem aqvâ communi fluviali ſolve, ſolutum deple & per emporeticam deſtilla, reſiduo parùm Spiritûs Vini affunde, digere, extrahe, filtra, priori ſoluto redde, ac calore moderato balnei ad Extracti conſiſtentiam inſpiſſa.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Agarici optimæ notæ, recens trochiſcati,
Diagrydii,
Jalappæ,
Rhabarbari electi,
Turbith albi & gummoſi,
Seminis Carthami decorticati, ana unciam ſemis,
Fibrarum radicum Hellebori nigri,
Foliorum Sennæ â ſtipitibus mundatorum, ana unciam unam,
Pulpæ Colocynthidis veteris, ab arillis & granis purgatæ, drachmas ſex,
Cinnamomi electi & acuti, drachmam unam,
Cardamomi,
Caryophyllorum, ana drachmam ſemis,
Croci,
Spicæ Indicæ,
Ligni Aloës, ana ſcrupulum unum,
Maſtiches, drachmam ſemis.

Contuſa omnia craſſiuſculè, infundantur in Spiritûs Vini rectificati, qvantum ſufficit ad eminentiam trium digitorum, ſtent loco calido in digeſtione, ſingulis diebus movendo, dies qvatuordecim, factâ cum expreſſione colaturâ, reſiduo affunde:

Aqvæ Roſarum,
Cardui-benedicti,
Fumariæ,
Betonicæ,

EX.

(imprægnatæ Salis Tartari puriſſimi drachmis ſex,) ana qvantum ſatis, digere biduûm igne fervente balnei, tum exprime & per bibulam cola, ſolutionem utramqve miſce & leniſſimo igne balnei maris, in cucurbitâ alembico munitâ Spiritum Vini primùm, ſuis uſibus aptum, evoca, poſtea vaſe aperto ulteriùs ex arte ad debitam Extracti conſiſtentiam evapora.

*Nota: Species diarrhodon, huic Extracto aliàs addi ſolitas, ob ingredientia plurima extractioni inepta & ad rem non facientia, omiſimus, ea ſolùm, quæ huic ſcopo aliquatenus convenire poſſunt, doſi congruâ addendo.*

EXTRACTUM PILULARUM AUREARUM.

EXTRACTUM PILULARUM COCHIARUM.

EXTRACTUM PILULARUM TARTAREARUM.

Species harum ſingulæ ſeorſim ſufficienti qvantitate Spiritûs Vini Tartariſati ſucceſſivè affuſi, & ubi ſufficienter tinctus, rurſus effuſi, in loco calido extrahantur, tandem & exprimantur & filtrentur, affuſâ poſtremò aqvâ, ut qvæ Spiritus Vini ſolvere aut extrahere neqvit, aqvæ cedant, parumper & moderatè bullienti. Demum omnes extractiones & ſolutiones confuſæ & filtratæ, abſtracto prius cucurbitâ, capitello munitâ, Spiritu potiori, ad ſpiſſitudinem Extracto convenientem exhalent.

EXTRACTUM PIMPINELLÆ.

Aliorum Extractorum ſimplicium methodo, lege artis fit.

EXTRACTUM RHABARBARI.

Paratur ad modum aliorum Extractorum ê radicibus ſiccis, quem in radicibus Angelicæ vide.

Parari qvoqve poteſt modo in El-

EX.

ſentiâ Rhabarbari præſcripto, loco aqvarum deſtillatarum ſimplicem applicando, & extractam hâc ratione Eſſentiam, rurſus, ut artis eſt, inſpiſſando.

EXTRACTUM SCORZONERÆ RADICUM.

Radices recentes ſucculentas, optimè depuratas, ſcinde minutim & in aqvæ ſimplicis qvantitate ſufficiente ad mollitiem coqve, conqvaſſa, exprime, expreſſum & clarificatum ſuccum ex arte ad conſiſtentiam Extracti lento igne evapora, ſi in cucurbitâ alembico & recipiente munitâ fiat exhalatio, aqvam unâ operâ lucraberis. Multi id ex reſiduo aqvæ deſtillatæ parare ſolent, affuſâ denuò aqvâ id coqvendo & in Extractum inſpiſſando, ſed dubio procul potioribus virtutibus viduatum, hinc fortaſſis exigui uſus.

EXTRACTUM SENNÆ FOLIORUM.

℞. Foliorum Sennæ mundatorum, quantum placet,

Macera viginti quatuor horas in ſufficienti quantitate aquae ſimplicis, loco calido, Extractum tinctum effunde, reſiduum foliorum exprime, vtrumqve conjunge, ê foliis expreſſis calcinatis Salem extrahe, quem Extracto miſce, ac dein blande id colore balnei ad Extracti requiſitam conſiſtentiam evapora.

EXTRACTUM SOLUTIVUM.

℞. Foliorum Sennæ Orientalium electorum,
Rhabarbari ſelecti, ana uncias tres,
Cinnamomi electi,
Seminis Aniſi, ana drachmam unam,
Tartari Tartariſati, drachmam unam ſemis.

In pulverem ſubtiliſſimum redacta infunde in Aqvæ Endiviæ librâ unâ, Stent in digeſtione ignis arenæ moderati diem & noctem, poſtea colentur cum levi expreſſione. Colatura ad Extracti conſiſtentiam evaporetur.

EX.

EXTRACTUM SPECIERUM AROMATICARUM ROSATARUM.

E ſpeciebus aromaticis roſaticis, ad inſtar Extracti pilularum cochiarum ſupra edocti, paretur.

EXTRACTUM THERIACALE.

℞. Theriacæ qvantum vis, affunde Spiritûs Vini ſimplicis, ad eminentiam arbitrariam, poſt triduanam digeſtionem Spiritum tinctum effunde & parum exprime, tum inſpiſſa ad conſiſtentiam Extracti juſtam.

EXTRACTUM TROCHISCORUM ALHANDAL.

Trochiſcis in pulverem redactis in cucurbitâ vitrea aqvæ ſimplicis affunde qvantum ſufficere videtur, & præterea Spiritûs Vini tartariſati partem circiter dimidiam ratione aqvæ, digeſtione ſufficienti factâ ac virtute Trochiſcorum ſatis extractâ, filtretur per emporeticam totum, & lento calore ex arte in Extractum debitæ conſiſtentiæ exhaletur. Aut ſaltem commixto trochiſcis pulveriſatis Salis Tartari tantillo, & affuſo Spiritu Vini aut Frumenti, ſolùm communi â fœtore aliqvatenus liberato, fiat extractio.

Præterea ſuperſedere qvoqve hoc labore poſſent Pharmacopœi, Extracto Colocynthidis ſupra edocto inſtructi, eodem enim ferè utrumqve Extractum recidit.

EXTRACTUM VERONICÆ.

Paratur aliorum Extractorum inſtar lege artis.

FÆCULA BRYONIÆ.

℞. Radicis Bryoniæ ſucculentæ, depuratæ & ab exteriori cortice liberatæ, qvantum lubet, ſacculoqve lineo incluſam, prælo ſubjice, atqve Succum fortiſſimè exprime, expreſſum vitro

Fœcula

solche Würtzeln so weich u. breyig sind
dann wann solche stossed u. die Milch frembd
wasset u. seübed es stehen so setzen sich fœcula

Febrifugum D. Craanii

Es ist ohnmaßg ein groß Lumen der
Arzney gewonnen worden, wann der H
diesen Trunck ohne glaßen einbegert, od
eben 4 Tag nicht, od. etwa Samstag.
so fühlt man sich wohl, denn er ist
vomitorisch, und dienet gewißlich zu
mannigl. wann H Krafft Kunst.
insgesamt ohne Zu thun, daß ich
meinen H Tee sehr allen gesunden
u. O pectissime glaub Ihme, thue es
mit Eingel so fleissig es ohne Zu dessa-
giren, u. ist so süsse, daß man ohne
Zs- ja Zj. nehmen will. Es wird
es mehr thun, als der Trunck diaphor.
es sort effectum diaphoreticum, vid.
D. Carl Diss. sub præsidio Hoffmanni
habita, de H die medicina.

FE.

vitro idoneo aut vafi terreo probè vitreato infunde, ac loco frigido fepone, fic fubfidebit pulvis albus, â qvo humorem fupranatantem decantando aut filtrando fepara, fæculam refiduam blanè ficca & ferva. Eodem modo reliqvæ etiam Fæculæ qvondam ufuales, Ari, Iridis, Serpentariæ, qvarum ufus nunc ferè penitus exolevit, parari poffunt.

*Notandum circa fæculas, quod iis neceffariò non indigeamus & loco earum pulveres ex radicibus ficcatis ufurpare poffimus, qui illis præferendi.*

FEBRIFUGUM D. CRAANII, aliis REGULUS Antimonii medicinalis.

Rec. Antimonii crudi optimi, uncias qvinqve,
Salis communis, uncias qvatuor,
Tartari, unciam unam.

Trita in pulverem tenuem exactè mifce, ac crucibulo paulatim & fucceffivè infperfum, igne fufficienti adminiftrato liqva; fed nota, ne, anteqvam qvod primùm injeceris, optimè fluat, aliud denuò infpergas, alias tempus & operam perdes, ubi omne fuerit ingeftum, igne auctiori fluat per horæ qvadrantem inftar aqvæ, poftea igne exemtum crucibulum qviefcat & refrigeretur, fic fcoriæ cum falibus in fuperficie, Regulus in fundo, picei coloris, fplendens, fracto crucibulo, reperietur, qvem â fragmentis ac fcoriis feparatum & fubtiliffimè tritum, fub formâ pulveris punicei, aut ut vulgò audit, brunni coloris, vafe optimè clauſo ſerva.

FERMENTUM ANODINUM.

Rec. Opii, uncias qvatuor, affunde in vitro capaci & ampli orificii,
Succi recenter expreffi & per refidentiam qvadantenus depurati Cydoniorum, libras duas, adde
Cryftallorum Tartari &
Salis ejusdem, ana unciam femis,
Spiritus Vini, unciam unam.

FL.

*Nota: Qui fermentum hoc Vini Spiritu rectificatiſſimo rurſus ſolvere, filtrare, aliquantiſper digerere & avocato Spiritu ad Extracti conſiſtentiam redigere voluerit, habebit*

*Opium præparatum Langelotti*, Auguſtanis *Laudanum Opiatum Cydoniatum* dictum.

Præparatio Opii, in Anglia pro Maſſâ Pilularum Starckei, aliisqve compoſitionibus opiatis, uſitati, ſolummodo in fermentatione lentiſſimâ ac diuturnâ, minimum annuâ conſiſtit, nempe qvod Opium in particulas exiguas conciſum cum ſufficienti qvantitate Succi Cydoniorum expreſſi in vitro ſuperne patenti negligenter tecto, loco tepido fermentationem continuam promovente, ponatur, agiteturqve miſtura qvotidie ſpatulâ ligneâ. Ceſſatâ fermentatione & exhalatione vaporum tædioſorum, ſolutio diluatur cum aqva communi atqve coqvatur, poſtea coletur & in Mariæ Balneo ad Extracti conſiſtentiam inſpiſſetur.

FLORES ANTIMONII, vide ſupra ANTIMONII FLORES.

FLORES BENZOES GUMMI.

Rec. Gummi Benzoës ſubtiliſſimè triti, qvantum vis,

Miſce arenæ puriſſimæ, lotæ & rurſus ſiccatæ duplo, inde cacabo terreo vitreato rotundo, cui pyramidem chartaceam duplicatam ita impone, ut orificium cacabi illâ exactè tegatur, ac igne moderato carbonum ſubminiſtrato, ſublimabuntur flores chartæ cohærentes, ſæpiùs, ne relabantur, eximendi, donec omnes ſublimati fuerint.

Eſt & alius per deſtillationem parandi modus, qvo majores & elegantiores acqviruntur flores, qvem qvi ſeqvi voluerit, conſulat SCHROEDERI *Pharmacopœam, Parte IV. Claſſe II. Tit. 377. Pag. 217.*

FL.

FLORES SALIS ARMONIACI MARTIALES.

Rec. Limaturæ Martis ſubtiliſſimæ, uncias qvatuor,
Salis Armoniaci puriſſimi, libram ſemis.

In pulverem redacta & optimè mixta ac aliqvamdiu loco calido digeſta, ê cucurbitâ vitreâ, igne arenæ gradatim aucto, tandem ſatis intenſo, ſublimantur. Flores ſuperiores ac leviores cautè collecti, præter alios uſus Eſſentiæ Martiali parandæ cedunt. Inferiores in fundo cucurbitæ reſidui, per deliqvium in cellâ ſolvendi, liqvori Martiali ſuo loco tradendo inſerviunt.

FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris pulveriſati, qvantum vis,
Arenæ lotæ & rurſus exſiccatæ, aut Salis decrepitati tantundem; miſce ac è cucurbitâ plani fundi proportionatâ, igne arenæ convenienti ſublima; Initio capitellum impone roſtratum, ad excipiendum ac removendum parum liqvoris acidi, qvod, ſi magna Sulphuris copia ſublimanda, primò exſtillare ſolet. Hoc deficiente, muta alembicum & aliud roſtratum ac cæcum impone, aut roſtrum ſaltim arctè obtura, ad arcendum aëris acceſſum. Qvo floribus aliqvatenus repleto, alium priori exactè reſpondentem, qvi hunc in finem in promtu ſit, remoto priori impone ſubitô (ne irruente in cucurbitam aëre, ſulphur fervens flammam concipiat,) ac Flores in priori collectos cautè exime, qvô altero qvoqve floribus impleto, hunc rurſus imponere qveas, ſicqve continua juſto ignis gradu, donec omnes aſcenderint flores, qvos ſollicitè collectos ſerva.

FLORES SULPHURIS MYRRHATI.

Fiunt addendo ad uncias duas Florum Sulphuris ſimplicium modo edoctorum,
Aloës epaticæ,
Myrrhæ ſelectæ, ana unciam unam,
Croci, ſcrupulum unum,
ſubtiliſſimè conterendo ac miſcendo.

FLORES VITRIOLI MARTIS.

℞. Vitrioli Martis ad flavedinem calcinati,
Salis Armoniaci puriſſimi, ana qvantum vis.

Conterendo miſce exactè ac cucurbitæ vitreæ plani fundi indita leni primùm igne, dein gradatim fortiori, donec nullum amplius fumum aſcendere videas, urge, ſic cum ſale armoniaco juncti aſcendent flores Vitrioli; ceſſante fumo ceſſa ignem, ac ſublimatos Salis Armoniaci cum floribus Vitrioli flores cautè collige, atqve affuſâ Aqvâ limpidâ tepido maris balneo viginti qvatuor horas fove, ſic ſubſidebit pulvis tenuiſſimus, qvem iteratis ablutionibus edulcoratum pro floribus Vitrioli Martis ſerva.

GILLA THEOPHRASTI.

Sal eſt album Vomitivum, qvod â deſtillatione Spiritûs Vitrioli, Veneris præſertim, è capite mortuo, coqvendo, filtrando & coagulando paratur.

GLYCYRRHIZA TORTILIS.

℞. Specierum Diaïreos ſimplicium, drachmas tres,
Pulveris Radicum Glycyrrhizæ optimæ, unciam unam,
Croci orientalis, grana ſex,
Sacchari candidi qvaliscunqve, albi aut rubri, uncias qvindecim,
Eſſentiæ Ambræ, guttas octodecim,
Gummi Tragacanthi albiſſimi in Aqvâ Roſarum ſoluti, qvantum ſufficit pro faciendâ paſtâ.
Fiant inde bacilli tortiles.

GUMMI AMMONIACUM DEPURATUM.

Fit illa depuratio ſolvendo Gummi Ammo-

Flores Olei martiales

Cum sia vero sind, müssen sie gelbst d. sesa
adstringiren sind stipt. Wo es haemoditis gemorsh
entsetzl stoud d. gesöhrn nicht tuntod die
gestfigen remedia sie adstringiren so, dass
sie den sales ganz Zusammen ziehen, dann man
dadurch wenigst die Mond bringet.

Flores Tis

nk. aliud st qm tus in substantia
Es ist eine Eingabene Müss Fl. Tis Zii
nemsen. Wo durtze variolae purpurae
einschlägt ist es das beste ding, est optimg
magistes transpirationis. Es Flegiphst.
ob nemsh dann sitze ist will Zi. geben
ü. soll dann sitze nemsen. tus in substan-
tia ist in dosin drugend ein divisum re
medium nom dem gr. iij v. v. ebsh
ersumm. st sind die bas. den
pleuriid. le Myrsich oum besten ist
st etum nicom absorbent. Vea
vorzü Fl. Cs A Mandibul. Lus.
pis.

Interserant globuli carminativi
in obstructione alvi in Colica sie
werden gebraucht ehe ein Suppositorium
D. Zwingeri disp. de Vo rectst
Inderschenk. Disp. ii 8 besten Zi sein
werth.

℞. Saponis Venet. Zii.
cornelati Sellis Tauri Zss
O puri Zss
S. Zii

M. fac. inde diversae magnitudinis
globulos deinde in vitro servato
ist gebe innerhalb guten effect davon
gesehen, so thun Castor ehe die
globuli moschati. Sellis in der Colic ingen

Globuli Moschati albi

℞. Sacchari Canariens. Zxii
Amyli albi Zss.
D Succ florent. Zii
Moschi optimi gr. iv
Zibeth. gr. j.
cum Mucilagine Gm Tragacanthae
fiant globuli diversae magnitudinis
Nonulli Massam Laccae pictoriae
tingere solent Zss
fiant globuli.

usus in suppositoriis nothspring

℥m Guttae Praeparatio

℥m Guttae ℈. ℨiij

Solvantur in aceti vini albi ℨix
post sufficientem digestionem, clarum
a spisso per inclinationem vasis
separetur, atq; leni calore in vase
vitreo ad extracti consistentiam a-
cetum evaporetur.

℣ hanc ℘parationem acrimoniam ed
vim emeticam ℥m Guttae perdere
atq; in secessum purgans abire
perhibent

℞ Hydropicis ad. ℔B exhibetur
serum enim potenter educit

Hepar Sulphuris

℞. florum vel Sulphuris purissimi
flavi. ℨiv

fricant in vase figulino vitreato
et successive admisceantur

Salis ℔i. siccissimi ℨij

optime spatula agita et ab igne
remove

Infervit tincturae et syrupo
hoc non tactis viribus paratis

Hepar angvillae ℘paratum

Vino abluatur lentoque igne
exsiccetur

ad partum difficilem et secun-
dinarum retentionem in ℞
a ℈. ad ℈ij℔. non sine fructu
exhibetur.

Julepus rosarum.

℞. ℨℨ albissimi tbij ℔. Solve in ℣
℣ rosarum ℨxx.

post unicam ebullitionem cola et ℘
pannum lerva

utimur hoc et aliis julapiis ad
edulcorandas emulsiones et ple
rumq; ℨij vel. ℨiij adduntur
unciae aquae vel emulsionis

## GU. LA.

Ammoniacum aceto vini forti, leni igne & post colaturam rursus igne moderato acetum avocando & inspissando.

Eodem modo & Galbanum, Opopanax & Sagapenum depurantur.

### GUMMI LACCÆ DEPURATIO.

Lotio ejusdem est, qvâ trita Lacca modicè, affusâ aqvâ simplici, purâ, pistillo continuè agitur, donec clarescat, tum qviescente paululum aqvâ ac paulatim effusâ, qvod in fundo resedit Laccæ siccatur & servatur.

### HEPAR ANTIMONII.

Ejus conficiendi methodus supra in Croci Metallorum præparatione simul indicata est.

### JULAPIUM ROSATUM ET VIOLARUM.

Parantur simplici solutione, super igne moderato, Sacchari albissimi libræ unius cum semisse, in aqvæ illorum florum fragrantissimæ libra unâ.

### LAC SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, qvantum vis, Olei Tartari per deliqvium, qvantum sufficit, solve digerendo flores in liqvorem, cui affunde acetum vini album clarissimum, & lacteſcet ac præcipitabitur pulveris formâ, crebris affusionibus aqvæ pluviæ destillatæ à salsedine liberandum, Lac, qvod appellatur, sulphuris.

*Qui hoc ipsum è Sulphure crudo, cum calce viva cocto & post colaturam, emporeticâ mediante factam, aceto saltem communi claro præcipitato, pauperum in gratiam, ut minori illis pretio veniat, parare voluerit, huic id integrum esto.*

### LAC VIRGINIS.

℞. Lihargyrii subtilissimè triti, libram semis,

## LA.

Coqve in aceti vini fortis albi, libra unâ semis, ad consumtionem tertiæ aceti partis, tunc filtra.

Colaturæ affunde Aluminis crudi in Aqvæ communis qvantum sufficit soluti, & aliqvantisper cocti, uncias qvatuor, & albescet liqvor, qvi Lac Virginis minus aptè vulgò dicitur.

### LAPIS MEDICAMENTOSUS CROLLII.

℞. Vitrioli viridis, libram unam,
albi, libram semis,
Aluminis crudi, libram unam semis,
Salis anatron seu Fellis Vitri, communis, ana uncias tres,
Tartari,
Absinthii,
Artemisiæ,
Cichorii,
Persicariæ,
Plantaginis, ana unciam semis.

In ollâ vitreatâ satis capaci pulverisata omnia ac affuso aceti Vini, qvantum sufficit, humectata, coqve igne carbonum moderato, sæpiùs agitando, cum spissescere incipit, adde optimè trita:

Cerussæ, libram semis,
Boli Armenæ, uncias qvatuor.

Subigantur diligentissimè & misceantur exactè, donec exhalante liqvore omni, in lapidis duritiem concreverint, qvi fractâ ollâ eximendus & usui asservandus.

### LAPIS PRUNELLÆ.

Rec. Nitri optimè depurati, qvantum vis,

Liqva in crucibulo, liqvato injice Florum Sulphuris, aut Sulphuris saltim flavi, purissimi, frustulatim, successivè pauxillum, donec ad unciam unam Nitri, drachma circiter semis deflagraverit, tum in rotulas effunde parumper refrigeratum.

*Si quas inter deflagrandum impuritates*

*contraxerit, solvi poterit aquâ quacunque, vel pluviâ destillatâ, vel Rosarum, quod præstat, ac rursus secundum artem crystallisari, aut in rotulas liquatum effundi.*

LAUDANUM OPIATUM COMPLETUM.

℞. Extracti Opii, supra inter Extracta edocti, uncias duas,
Croci, unciam semis,
Succini albi præparati,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Margaritarum Orientalium præparatarum,
Lapidis Bezoar Orientalis,
Terræ sigillatæ Strigensis, ana drachmam unam,
Ambræ gryseæ selectæ, scrupulum unum,
Moschi Alexandrini, scrupulum semis.

Misce fiat lege artis Opiatum.

LAUDANUM HYSTERICUM SEU MULIERUM.

Fit ê Laudani opiati incompleti, mox docendi, unciâ unâ cum semisse,
addità Extracti Castorei drachmâ unâ semis.

LAUDANUM OPIATUM INCOMPLETUM.

Paratur ad instar completi, Ambrâ solum & Moscho demptis.

LAUDANUM OPIATUM LIQUIDUM.

Qvibusdam, qvorum inter Arcana hactenus latuit, *Confectio pacifica* audit, ac *HELMONTIO, à le MORT in Chymiâ suâ Medico-Physicâ c. 15. p. 229.* tributa, cujus tamen in scriptis de illa ne gry qvidem. Laudani eqvidem Paracelsi, sed ab hoc longè diversi, mentionem alicubi facit, Confectionis autem hujus pacificæ nusqvam; A Doctore LANGELOTTO in Epistolâ suâ



ad Eruditos demum aliqvatenus revelatâ, & sub titulo *Fermenti anodyni* ex parte descriptâ, sequenti fit modo;

℞. Opii Thebaici optimæ notæ, in particulas exiguas cultro discerpti, uncias qvatuor,
Qvibus in vitro capaci, supernè patenti, affunde,
Succi Cydoniorum expressi, libras duas,

Stent aliqvamdiu, hebdomadem fortè unam aut alteram, loco tepido, donec fermentescant; dum fervent, â vaporibus Opii noxiis exhalantibus cave, ubi deferbuerint, â sedimento cola, colato adde:

Pulveris Cinnamomi electi,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ, ana unciam unam,
Croci optimi, unciam semis.

Stent infusa, supernè operculata, dies adhuc sex, tum denuò cola, succumqve fermentatum sufficienter exprime, ac aliqvanti spec. vase idoneo exceptum ac probè tectum, leniter coqve, postea refrigeratum per emporeticam stilla & in vitro optimè obturato sollicitè serva, tanqvam medicamentum eximiis laudibus dignissimum.

†. *De hujus & reliquorum remediorum opiatorum usu & viribus, merentur ea conferri, quæ suprap. 89. in Annotatione ad præparationem Essentiæ Anodinæ jam jam dicta sunt.*

LAUDANUM LIQUIDUM D. SYDENHAM.

℞. Opii Thebaici demurati & rursus siccati, uncias duas,
Croci Orientalis optimi, unciam unam,
Pulveris Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum, ana drachmam unam,
Vini Hispanici optimi, libram unam.

Infunde ac balneo Maris triduum digere, donec Opium sit solutum & reliqvo-

Laudanum Diureticum sive
urinarium, Michael zdum Pharm.

℞. Succi Liquiritiæ inspissati ℥ij ß
Extract. Opii aqua fontana parati ℥ij
Trochiscorum de Alkeng
Therebinth Venetæ à ℥ß
Camphor. ℈j. Croci ℈iv
Tragacanthæ Mastichis à ℥ß.

m. f. Massa
Laudatur in stranguria, colica nephri
tica et difficultate urinæ
Grana XIII. granum i opii continent
Dos. gr. x. ad. ℈j.

Laudanum Hystericum zdum Phar. W.

℞. Extracti opii ℥ß ß Castorei ℈j Croci ℈j.
oo ℈. Macis, Menthæ rutæ à gtt vj
m f. Massa pilularis
In colica hysterica, ubi opiata locum
inveniunt, ad Spasmos mitigandos.
Dos. gr. j ad ij

Laudanum liquidum Sydenham.

Der Autor giebt d. dem 10. 25 gtt. w. bey
d. ubi Spasmi st. compescendi, in affectibus
pectoris Suavi nimia [redacted] Hoppe-Catharri
ihnen es ein vomitorium gegeben
d. die Leute q. masse vomiren so gab
er denen Leuten ein Löffel voll glauber
salz in. mischt dem seinen laudano
vn ist der übrige Overst unter Bouillon ab
dem d. dem rest übrige in Clystiers gegeben
ll. bey Kindern ebenm wenn ℥ verschrieb
d. mit 6 ℥ ein gtt. tropfen.

quælibet ℈ habet Opii ℈iv et ℈ gr. x.
Croci vero quælibet ß · gr. v.

Ligamen ℔ij zdum pharmacop. Bade

℞. fl. ℥ Sacchr. cand. alb à ℈j.
m. f. ℔ Indurati 4 ovis
(exemptis vitellis) in clude ea
probe ligata, suspende supra
prunas, ut ligamen exudet
quod serva ad usum. Pectorale
est egregium, in Asthmate
Tussi, Phthisi, Neutritide. dos.
gr. 20. – 30.

LI.

Naſturtii, ana qvantum ſufficit,
ad eminentiam qvatuor vel quinqve digitorum, agita aliqvoties, filtra ac ſerva.

LOOCH AD ASTHMA.

Rec. Squillæ aſſæ & præparatæ, unciam ſemis,
Hyſſopi,
Praſii, ana drachmam unam,
Iridis Florentinæ, drachmas duas,
Croci,
Myrrhæ, ana drachmam ſemis,
Mellis deſpumati, qvantum ſufficit, pro conficiendo ex arte Looch.

LOOCH DE PAPAVERE.

Rec. Amygdalarum dulcium recens decorticatarum,
Pinearum enucleatarum,
Gummi Arabici,
Succi Glycyrrhizæ, ana unciam unam cum ſemiſſe,
Amyli, drachmas tres,
Sacchari albiſſimi, libram ſemis,
Papaveris albi, uncias tres,
Mucilaginis ê ſeminis Cydoniorum, Portulacæ ana unciâ ſemis,
Aqvæ Tuſſilaginis qvantitate ſufficiente extractæ, qvantum reqviritur.

Contuſis contundendis omnia mixta, cum mucilagine ſeminum extractâ ſubigantur, ac ad juſtam Looch conſiſtentiam, addito Syrupi de Papavere compoſiti qvantum ſufficit, redigantur.

LOOCH DE PASSULIS.

Rec. Radicum Glycyrrhizæ,
Pœoniæ, ana unciam ſemis,
Herbarum Hyſſopi,
Meliſſæ,
Scolopendrii, ana manipulum ſemis.

Coqvantur comminuta ſufficienti qvantitate Aqvæ pluviæ; Colaturæ, cum forti expreſſione factæ, adde

LI.

Paſſularum minorum mundatarum ac probè contuſarum, libram unam.

Coqvantur denuò, ac tandem per linteum forte calidè exprimantur & cum
Sacchari albiſſimi librâ unâ ſecundum artem ſubigendo, fiat Looch.

LOOCH DE PORTULACA.

Rec. Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis,
Trochiſcorum de Carabe, ana drachmam unam,
de Terrâ ſigillatâ, drachmas duas,
Lapidis Hæmatitæ præparati,
Pilorum Leporis uſtorum, ana ſcrupulos duos,
Sacchari albiſſimi, libram unam,
Succi Portulacæ, libras duas.

Omnibus minutiſſimè tritis fiat, artis lege, cum Succo Portulacæ Looch.

LOOCH DE PULMONE VULPIS.

Rec. Pulmonis Vulpis ſiccati & præparati,
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Capillorum Veneris,
Succi Glycyrrhizæ depurati, ana unciam unam,
Cum Sacchari albiſſimi aqvâ Veronicæ ſoluti & clarificati, librâ unâ ſemis,
reliqva ſubtiliſſimè trita miſceantur ac probè piſtillo ſubigantur, ut fiat ex arte Looch.

LOOCH SANUM ET EXPERTUM.

Rec. Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Calaminthæ,
Hyſſopi,
Radicum Iridis Florentinæ, ana unciam ſemis,
Capillorum Veneris manipulum unum.

Omnia

## LO.

Omnia probè comminuta in Aqvæ fontanæ qvantum ſufficit macerentur horas viginti qvatuor, tum deſtillando aqvæ ſpirituoſæ avocetur libra una, atqve cum illâ, ê contuſis

Amygdalarum dulcium recens decorticatarum, drachmis tribus,
Pineolarum decorticatarum, drachmis qvinqve,

fiat Emulſio, qvâ ſolvantur,

Sacchari albi, libræ duæ.

His addantur pulveris ſubtiliſſimi,

Amyli,
Glycyrrhizæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana drachmæ tres,
Radicum Iridis Florentinæ, drachmæ duæ,

ac omnia probè miſceantur pro Looch.

### LOOCH DE SCILLA.

℞. Succi Scillæ depurati, libram unam,
Mellis deſpumati, libram unam ſemis.

Miſce fiat coqvendo, ut artis eſt, Looch.

### LOOCH DE TUSSILAGINE.

℞. Radicum Tuſſilaginis ad mollitiem coctarum, conqvaſſatarum & per ſetaceum transactarum,
Mellis deſpumati, ana libras duas.

Coqvantur ad juſtam Looch conſiſtentiam.

### MAGISTERIUM CORALLIORUM.

℞. Coralliorum utrorumlibet, qvantum placet, in pulverem craſſum redactis, affuſo aceto deſtillato acri, fiat in calore ſolutio, cum ampliusnon ebullierit, affuſum acetum deple ac aliud affunde, rurſusqve, cum ebullitio ceſſaverit, effunde, idqve iteratâ toties affuſione & effuſione, qvoties menſtruum affuſum ebullire ad-

## MA.

huc & ſolvere perceperis, continua, donec tota penè illorum ſubſtantia ſit ſoluta. Solutioni per bibulam colatæ, Oleum Tartari per deliqvium paratum inſtilla, ac præcipitabitur pulvis ſpecioſus albus, qvi aqvâ ſimplici aut pluviâ deſtillatâ probè eluatur ac poſtea ſiccetur.

Eâdem ratione vulgò parari ſolent & reliqua Magiſteria ſic dicta

Lapidis percarum,
Margaritarum,
Matris Perlarum,
Oculorum Cancri.

*Nota: Sed fruſtra ſunt & fuerunt hactenus, qui methodo prædictâ menſtruo acido ſolvendi ac contrario præcipitandi, Magiſteria ſibi vera & in Medicinâ utilia promittunt; nil enim præter calcem, particulis ſalium ſolventium ac præcipitantium, per actionem & reactionem planè inverſis ac deſtructis, intimè & quam arctiſſimè ſibi invicem unitis, nullâ ferè vel artis vel naturæ ope rurſus ſuperabilem & ſeparabilem, inutilem prorſus, mortuam ac omni dote, quâ integra eorum corpora, ſatis præſtantia aliàs & pretioſa, ab Authore Naturæ ter glorioſo donata fuerant, ſpoliatam, lucrantur, crudis ipſis viliorem ac ad medicandum planè ineptam, imò nocuam magis, quam proficuam. Satiùs eſſet illa planè ex officinis eliminare, id quod in noſtro factum fuiſſet Catalogo, niſi vulgi & nonnullorum etiam Medicorum, aliquam in hæc rerum depravatarum catharmata ſpem adhuc collocantium, erroneæ præſumtioni aliquid fuiſſet concedendum. Interea non ſine ratione nullitatis ſtigmate, in ſignum ſuperfluitatis & reprobationis, ea in margine catalogi notavimus. Aut eorum loco coagula ſolutionum ſaliformia, ſolâ exhalatione, diſſolutione & coagulatione iteratâ paranda, ut mox in Magiſterio Cornu Cervi docebitur, quovis penè liquore ſolubilia, ſubſtituere potius cenſuimus.*

## MA.

### MAGISTERIUM CORNU CERVI.

℞. Raſuræ apicum Cornu Cervi, juſto tempore collectorum, libram ſemis.

Irroratæ Spiritu Nitri, affundatur acetì vini deſtillati, qvantum ſufficit, poſt digeſtionem aliqvot dierum ſolutio per emporeticam trajecta, inſtillatâ Spiritûs Vitrioli, aut Sulphuris, qvod melius qvidam cenſuit, rectificati, ſufficienti qvantitate, præcipitetur in pulverem albicantem, crebris cum aqvâ pluviâ, aut communi ſaltim, elotionnibus edulcorandum, coagulandum & exſiccandum.

### MAGISTERIUM CRANII HUMANI.

### MAGISTERIUM UNGULÆ ALCIS.

*Nota: Supervacaneam cum Zwelffero & hanc præcipitationem & ſubſequentem ablutionem judicamus, ſola liquoris ſuperflui exhalatio à ſolutis corporibus, aciditate abſorptâ, in ſalinam eas naturam combinat, ſolutione ſimplici depurandam, ac, ſi vis, Spiritu Vini aut alio ardenti aliquantisper circulandam, & evocato rurſus ſpiritu in uſum medicum, non absqve effectu Salis, fortè*

*Coralliorum,*
*Cranii humani,*
*Ungulæ alcis,*

*aut Magiſterii ſolubilis nomine vocandam; Quod & ipſum præcedentibus Coralliorum, Lapidum Percarum, Margaritarum, Matris Perlarum, Oculorum Cancri, quocunque tandem menſtruo, ſive aceto deſtillato, ſive Spiritu Nitri, Vitrioli philoſophico, viridis æris per ſe, aut ad normam à Zwelffero ſuppeditatam parato, reliquis palmam præripiente, factis ſolutionibus obtinet, quæ meritò ſuperioribus magiſteriorum præparationibus præferri ac ſubſtitui deberent.*

## MA.

### MAGISTERIUM CRYSTALLORUM.

Cryſtalli bis terve ignitæ & in aquâ communi extinctæ, ut pulveriſari queant, in pulverem ſubtilem comminuuntur, qui Nitri duplô calcinatus, edulcoratus & ſiccatus, ſolvitur in aceto radicato, aut parte ſaltim aliquotâ Spiritus Salis imprægnato. Solutio per emporeticam filtrata, aut Spiritu Vitrioli rectificato præcipitatur, edulcoratur & ſiccatur, & habebis pro Magiſterio vulgò ſic dicto, calcem ejus, ut in præcedentibus monitum, exiguæ, imò penè nullius virtutis; Aut avocato tandem menſtruo, reſidûum aquâ deſtillatâ ſolutum, filtratum, rurſusqve, liquore evaporato ad cuticulam, cryſtalliſatum, aut ſaltem ſiccatum, & lucraberis coagulum ſaliforme, quod loco Magiſterii uſibus ſuis majori efficaciâ accommodare, ac uti dictum, Magiſterium ſolubile nominare poteris. Eadem ratio reliquorum lapidum pretioſorum, in Magiſteria reducendorum, Granati, Hyacynthi, Saphiri, Smaragdi, Judaici, idemqve de illis judicium.

### MAGISTERIUM GUMMI BENZOES.

℞. Gummi Benzoës in pulverem tenuiſſimum triti, quantum vis.

Solve Spiritu Vini rectificatiſſimo in phiolâ optimè clauſâ, calore leni digerendo, uti in Tincturâ parandâ infra monebitur. Eſſentiæ extractæ aquæ Roſarum deſtillatæ fragrantiſſimæ, quantum ſufficit, affunde, & lacteſcet liquor, ac in fundum, ubi quievit, præcipitabitur Magiſterium gratiſſimi odoris & haud ingrati ſaporis, loco Florum, ob Empyreuma ingratorum, uſurpandum.

### MAGISTERIUM JALAPPÆ.

Vide Reſinam Jalappæ.

### MAGISTERIUM JOVIS

℞. Cinerem Stanni Anglici, aut alterius puriſſi-

purissimi, Saturno non adulterati, calcinatione, uti supra indigitatum, igne aperto paratum & subtilissimè tritum, solve aceto destillato acri, aut radicato similive menstruo, ac per bibulam cola. Colatum aut ad cuticulam exhala & in loco frigido Crystallos salinas collige, aut ad siccitatem exhalatum in magma salinum coge, quod aquâ destillatâ rursus solve, filtra & in salem aut saliformem massam denuò coagula; Aut deniqve more communi & sæpius descripto in Magisterium inutile Spiritu Vitrioli rectificato præcipita, ablue & edulcora.

### MAGISTERIUM LAPIDIS JUDAICI.

Parandi modus cum reliquorum lapidum, quem supra in Magisterio Crystallorum vide, coincidit, idemqve de illo judicium sit.

### MAGISTERIUM LAPIDIS LAZULI.

Magisterium ê Lapide Lazuli quidam sibi pollicentur calcinando illum cum Sulphure, ac vel Aceto destillato, vel Spiritu Salis communi extrahendo aut solvendo, ac demum oleo Tartari per deliquium præcipitando; Sed præterquam quod calcinatio illa cum sulphure virtutem Lapidis nativam nimis alienet, solutio Vitrioli naturam ipsi induit, & subsequens præcipitatio omninò destruit, vix ergo hâc ratione Magisterium obtinebunt salutare. Meliùs agunt, qui, Hoffmanno docente in Clave pharmaceuticâ Schroederianâ p. 101. ê pulvere ejus subtilissimè trito, aut si mavis, Magisterio ejusdem Zwelfferiano in appendice Animadversionum p. 51. Spiritu Vini Hispanico subtilissimo floribus Salis Armoniaci, in destillatione Spiritus ascendentibus, per digestionem justâ dosi maritato, Tincturam extrahunt cœlestis coloris, illamqve affuso Spiritu Vitrioli, donec ebullitio cesset, ac virideſcat liquor confusus, leni calore exhalando in magna reducunt, ceræ instar in calore fluens, ac frigore instar butyri, aut olei Anisi recens destillati spissescens, & vel hoc magmate liquabili, vel tincturâ saltem extractâ, loco Magisterii, in gravissimis affectibus cephalicis utuntur. Aliàs Magisterii nomine communiter in Pharmacopoliis pulvis ipsius lapidis subtilissimè præparati, id est, triti, aut in politioris apparatus officinis Zwelfferianum Magisterium, seu dictum sic, vulgo & Pictoribus quoqve, *Ultramarinum*, venit.

### MAGISTERIUM LAPIDIS PERCARUM.

Consule supra Magisterium Coralliorum & Cornu Cervi.

### MAGISTERIUM MARGARITARUM ORIENTALIUM.

Ibidem modum reperies cum Epicrisi.

Sic &

### MAGISTERIUM MATRIS PERLARUM &

### MAGISTERIUM OCULORUM CANCRI.

Parandi, cum dexteriori præparatione & administratione.

### MAGISTERIUM SATURNI.

℞. Sacchari Saturni crystallini, quantum vis,

Solve in Aquâ Rosarum, rursusqve coagula in magma album pulverisandum, pro Magisterio suis usibus apto. Aut instillando guttatim celeri lapsu Spiritum Vitrioli rectificatum, donec colorem lacteum acquirat saturatum, tumqve filtrando & exsiccando, habebis ut sæpius monitum, pro Magisterio calcem ad medicandum ineptam, quam, si inutilem ulteriùs sumtûum & laborum facere jacturam velis, aquis cordialibus toties, quoties, volueris lotam, sicca & serva.

## MA.

### MAGNES ARSENICALIS.

℞. Arſenici cryſtallini,
Antimonii crudi,
Sulphuris flavi, ana uncias duas.

Fiat omnium pulvis ſubtilis, qvem in vitro arenæ impone ac igne ſucceſſivè moderato tam diu detine, â fumo exhalante ſollicitè tibi cavendo, donec omne deliqveſcat, qvod ſtilo ferreo mundo immiſſo explorare poteris ac deprehendes, ubi Terebinthinæ inſtar ſtilo materia liqvefacta adhæſerit, tum refrigeſcat vitrum, qvo facto materiam lapidis inſtar induratam, fuſci coloris, exime ac ſubtiliter tritam ſerva.

### MAGNESIA ALBA.

*Panacea ſolutiva* nonnullis dicta, ſed liberali nimis elogio, reſiduum eſt â Cryſtalliſatione & coagulatione Nitri Coctoribus ejusdem lixivium, coagulum ulterius reſpuens, continuatâ coctura & evaporatione in pulverem candeſcentem fatiſcens.

†. *Magni quondam æſtimatum, ac propterea etiam ſuperbo* Panaceæ *titulo donatum fuit hoc medicamentum; hactenus verò, poſtquam promiſſos & ſperatos illos eximios effectus, ab ejus fautoribus tantopere deprædicatos nequaquam exhibuit, ſucceſſivè evileſcere incepit. Conferantur quæ pro & contra hanc Magneſiam in* Annalibus Phyſ. Med. Wratislav. Ann. 1725. M. Maj. Claſſ. IV. Artic. 24. *& in D. D.* BüCHNERI Miſcellan. Phyſ. Med. Mathemat. 1727. M. Februar. Claſſ. IV. Art. 5. *prolata ſunt, ubi etiam alia ejus præparatio communicatur. De cauſa virtutis laxantis hujus medicamenti, vid. Illuſtr.* HOFFMANNI Obſerv. Phyſ. Chym. Lib. II. Obſerv. II. p. 118.

### MARS SULPHURATUS.

Rec. Limaturæ Martis,
Sulphuris ſubtiliſſimè triti, ana qvantùm vis.

Miſce & in patinâ terreâ plani fundi, ſuppoſito igne prunarum ſufficienti, continuè ſpatulâ agitando, calcina, donec ſulphur omne deflagraverit, poſtea minutiſsimè tritum ſerva.

## MA.

*Nota: Cum Croco Martis aperitivo ferè, Sulphuris ſolum ad præparationem adhibiti proportionem ſi exceperis, convenit.*

### MASSA PRO FORNACE COMMUNIS.

Rec. Corticum Thymiamatis,
Gummi Benzoës,
Storacis Calamitæ,
Olibani, ana unciam unam,
Ladani, uncias qvatuor,
Ligni Aloës,
Rhodii,
Maſtiches, ana unciam ſemis,
Florum Lavendulæ, drachmas duas,
Sacchari albi, unciam unam,
Storacis liqvidæ,
Ceræ novæ,
Terebinthinæ claræ, ana uncias duas,
Gummi Tragacanthi, in ſ. qu. Aqvæ Roſarum fragrantiſſimæ ſoluti, unciam unam, aut qvantum ſufficit.

Miſce fiat lege artis Maſſa & inde bacilli pro lubitu.

### MASSA PRO FORNACE OPTIMA.

℞. Aſæ dulcis, uncias qvatuor,
Gummi Ladani,
Storacis Calamitæ, ana unciam unam,
Sacchari albiſſimi, unciam ſemis,
Ambræ gryſeæ Spiritu Roſarum diſtemperatæ,
Moſchi Alexandrini optimi, ana ſcrupulum ſemis,
Zibethi, grana ſex,
Liqvidambræ,
Olei Ligni Rhodii, ana drachmam ſemis,
Caryophyllorum ſtillatitii, ſcrupulum unum,
Lavendulæ, ſcrupulum ſemis,
Balſami Indici, qvantum ſufficit.

Miſce, fiat lege artis maſſa, ſuper tabulâ æneâ tepidâ, pauxillo Olei nucis Moſchatæ oblitâ, in tenues formanda cylindros.

MA-

Magnesia alb.

ist ℥ alcalina ℔, sie ist nutzen vor
Zo Johann in Rom vnd Cornum. vid.
Neumann obses. Rom. III. p. 101. zu wissen
das es absorbens kühlt et tritt acida so
wird es zum de medio à. purgiert.
wann man es geben will so gebe man
es mit dem englischen Salze

Dis dragt. Zvj.
Magnes. alb. ℈j.

es operiert wie der pulver sonne Cräu
i ist gut zu malo hypocond. et ardore
ventriculi. bey Kinnen kindern wann
sie stark pläcken soll man es in
einer Mandel Milch geben.

## MA. ME.

### MATERIA PERLATA.

Hæc varia eſt, pro diverſitate lixivii antimonialis, è qvo ope aceti deſtillati præcipitata, utpote, Antimonii diaphoretici, Ceruſſæ Antimonii, Antihectici, Specifici Stomachici Poterii & â pluribus aliis lixiviis antimoniatis, valorem, virtutem & æſtimationem â ſubjectis, ê qvorum lixivio præcipitata, mutuatur. Vera autem encheireſis eſt, ut Antimonium diaphoreticum recens paratum, in aqva ſufficiente bene excoqvatur, clarum effuſum præcipitetur; ſi enim frigidâ aqvâ ſolutio fiat, longè minus præbet.

### MEL ANACARDIORUM.

℞. Anacardia ſucculenta & incorrupta vetuſtate, trita in ſufficienti qvantitate aqvæ communis macera triduum, tum leni igne coqve, donec ſucco melleo aqvam imprægnârint, qvam per chartam cola & ad mellaginem inſpiſſa.

### MEL ANTHOSATUM.

℞. Florum Rorismarini recentium conqvaſſatorum, manipulos tres,
Affunde Mellis roſati, libras duas.

Digere horis viginti qvatuor loco calido, tandem expreſſa per linteum trajice & calore leni paululùm inſpiſſata, uſui ſepone.

### MEL AQUILEGIÆ.

℞. Florum Aqvilegiæ contuſorum, libras duas,
Immerge Mellis optimi deſpumati, libris qvatuor.

Coqvantur leni igne ad extractionem virtutis, poſteà colentur per linteum cum expreſſione aliqvali & ſerventur.

### MEL AQUILEGIÆ COMPOSITUM.

Minùs propriè hoc qvibusdam *Unguentum de Aquilegiâ* dicitur;

## ME.

Rec. Foliorum Aquilegiæ,
Salviæ minoris, ana drachmas duas,
Rutæ,
Florum Aqvilegiæ,
Malvæ arboreæ rubrorum,
Rorismarini,
Aluminis uſti,
Caryophyllorum,
Maſtiches,
Nucis Moſchatæ,
Olibani, ana drachmam unam.

Pulveriſata ſubtiliſſimè bulliant igne moderato in ſufficienti qvantitate Mellis Roſati, ad Electuarii mollioris conſiſtentiam.

### MEL MERCURIALIS.

E foliis Herbæ Mercurialis ſuccum exprime, cujus recipe libras tres,
Mellis optimi, libras duas.

Coqvantur, ut artis eſt, & deſpumentur debitè, colentur tandem ac ſerventur.

### MEL ROSATUM.

Rec. Foliorum recentium Roſarum rubrarum aut incarnatarum, libras ſex.

Conqvaſſatis affunde aqvæ calidæ libras totidem, ſtent diem & noctem in maceratione. Colaturæ expreſſæ adde Mellis optimi & puriſſimi tantundem, coqvantur ex arte ad conſiſtentiam melle paulò liqvidiorem.

### MEL ROSATUM SOLUTIVUM.

Rec. Roſarum Damaſcenarum, libras ſex.

Contuſas & conqvaſſatas macera in libris totidem Aqvæ ferventiſſimæ, ſtent in digeſtione loco calido, horas viginti qvatuor, poſteà cum expreſſione forti colentur. Colaturæ adde libras tres mellis puriſſimi, & artis lege ad conſiſtentiam melli debitam reducatur.

ME.

MEL VIOLATUM.

Eodem, qvo Mel Roſatum ſimplex, modo paratur.

MERCURIUS DULCIS.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi infra docendi, ac Mercurii vivi optimè purgati, partes æqvales. In mortario marmoreo, aut pro qvantitatis ratione in vaſe fictili valido, plani fundi & ſatis capaci, piſtillo ligneo ſolicitè terendo, miſceantur, donec Mercurii vivi, nil usqvam appareat, tum ê cucurbitâ vitreâ, infernè probè loricatâ, uti artis eſt, igne convenienti, aut aperto, aut arenæ in cupellâ ferreâ, ſublima, fæces in fundo reſtitantes, ut & materiam nigricantem, in collo altiùs ſublimatam, vitrum annulo ferreo cautè frangendo, aufer. Mercurium ſic ſublimatum denuò, additâ & exactè, uti prius, mixtâ Mercurii crudi diligenter purgati medietate, ſi vis, aut per ſe qvoqve ſublima, ſublimatumqve ſeqveſtratis ſeqveſtrandis, pro Mercurio ſufficienter edulcorato ſerva: Sæpius enim repetitæ ſublimationes ejus vires non augent, ſed minuunt.

†. *Tali ratione legitimè paratus hic Mercurius dulcis egregius eſt in diſſolvendo & attenuando acido viſcido, quale ſpeciatim in Lue venereâ peccat; hinc eſt, quod inprimis in ejusmodi affectibus ſpecificè conducat, nec non pro abſtergendis & repurgandis inquinamentis ulceroſis, ſcabioſis, leproſis, &c. Præterea etiam in morbis nervoſi generis chronicis, inveteratis, â viſcidis & mucidis humoribus oriundis, v.g. Epilepſiâ & Hemicraniâ diuturniori, inter purgantia tanquam optimum commendatur remedium; quemadmodum quoque Lumbricorum exercitum, cujuscunque generis, optimè enecat & exturbat, quacunque ratione, formâ & tempore propinatus: Quin imò BOUCHARDUS & GRASSIUS eundem in* A. N. C. Dec. I. Ann. III. Obſ. 9. & 56. *ut Luis venereæ ſic & Variolarum optimum eſſe alexipharmacum autumant & variis exemplis con-*

ME.

*firmant. Dubitârunt equidem complures Medici, an etiam tutò in uſum ſit vocandus hic Mercurius, quoniam concurſu acidi Venerei, vel cujuscunque ſcorbutici, facilè conjunctus ſublimatus Mercurius forſitan excitari & reviviſci poſſet: Aſt vanus & irritus eſt iſte metus, partim quia ante quam etiam hoc contingere valeret, centies ferè jam expurgata erit aſſumta ejusdem doſis, partim quia vivo ponderoſior eſt ſublimatus Mercurius, adeoque illius multum, hujus verò parum, reſpectu molis corpoream, eſt in Mercurio dulci, ſimulque hâc ratione prædictus ſublimatus ſatis dilutus, & temperatione particularum acidarum antea concentratarum, admodum enervatus eſt. Aliquando equidem dulcis hic Mercurius mortis amaror fuit, prouti Hiſtoriæ in* A. N. C. Dec. II. Ann. X. Obſerv. 14. & Decur. III. Ann. VI. p. 96. in Append. *extantes, demonſtrant; ſed lethalis iſte eventus partim incautæ ejus aſſumtioni, partim illegitimæ præparationi ſolummodo adſcribendus fuit. De innocentiâ autem ejus & ſingularibus laudibus plura videantur in Epiſtolâ DÖRINGII apud HILDANUM, & in RIVERII* Obſervationibus, *quem nomine* Calomelanos Turqveti *hunc Mercurium indigitaſſe ſtatuunt.*

MERCURIUS PRÆCIPITATUS ALBUS.

℞. Mercurii vivi optimè purgati, qvantum placet, ſolve Aqvâ fortis communi, ſolutum aqvâ falſâ, ſale abundè imprægnatâ, præcipita, ac aqvâ ſimplici (ſi vis calidâ, pro parandâ D. Mayerne Manna Mercurii,) ſæpiſſimè affuſâ, â ſale rurſùs libera & edulcora, tum ſuper chartâ bibulâ, Cretæ ſuper impoſitâ, in trochiſcos efforma, qvos optimè ſiccatos in vitro ſolicitè tecto ſerva.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS CITRINUS, SEU FLAVUS.

Vid. Turpethum minerale.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii vivi debitè purgati, qvantum

tum lubet, affunde (qvantum ſolvendo par eſt,) Aqvæ fortis acerrimæ, ê Nitri & Vitrioli ad ruborem calcinati, ana partibus duabus, & unâ parte Aluminis rupei deſtillatæ, (ſi communem præcipitatum rubrum deſideras; ſin corallatum nobiliorem ac tutiorem, loco Aqvæ illius fortis, Spiritum Nitri ſolius optimè rectificatum accipe,) & ſolve. A ſoluto ê retortâ in balneo ſicco, igne gradatim aucto, tandemqve vehementiſſimo, omnem aqvam fortem aut Spiritum avoca, refrigeratæ ac ê retortâ exemptæ & tritæ materiæ, recentem aqvam fortem aut Spiritum Nitri affunde, & rurſus evoca, idqve tertiâ vice repete, tandem ignem augendo, ut retorta omnis candeat. Tum ceſſa, pulverem rubicundum, fractâ retortâ, exime ac pro præcipitato rubro eleganti, (ſed Spiritu Vini aliqvoties priùs edulcorando,) ſerva.

### MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

Rec. Mercurii crudi optimè Sale, Aceto, aut etiam Vini Spiritu loti & purgati,
Vitrioli ad rubedinem calcinati,
Salis decrepitati ana qvantum cupis.

Miſce omnia exactè in vaſe; ad id apto, fictili, capaci, ac plani fundi, identidem pauxillum aceti ſale imprægnati (à purgatione Mercurii reſtantis & per chartam emporeticam trajecti,) inſpergendo, id qvod mixturam, aliàs tædioſam, valdè promovet; poſtmodum ê cucurbitâ terreâ loricatâ aperto igne, aut vitreâ infernè probè lutatâ plani fundi, ex arenâ cupellæ ferreæ immiſſâ, igne cautè & gradatim adminiſtrato, ſublima; Impoſito initio alembico roſtrato cum recipiente exiguo neglectim applicato, liqvorem acetoſum primò exſtillantem excipe, & irrorandæ poſthac maſſæ ſublimandæ magis, qvam acetum prædictum ſale prægnans, idoneum, ſerva. Cum nihil hujus amplius exhalat (id qvod cultri politi lamînâ, orificio cucurbitæ identidem admotâ, explorare poteris,) orificium cucurbitæ qvocunqve modo obtura, auge tum ignem gradatim ad ignitionem usqve fundi cucurbitæ remiſſiorem, ſeu obſcurè rubentem, ſicqve aliqvot horas continua, donec omnis Mercurius, ſalium ſpiritibus ſubtiliſſimis imprægnatus, aſcenderit, ac lateribus cucurbitæ paulò ſupra maſſam ſublimandam adhæſerit. Hunc à remanentibus in fundo fæcibus atqve altiùs evectis qvaſi fuliginibus, cautè ſeqveſtratum, ſi vis, majoris puritatis ergò, absqve ulteriori additamento ſalium, ſic ſatis jam ſaturatum, denuò per ſe ſublimare poteris.



### MERCURIUS VITÆ.

Butyrum Antimonii, ſuprà edoctum, rectificatum, guttatim in vaſe amplo vitreo inſtilla in Aqvam pluviam limpidiſſimam, ac ad fundum Mercurius Vitæ ſecedet, pulveris candidiſſimi formâ, qvem affuſâ ſæpius aqvâ pluviâ recenti, donec omni acrimoniâ liberatus fuerit, ſolicitè edulcora.

*Nota*: *Si vim ejus emeticam, aliàs ſatis violentam, ob quam, propter abuſum incautorum & agyrtarum, malè quibusdam, &* Mortis Mercurius *audit, reprimere volueris, Nitro puriſſimo, in crucibulo capaci aquæ inſtar fluenti, paululùm immerge ac commiſce, moxque rurſus effunde in aquam limpidam, cautè tamen & paulatim, ne nitro tumultuante periculum ſubeas, ac elotâ ſic rurſus Nitri ſalſedine & edulcorato pulvere ac ſiccato, pro emetico ſatis blando, ſi doſi non exceſſeris, ac tuto utere. Quod ſi diutiùs bacillo ligneo, probè priùs Nitro liquato commixtum, in fluore, aquæ inſtar, liquido ſervaveris, poſteàque ritè edulcoraveris & ſiccaveris, emeticam vim omnem exuit, & in Mercurium vitæ correctum evadit, inſigne diaphoreticum, Bezoardici mineralis nomine haud indignum, in conciſâ admodum doſi virtutes inſignes exſerens.*

## MI.

### MITHRIDATIUM DAMOCRATIS.

℞. Myrrhæ, drachmas undecim,
Cinnamomi acuti,
Spicæ Nardi, ana drachmas decem cum ſemiſſe,
Croci optimi,
Agarici melioris notæ,
Zinziberis,
Olibani,
Thlaſpios,
Terebinthinæ, ana drachmas decem,
Schœnanthi, drachmas novem,
Seſeleos,
Olei Nucis moſchatæ expreſſi, loco Opobalſami,
Stœchados Arabicæ,
Zedoariæ,
Galbani,
Piperis longi,
Caſtorei,
Opopanacis,
Folii Indi,
Styracis Calamitæ,
Succi Hypocyſtidis, anã unciam unam,
Caſſiæ ligneæ,
Bdellii, ana drachmas ſeptem cum ſemiſſe,
Cubebarum, loco Carpobalſami,
Piperis albi,
Polii montani,
Seminis Dauci Cretici,
Scordii, ana drachmas ſeptem,
Gummi Arabici,
Calami aromatici,
Cardamomi,
Gentianæ,
Foliorum Roſarum rubrarum,
Dictamni Cretici,
Nardi Celticæ,
Seminis Petroſelini,
Opii Thebaici optimi, ana drachmas qvinqve,
Aniſi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Angelicæ,
Meu utriusqve,
Olsnichii,
Valerianæ,
Succi Acaciæ,

## MI.

Gummi Sagapeni,
Summitatum Hyperici,
Scinci marini, ana drachmas duas ſemis,
Baccarum Juniperi,
Cubebarum, ana drachmas duas,
Cyperi,
Aſpalathi, ana drachmam ſemis,
Mellis, triplum, ſeu libras circiter decem.
Vini albi generoſi, qvantum ſufficit.

Singula juſtâ methodo & ordine diſpenſando, triturando & miſcendo, fiat ſecundum artem Electuarium juſtæ conſiſtentiæ.

*Nota 1. Cum Trochiſci Cypheos inter obſoleta nunc numerentur, & in Officinis rarò proſtent, ingredientia illorum ſpeciebus, his pro Mithridatio ſingulis, ubi occurrunt, connumeravimus: non equidem ſuperſtitioſè exquiſito & omnibus numeris abſoluto calculo. Neque enim horum unius alteriusve additamentum aut decrementum, in prolixâ ejusmodi compoſitione, medicamento toti aliquod inferre poſſe vel virtutis detrimentum, vel qualitatum incrementum, aut exceſſum quâcunque tandem ratione nocuûm, credimus; Hinc aliquâ hâc in parte diſpenſandi libertate, quam & alios ſibi vendicaſſe deprehendimus, nec invidemus, & nos uſos fuiſſe non diſſitemur.*

2. *Species in Claſſes certas diſpeſcendi, ut & computum in duplâ, quadruplâ aut ulteriori proportione ineundi, dum quisque peritus Pharmacopœus, quorum ſolùm eſt, medicamenta ejusmodi majoris momenti diſpenſare & adornare, ex arte, quid officii ſui hâc in parte ſit, & quid cuique conveniat, noſſe debeat, labore meritò ſupersedemus. Præſertim cum & Domini Auguſtani, quorum hâc in re ſtudium & ἀκρίβειαν ſuo merito laudamus & amplectimur, à longo jam tempore glaciem hanc fregerint, ac labore nos illo ſolicitâ ſuâ & accuratâ operâ, tàm in Claſſes diſpenſando, quam ad exactum calculum exigendo, ut in Theriacâ*

*riacâ Andromachi, ſic in Mithridatii præſcriptione commodè ſublevârint.*

MIVA CYDONIORUM CUM SPECIEBUS, SEU AROMATICA.

℞. Cardamomi decorticati,
Cinnamomi electi, ana drachmas duas,
Macis,
Maſtichis,
Zinziberis, ana drachmam unam ſemis,
Ligni Aloës, drachmas duas ſemis,
Croci, drachmas duas,
Ambræ,
Moſchi, ana ſcrupulum unum,
Contuſis affunde Vini albi generoſi, libram unam.

Stent in maceratione horas viginti qvatuor, poſteà cum aliqvali expreſſione per chartam emporeticam colentur.

Interea ℞. Succi Cydoniorum benè maturorum, recens expreſſi & depurati, libras viginti,
Sacchari albiſſimi, libras tres.

Coqvantur ad conſiſtentiam ferè tabulati, qvibus tum infuſionem ſupradictam affunde & reſolvendo Saccharum, juſtæ conſiſtentiæ fac Mivam.

MIVA CYDONIORUM SINE SPECIEBUS, SEU SIMPLEX.

℞. Succi Cydoniorum per reſidentiam depurati, libras decem,
Sacchari, libras tres.

Coqve ad conſiſtentiam Mivæ debitam.

MIXTURA SIMPLEX, SEU SPIRITUS DE TRIBUS.

℞. Spiritûs Theriacalis camphorati, uncias qvinqve,
Spiritûs Tartari rectificati, uncias duas,
Spiritûs Vitrioli rectificati, unciam unam.

Digerantur triduum in phialâ optimè clauſâ.

†. *Poteſt etiam loco Spiritus theriacalis camphorati eadem quantitas Eſſentiæ alexipharmacæ Illuſtr. STAHLII, aut etiam Spiritus ab ejusdem ingredientibus abſtracti, commodiſſimè ſubſtitui, hâc enim ratione adhuc temperatius redditur hoc medicamentum, ut frequentius atque ſecurius in uſum trahi queat. Optimè autem adhibetur in febribus continuis, ardentibus & malignis, ubi præcipuè Orgasmum ſanguinis mitigat, recrementa volatilia & qualibet miasmata peregrina in eodem occurrentia, vel producta, corrigit, & dein per corporis peripheriam expellit, inprimis ſi inſimul cum pulveribus bezoardicis in uſum trahitur.*

MIXTURA TONICO-NERVINA
Dni Archiatri STAHL.

℞. Tincturæ Antimonii regulinæ, partes duas,
Spiritûs Cornu Cervi rectificati, partem unam.
Miſceantur.

†. *Optimi uſus eſt hæc Mixtura ad viſcera roboranda, horumque tonum nimium debilitatum reſtituendum; unde inprimis in declinatione morborum chronicorum, poſt graviores qualescunque excretiones, & perpeſſas viſcerum oppletiones, diſtenſiones, infarctus, &c. quam maximè conducit, ſi bis de die ad gtt. xxxvj. cum convenienti vehiculo propinetur.*

MORSULI ANALEPTICI.

℞. Amygdalarum dulcium, recens decorticatarum,
Piſtaciorum recentium decorticatorum, ana drachmas ſex,
Pinearum recentium, non rancidarum, unciam ſemis,

MO.

Infunde in Aqvâ Roſarum fervidâ per horam, poſteà ſiccatis & minutiſſimè inciſis adde:
Radicum Cichorei conditarum, drachmas tres,
Corticum Citri conditorum,
Aurantiorum conditorum,
Nucis Indicæ conditæ, ana drachmas duas,
Florum Aurantiorum conditorum, drachmam unam ſemis,
Conſervæ Roſarum, unciam ſemis,
Florum Tunicæ, drachmas duas,
Sacchari Canarienſis albi, in Aqvâ Roſarum fragrantium & Cinnamomi, ana qvantum ſufficit, diſſoluti, uncias octo,
Olei ſtillatitii Macis, guttas ſex, (& pro illis, qvi ferre poſſunt,)
Moſchi & Ambræ, ana granum unum.
Miſce fiant lege artis Morſuli.

MORSULI DE CITRO PRÆSERVATIVI.

℞. Condituræ pulpæ Citri,
Corticum Citri,
Flavedinis Citri, ana unciam unam ſemis,
Flavedinis Citri recentis minutiſſimè conciſæ, drachmas ſeptem,
Olei Citri deſtillati, guttas ſex,
Succi Citri puriſſimi, qvantùm libuerit & ſuffecerit,
Sacchari Canarienſis in Aqvâ Citri & Roſarum, ana qvantùm ſufficit, diſſoluti, libram unam,
Miſce fiant ſecundum artem Morſuli.

MORSULI CONTRA ARDOREM STOMACHI.

℞. Boli Armenæ præparatæ, drachmam unam,

MO.

Coralliorum rubrorum præparatorum, drachmam ſemis,
Cretæ, cum Aqvâ Roſarum præparatæ, unciam ſemis,
Cinnamomi,
Cornu Cervi præparati,
Lapidis Percarum præparati,
Oculorum Cancri præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ, ana drachmam ſemis,
Macis,
Maſtichis electæ,
Nucis Moſchatæ, ana ſcrupulum unum,
Pulveris Seminis Cydoniorum, drachmam unam,
Sacchari in qvantitate ſufficienti
Aqvæ Roſarum diſſoluti, uncias octo.
Miſce fiant artis lege Morſuli.

MORSULI CONTRA PESTEM.

Rec. Radicum Angelicæ,
Dictamni albi,
Oſtrutii,
Pimpinellæ,
Valerianæ,
Zedoariæ, ana unciam ſemis,
Myrrhæ rubræ, drachmas ſex,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ, ana unciam unam,
Camphoræ, drachmas duas,
Nucis Vomicæ decorticatæ, drachmam unam,
Theriacæ Andromachi, unciam ſemis,
Sacchari albi in Aqvâ Scordii & Roſarum, ana qvantum ſufficit, diſſoluti, libras duas.
Fiant, ut artis eſt, Morſuli.

MORSULI CONTRA VERMES.

Rec. Pulveris infra docendi contra vermes, unciam unam,
Sacchari, in qvantitate ſufficienti Aqvæ Roſarum ſoluti & clarificati, uncias qvatuor.

Miſce

morsuli purgantes ℥ium Pharm. W.
esin. Jalapp. ℈j. Ferantur cum a-
ygdalar. dul. ℥iij
le Cardamom. ℈j. Cinamom. acut. ℈ij
cheri in aqua rosarum soluti et ad
ℨistentiam tabulati acti ℥viij
morsuli.
℥j. horum morsulorum gr. viii circi-
ter continet resinae
Dett pueris qui alia medicamenta re-
spuunt
dos. pro ratione aetatis ℈j. ℈ij
ad sex.

MO.

Miſce, fiant ſecundum artem Morſuli.

MORSULI CORDIALES.

Rec. Sacchari Canarienſis albiſſimi, uncias ſedecim,
Confectionis Alkermes completæ, unciam ſemis,
Flavedinis Corticis Citri recentis dimidii exterioris, minutiſſimè conciſæ,
Olei Cinnamomi, guttas ſex.
Fiant, cum Aqvâ Roſarum & Succo Citri recenter expreſſo, Morſuli.

MORSULI DE JALAPPA.

Rec. Mannæ Calabrinæ, qvám fieri poteſt recentis, uncias duas,
diſſolve in Aqvæ Cinnamomi, qvantùm ſufficit,
Pulveris radicis Jalappæ optimæ notæ, drachmas qvinqve,
Rhabarbari electi, drachmas tres,
Extracti Rhabarbari,
Acidi Tartari, ana drachmam unam,
Sacchari albi, uncias ſex.
Miſce, fiant lege artis Morſuli.

MORSULI IMPERATORIS CUM FRUCTIBUS.

Rec. Conſervæ Roſarum Damaſcenarum, unciam ſemis,
Specierum pro Morſulis Imperatoris, infra reperiundarum, drachmas tres,
aromaticarum roſatarum, inter Species præſcriptarum.
Cinnamomi acuti, ana drachmam unam,
Amygdalarum dulcium, recens decorticatarum,
Pinearum enucleatarum,

MO.

Piſtaciorum mundatorum, ana unciam ſemis,
Sacchari albiſſimi, in aqvæ Roſarum, qvantùm ſufficit, ſoluti, uncias octo.
Fiant ſecundum artem Morſuli.

MORSULI PURGANTES.

Rec. Cryſtallorum Tartari, unciam ſemis,
Scammonii optimè præparati, drachmas tres,
Olei Cinnamomi, guttas qvatuor,
Sacchari albiſſimi, in aqvâ Roſarum ſoluti, uncias octo.
Miſce fiant lege artis tabulæ, drachmam unam circiter ponderantes.

MORSULI RESTAURANTES. KUNCKELII.

Rec. Amygdalarum dulcium decorticatarum,
Pinearum recentium non rancidarum, ana unciam ſemis,
Cinnamomi acuti, drachmam unam,
Cardamomi minoris decorticati, drachmam ſemis,
Antimonii Hungarici crudi, optimæ notæ, in pulverem ſubtiliſſimum triti, drachmas tres cum ſemiſſe,
Sacchari candidiſſimi Canarienſis, Aqvâ Roſarum & Cinnamomi, ana ſoluti, uncias qvatuor.
Fiant lege artis Morſuli, drachmam unam ponderantes.

†. *Laudantur hi Morſuli, teſte Celeb.* JUNCKERO, Conſpect. Med. Theoret. Pract. p. 397. *non ſolum in febribus corruptis, ſcabie nodoſâ & ulceroſâ, reliquiis à Variolis, & in Gonorrhœa malè tractata & inveteratâ, ſed & præcipuè in affectibus convulſivis & ſpaſtico-arthriticis, in quibus plus unâ vice laudabilem opem eadem tuliſſe, ſupra dictus* KUNCKELIUS aſſe-

*asseverat, & partim suo, partim alienis exemplis,* Cap. XXXII. Laborat. Chym. *fusius recensitis, comprobat, inter quæ inprimis observatio, de virgine post immanes arthriticos dolores manibus pedibusque contractâ, horum autem Morsulorum usu intra unius mensis decursum feliciter restitutâ, quam p. 438. adducit, miraculo proxima videtur. Plura etiam eundem effectum confirmantia exempla, extant in Diss. REISEISSENII, de* Antimonii crudi in Medicina usu, *Ao. 1721. Argentorati ventilata, p. 34.*

### MORSULI DE RHABARBARO.

Rec. Cremoris Tartari,
Pulveris Rhabarbari optimi, ana drachmas duas,
Flavedinis Corticum Citri, recenter â duobus aut tribus Citri pomis derasæ, drachmam semis,
Sacchari Albi, in aqvâ Rosarum soluti, uncias qvatuor.

Misce & fiant, ut artis est, Morsuli.

### MORSULI ê SUCCO ROSARUM.

Rec. Succi rosarum Damascenarum, per infusionem & extractionem sufficientem cum aqvâ fervidâ, ut artis est, parati, uncias qvatuor,
Diagrydii, drachmas duas,
Sacchari albissimi in Aqvâ Rosarum soluti & debitè clarificati, uncias octo.

Misce, & ad consistentiam justam cocta, in tabulas drachmam unam ponderantes, juxta artis normam, redige.

### NITRUM ALKALISATUM.

Rec. Nitrum optimè depuratum, liqva in crucibulo aperto, donec aqvæ instar fluat, cui pulverem carbonum successivè insperge, donec non amplius deflagrent, adeoqve Nitrum pulvere carbonum satis sit saturatum, tum solve, aqvâ simplici parciùs affusâ, in lixivium saturatum, qvod per bibulam colatum in formâ liqvidâ serva, faciliùs sic dispensandum, aut si mavis coagula, sed solicitê in vase optimè clauso ab aëre, ne rursus fatiscat, custodito.



### NITRUM ANTIMONIATUM.

Nitrum est â detonatione Antimonii per edulcorationem recuperatum & post colaturam per chartam emporeticam duplicem exactam, exhalando coagulatum. Parandi modum supra vide, sub titulo Antimonii diaphoretici & Croci Metallorum. Vocatur aliàs communiter *Anodinum minerale.* Vide supra hunc Titulum.

### NITRUM CORALLIATUM.

Eodem, qvo perlatum, modo, cum Magisterio Coralliorum solubili, fit, quem infra vide.

### NITRUM DEPURATUM.

Fit, Nitrum commune solvendo sæpiùs, filtrando & evaporando ad cuticulam, donec loco frigido in crystallos satis puras & nitidas concrescat.

### NITRUM PERLATUM.

Rec. Nitri optimè depurati, partes duas,
Magisterii Margaritarum solubilis, aut Matris perlarum saltem, suprà edocti, partem unam.

Solve utrumqve in qvantitate sufficiente Aqvæ Rosarum fragrantis, aut Rubi idæi, vel communi tantùm soluta misce. Mixta exhalando ad cuticulam, loco quieto in crystallos coagula.

### NITRUM ROSATUM.

Rec. Rosarum ruberrimarum qvantò opus, extrahe Tincturam cum sufficienti qvantitate Aqvæ Rosarum fragrantis, Spiritû Nitri sufficienter acidulatæ, hâc Tincturâ solve Crystallos Nitri purissimas, ac aqvâ rursus

Oleum absynth.

Est oo antiquae inventionis destinatum
est ut reliqua vola ita externe adhi
bety leniendo abdomen praecipue si in
fantes ab vermiby patiunty dolores adi
in solet clysteriby in usselitty colicis.

Oleum Amygd. amar. et dulc
sund oo expressa. wann man sie zum usz
esterzo siehn will, so hält man sie auf zim
mitroun ffrauen ibre ons steen, i. der giebt
es mir oxl
Si urina retenta fuit, sie sind zu dem
trefflich diureticum.
Zu Venedig ist dal oo amar. Zu mehrern
theil nemen die Doctores spyritum tur
tinum wenn sie stosse wann etwas liebe
schwitzel, i. giesse etwas oo domit ei
nehmen etwas honig mach ein Catapla
sma stets stehen wenn sie den spyritum gebessert.
In Venedine et Tessi componatur
cum syrup. rosar. in azalea pod.
Sind selerlei gut.
Particularity ist divinum remedium
si post partum dolores vehementes
dass Zij. Zij.

ad cuticulam evaporatâ, denuò cryſtalliſa.

NITRUM SATURNINUM.

Rec. Nitri depurati, unciam unam ſemis,
Sacchari Saturni cryſtallini, unciam unam.

Solve Aqvâ Roſarum & Violarum, ana qvantum ſufficit, ſolutionem filtra, tum rurſus evapora ad cuticulam, & ut artis eſt, cryſtalliſa, ſed abſtine ab interno uſu.

NITRUM SULPHURATUM.

Vide ſupra, Lapis Prunellæ.

OLEUM ABSINTHII.

Rec. Summitatum Abſinthii recentis conqvaſſatarum, libram unam,
Olei Olivarum clari, libras tres.

Macerentur in ſole aut loco aliqvo calido tridûum, deinde coqvantur, donec prunis inſperſum Oleum non ampliùs ſtrideat, tunc coletur & ſervetur.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

℞. Amygdalarum amararum, non rancidarum, decorticatarum, rurſusqve ſine igne ſiccatarum, qvantùm placet,

Minutiſſimè contuſas ac cilicio incluſas, prælo exprime, idqve ſucceſſivè, donec omne Oleum fuerit expreſſum.

Eôdem modo fit &

OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.

OLEUM ANETHI.

Eôdem, qvo Oleum Abſinthii, modo fit, ê foliis & floribus Anethi, ac Oleo Olivarum defæcato.



OLEUM BUFONUM.

℞. Bufonum numero tres, vel pro magnitudine qvatuor, juſto tempore captorum.

Coqve in Olei Olivarum libris duabus per bihorium, poſteà refrigeratum cola & ſerva.

*Nota: Quidam Oleo Olivarum, amygdalarum dulcium ſubſtituunt & per horam tantum coquunt, res tamen eodem recidit.*

OLEUM CAMPHORÆ.

℞. Albuminum Ovorum inſtar aqvæ conqvaſſatorum, numero duodecim,
Affunde Spiritûs Vini optimi, libras tres,
Deſtilla inde Spiritûs libram unam ſemis,
Cui adde Camphoræ, libram unam,

Ac denuò deſtilla, ſic unientur ſub Olei ſpecie, ægris, qvi interna medicamenta abhorrent, inungendo regionem cordis, epatis, ſpinam dorſi & pulſûs, in febribus aliisqve morbis opem aliqvam ferentis.

OLEUM CAPPARUM.

Rec. Corticum radicum Capparum, unciam unam,
Tamariſci,
Radicum Cyperi,
Herbæ Ceteracli,
Seminis Agni caſti,
Florum Tamariſci, ana drachmas duas,
Foliorum Rutæ, drachmam unam.

In pulverem comminuta & aceto irrorata, Olei Olivarum puriſſimi libræ uni incoqvantur, donec omnis humiditas abſumta, tunc colatum & expreſſum ſervetur.

OLEUM CASTOREI.

℞. Caſtorei,
Caſſiæ ligneæ veræ,

OL.

Costi,
Croci,
Cubebarum,
Euphorbii,
Spicæ Nardi Indicæ,
Galbani,
Opopanacis,
Styracis Calamitæ, ana drachmas duas,

Cyperi,
Piperis longi,
nigri,
Pyrethri,
Sabinæ,
Schœnanti, ana drachmas duas semis,
Vini albi generosi, libras duas,
Olei Olivarum purissimi, libras tres.

Galbanum & Opopanacem in vino seorsim distemperatum & solutum per linteum exprime, reliqva in pulverem tenuissimum redacta, cum Oleo & Vino coqve ad vini plenam consumtionem, additis gummi seorsim solutis & expressis, diligenter ac sæpiùs miscendo, ne ab Oleo Gummi illa rursus secedant.

OLEUM CHAMOEMELINUM.

Ex floribus Chamomillæ recentibus & Oleo communi puro fit, ad instar Olei Absinthii.

OLEUM CHEIRI.

Eôdem. qvo præcedens, modo, è floribus Leucoji flavis paratur.

OLEUM COSTINUM.

℞. Costi amari, uncias duas,
Cassiæ ligneæ genuinæ, unciam unam,
Summitatum Majoranæ recentium, uncias octo,

Subtilissimè trita infundantur & macerentur tridûum in libris tribus Olei Sesamini, posteà cum expressione aliqvali coletur, ac colatura servetur.

OL.

OLEUM CYDONIORUM.

Rec. Cydoniorum in frusta, cortice detracto, concisorum, libras duas,
Olei Olivarum, libras tres.

Coqvantur ad humiditatis usqve consumtionem, tum colentur & serventur.

OLEUM DESTILLATUM ABSINTHII.

Rec. Summitatum Absinthii cum semine maturitati proximo, qvantum vis.

Conqvassatæ macerentur aliqvamdiu, tridûum fortè vel qvatridûum, in aqvæ fontanæ qvantitate sufficiente, tum modico salis addito, destillentur per Vesicam, ut artis est, & aqvæ innatans Oleum aut separatorio, aut gossypio separetur.

Eodem modo parantur:

OLEA SEQVENTIA,

Anethi,
Cerefolii,
Hyssopi,
Majoranæ,
Melissæ,
Origani Cretici,
Petroselini,
Pulegii,
Rorismarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,
Saturejæ,
Serpilli,
Tanaceti,
Thymi.

OLEUM DESTILLATUM ANGELICÆ.

Rec. Seminis Angelicæ conqvassati, libram semis, aut qvantum vis.

Infusio aqvæ fontanæ, ac aliqvantisper macerata, addito salis modico, destilletur vesicâ cum refrigeratorio, & oleum, ut moris, ab aqvâ separetur.

Qvo

Qvo modo &

OLEUM DESTILLATUM,
Anisi,
Carvi,
Coriandri,
Cumini,
Fœniculi,
Juniperi ê Baccis,
Nigellæ, paratur.

OLEUM DESTILLATUM AQUÆ APOPLECTICÆ.

Oleum hoc, Aqvæ destillatæ supernatans, gossypio colligitur, ac ab aqvâ hac ratione separatum, suos in usus asservatur.

Eâdem ratione Oleum quoqve separatur ab

Aqva vitæ alba,
pretiosa,
Carbunculi,
Embryonum,
Epileptica,
*contra* Vertiginem,
Virtutum.

OLEUM DESTILLATUM AURANTIORUM CORTICUM.

Rec. Corticum exteriorum recentium Aurantiorum malorum, non putridorum, qvantùm placet; incisi cum sufficienti aqvâ fontanâ, absqve fermentatione, ê Vesicâ destillentur, ac Oleum, ut in reliqvis aqvæ innatans, ut artis separetur.

Eâdem methodo &

OLEUM CORTICUM CITRI destillatione paratur.

OLEUM DESTILLATUM BENZOINUM.

Rec. Gummi Benzoës electi, & subtilissimè pulverisati, qvantùm placet, affunde aqvæ Rosarum fragrantissimæ, qvantitatem convenientem, & è retortâ vitreâ, igne arenæ moderato, destilla, tandemqve Oleum ab aqvâ separa.



OLEUM DESTILLATUM BETULINUM,

Italis Balsamum Lithuanicum dictum.

Oleum est odoris empyreumatici paulò gravioris, ab incolis Ducatûs Lithuanici, Clibanorum è bracteis ferreis stanno obductis constructorum ope, è Corticibus exterioribus albis, igne suppressionis per descensum extortum. Medicamentum evporiston simul ac polychrestum, tam internis, qvàm externis usibus, aptum.

Ventriculi imbecillitati, colicis atqve aliis scorbuticis doloribus subveniens, lumbricis, vel umbilico solùm illitum, infensum, ad obauditiones, susurros & tinnitus aurium, odontalgiam, variosqve alios affectus efficax. Vulgò Germanorum ut & Lithuanorum *Dagt* audit.

†. *Vocatur aliàs latinè crassiusculum hocce Oleum* Pix liqvida, axungia, & Betulloleum, *Polonicè* Dziégiec, *Cronicè* Deggut, *& præter modo allègatos effectus inprimis quoque à prædictis Lithuanis contra subluxationes, tam in-quam externè in Balneis, non sine fructu adhiberi solet. Vid.* Annal. Phys. Med. Wratislav. Mens. Novemb. 1725. Class. IV. p. 555. sqq.

OLEUM DESTILLATUM BUXI.

Rec. Scobis Buxeæ subtilissimæ, qvantum vis.

Macera in vase capaci, magnâ cum aqvæ qvantitate, dies circiter qvatuordecim, tum igne moderato per vesicam cum refrigeratorio destilletur, & ab aqvâ Oleum separetur.

Eodem modo paratur qvoqve

OLEUM DESTILLATUM,
Gvajacinum,
Heracleoticum è ligno Coryli,
Ligni Rhodii,
Sassafras.

OLEUM DESTILLATUM CALAMI AROMATICI.

Rec. Radicum Calami aromatici, qvantùm vis,

Sciſſas minutiſſimè aliqvamdiu in ſufficienti qvantitate aqvæ macera, tum per Veſicam igne convenienti deſtilla, & ab aqvâ ſeparatum Oleum ſerva. Aqvam interim rectifica, qvæ ſpirituosâ ſui parte ſeqveſtratâ, pro *Aquâ Calami aromatici* ſervire poterit.

Hoc modo & *Oleum Zedoariæ* fit.

OLEUM DESTILLATUM CARYOPHYLLORUM.

Rec. Caryophyllorum aromaticorum, qvantùm placet,

Contuſa craſſiusculè, affusâ aqvæ tepidæ ſufficienti qvantitate, addito etiam ſi lubet, ſalis pauxillo, ſtent in digeſtione dies circiter qvinqve, poſteà ê veſicâ deſtilla, & ſeparatum ſolicitè Oleum ſerva.

Eâdem methodo etiam obtinebis:

OLEUM DESTILLATUM,
Cardamomi,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Piperis.

OLEUM DESTILLATUM CERÆ.

Rec. Ceræ flavæ puræ, libram unam,
Oſſium calcinatorum craſſè pulveriſatorum, aut Cinerum ſaltem cribratorum, libras duas.

Impaſtando miſce & per retortam igne arenæ gradatim moderato, deſtilla & rectifica.

Aut ſeqventi methodo procede:

Rec. Ceræ novæ, libras duas,
Arenæ puræ cribratæ, libras ſex.

Miſce lege artis & globulos inde forma, quos Retortæ vitreæ immiſſos in



arenam colloca, igne moderato deſtilla, ſtillatum Calci vivæ miſtum rectifica, ut artis eſt, & ſerva in vitro idoneo, ſi rectè operatus fueris, uncias viginti rectificati habebis Olei.

OLEUM DESTILLATUM CHAMOMILLÆ ROMANÆ.

Rec. Florum Chamomillæ Romanæ in umbrâ ſiccatorum, qvantùm placet,

Conqvaſſatos aquâ calidâ paululùm macera, tum per veſicam, igne convenienti, cum aqvâ Oleum deſtillando elice, ac more ſolito ſepara.

Eâdem encheireſi etiam fiunt:

OLEUM DESTILLATUM,
Chamomillæ vulgaris,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Spicæ.

OLEUM CORNU CERVI RECTIFICATUM.

Rec. Cornu Cervi fruſtulatim conciſi, qvantum lubet,

Impone retortæ terreæ lutatæ, aut cucurbitæ ferreæ alembico terreo devitreato munitæ, ac igne aperto, gradatim, ad ignitionem usqve retortæ aut cucurbitæ, adminiſtrato, omnes, cum phlegmate, Sale volatili ac Oleo, Spiritus evoca, qvæ omnia rectificando ê cucurbitâ vitreâ loricatâ & alembico vitreo accommodo inſtructâ, junctûris optimè lutatis, ſucceſſivè ſepara & ſeorſim ſerva.

Eôdem pacto paratur &

OLEUM DESTILLATUM CRANII HUMANI &

OLEUM DESTILLATUM FULIGINIS,

Qvæ cum Spiritu ſimul, dum deſtillantur, prodeunt, debitè finitâ deſtillatione ſeparanda & rectificanda.

OLEUM DESTILLATUM GALBANI.

Rec. Gummi Galbani puriſſimi & ſelecti, libram unam,

Sili-

OL.

Silicum calcinatorum, aut arenæ ſaltim optimè lotæ, libram unam ſemis,
Salis communis decrepitati, libram ſemis.

Retortæ vitreæ indita ex arenâ igne convenienti moderato deſtillentur, ſic liqvor lacteus, Oleo junctus, primò exſtillabit, ſeorſim recipiente mutato, excipiendus & ex arte ſeparandus, igne tum auctiori rubrum ſeqvitur Oleum, ſeparatim rectificandum.

Eâdem ratione paratur &

OLEUM DESTILLATUM
Gummi ammoniaci,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Tacamahacæ.

OLEUM PETRÆ, ſeu PETROLÆUM.

Nativum eſt, partim ex Indiæ Orientalis Provincia Summatrâ ad nos delatum, partim in Italia ê rupibus petrarum ſcaturiens, & in Siciliâ aqvæ innatans; hujus qvidem loci non eſt, niſi rectificatum retortâ vitreâ ê cupellâ, igne moderato, limpidiſſimum, relictâ in fundo retortæ materiâ piceâ Colophoniæ ſimili, vulneribus ſolidandis aptâ.

OLEUM DESTILLATUM PHILOSOPHORUM ALBUM.

Laterum fruſta mediocriter candentia injiciantur Oleo Olivarum, ut Olei qvantum poſſint imbibant; horum qvantùm vis fac, ac eisdem retortæ terreæ probè loricatæ medietate impletâ, igne aperto gradatim adhibito, Oleum priùs album prolice, mox mutato recipiente, ubi flaveſcere incipit, ſeqvens rubrum ſeorſim cape, ac in cineribus aut arenâ ex arte rectifica & habebis

OLEUM PHILOSOPHORUM RUBRUM.

OLEUM DESTILLATUM SAPONIS VENETI.

℞. Raſuræ Saponis Veneti, libram unam,

OL.

Arenæ lotæ & exactè ſiccatæ, libras tres.

Miſta per retortam ex arenâ, igne convenienti ſubminiſtrato, deſtilla, ac deſtillatum cineribus rectifica.

†. *Rarius equidem in uſu eſt hoc Oleum, commendatur tamen ad roboranda membra paralytica & diſcutiendos tumores frigidos, tam ſimpliciter, quam in Unguentis applicatum; an vero plures, qvam notiſſimum illud Emplaſtrum ſaponatum Barbette, exhibiturum ſit effectus, per experientiam ulterius indagandum erit.*

OLEUM DESTILLATUM SUCCINI.

Rec. Succini electi craſſiuſculè contuſi, aut fragmentorum potiùs vulgò venalium, libras duas, vel qvantùm placet.

Retortæ vitreæ inditum, ex arenâ aut balneo ſicco igne gradatim, initio moderatè admodum & cautè adminiſtrato, deſtilla, ac primò phlegmatis parum ſeorſim excipe, illo paulatim ceſſante recipiens muta, & exactè junctura claude, ac Spiritum ſubtilem album ac clarum, phlegma ſubſeqventem, cape, tandem & hoc ceſſante ac ſeparato, igne auctiori flavum & craſſius Ol. unâ cum Sale volatili vitri lateribus & collo adhærente, poſteà ſeparando, cujus modum ſuo loco reperies, exſtillans, excipe, ſuper capite mortuo calcinato aut cineribus mundis rectificandum.

OLEUM SUCCINI ALBI.

Rec. Succini albi contuſi, libram unam,
Arenæ puræ cribratæ, libras qvatuor,

Inde retortæ, ut tertia ejus pars tantùm plena ſit, deſtilletur igne arenæ gradatim augendo, ſic ſimul aſcendent Oleum & Sal Volatile: Sal Aquâ calida eluatur, & ſeorſim ſuper proprium reſiduum calcinatum rectificetur, ut albeſcat; Oleum autem per ſe lege

artis ſuper eodem reſiduo rectificetur.

Eâdem methodo ê citrino quoque Oleum deſtillatur Succino.

### OLEUM DESTILLATUM TACAMAHACÆ.

Vide ſupra ſuo loco.

### OLEUM DESTILLATUM TARTARI FOETIDUM.

Unâ cum Spiritû deſtillatione prodit, ab illo, ut moris & artis eſt, ſeparandum.

†. *Laudatur hoc Oleum in* Annal. Med. Phyſ. Wratislav. Ann. 1724. Menſ. Jun. Claſſ. IV. Artic. 18. *ſpecificè ad diſcutiendos infarctus Hepatis & Lienis, externo uſu, inprimis ſi ſemel adhuc rectificatum fuerit, & quidem ſequentibus in formulis:* ℞. *Olei Tart. fœtidi, drachmam unam, Olei Sabinæ, Succini citrini, Rutæ, Chamæmelini, Juniperi, ana guttulas ſex, Salis armoniaci volatilis, Unciam unam. Miſce.* ℞. *Emplaſtri de baccis Lauri, de Ammoniaco, ana drachmas tres, Gummi Galbani, Opopanacis, Ammoniaci, ana drachmam unam, Olei Tartari fœtidi, q. ſ. M. F. Magdaleones. In reſolutionibus & contuſionibus nervoſarum partium idem illud inſigniam eſſe virtutum, teſtatur Celeb. b. m. LUDOVICI in* A. N. C. Dec. I. Ann. IV. & V. Obſ. 210.

### OLEUM TARTARI RECTIFICATUM.

Ex Oleo prædicto fœtido, magnâ aqvæ qvantitate affusâ, Maris balneo aut ê Veſicâ deſtillando, ſeparatur, ut artis aliàs eſt, ac denuò affusâ fragrantis alicujus aquæ portione ê cucurbitâ vitreâ rectificatum, à tetro illo odore aliqvatenùs liberatur.

### OLEUM DESTILLATUM TEREBINTHINÆ.

Rec. Terebinthinæ depuratæ & clarificatæ, qvantùm vis.

Veſicæ, affusâ aqvæ ſufficienti qvantitate, aut retortæ etiam capaci arenæ commixtum, igne leni deſtilla, ac primò album, phlegmati acidulo ſociatum, prodibit Oleum, quod Spiritus vulgò dicitur, quodve ſeorſim accipiendum, ſuccedentibus igne auctiore guttis flavis, mutandum recipiens, ac flavum quoque ſeparatim excipiendum, qvod hujus loci, donec, intenſo magis adhuc igne, rubræ guttæ appareant, à prioribus qvoqve ſeparandæ ac rectificandæ, qvæ Balſami nomine qvibusdam veniunt. Si absqve arenæ additione è retortâ deſtilletur, tandem in Colophoniam tranſit.



### OLEUM TERRÆ.

Tanqvam exoticum è ſcaturiginibus qvorundam montium ſponte fluens, à natali loco, aut ab illis, qvi inde id afferunt, petendum.

### OLEUM TERRÆ FREYENWALDENSIS.

Præter hoc terræ Oleum nativum, dantur hinc inde terrarum qvædam genera, quæ Oleo Terræ nativo congener Oleum, deſtillationis adminiculo, largiuntur, qvas inter illa, qvæ prope oppidum, ſex â Berolino milliaria diſtans, Freyenwalde dictum, & acidulas illic ſcaturientes eruitur, è cuniculo, ante annos abhinc centum, ut ferunt accolæ, à metallicolis, peſte poſteà ſublatis, acto. Hæc deſtillationis ope Oleum largitur duplex, unum unâ cum Spiritû, aut phlegmate potiùs ſpirituoſo, ac Flores, Sulphuris inſtar, cui & colore flavo exactè & flammâ cæruleâ, ſi ei admoveatur ignis, ſimiles, ſed pingues & in Oleo rectificato claro ſolubiles, egregium, ſi absqve deſtillatione Oleum phlegmati maritatum, aut Oleo cuidam ſuaviori mixtum, ſervetur, & valdè efficax contra dolores Arthritidis vagæ intolerabiles, remedium; alterum piceum, nigrum, ſuos quoque in uſus aptum &, ſi debitè rectificatur, aut Emplaſtris paregoricis miſceatur, utile.

## OL.

### OLEUM DESTILLATUM VITRIOLI RUBRUM.

Poſt deſtillationem Spiritûs Vitrioli continuatam, ultimâ tandem ignis torturâ elicitur, non tàm Oleum, qvàm Spiritus acerrimus, ſubtiliſſimis Colcotharis particulis imprægnatus.

*Nota: Si Vitriolum, repetitis ſolutionibus ac depurationibus à craſſioribus metalli particulis defæcatum, deſtillationi ſubjicitur, debito ignis regimine, promtiùs Spiritum ac copioſiùs Oleum ſuppeditat.*

### OLEUM DIACOLOCYNTHIDOS.

Rec. Pulpæ Colocynthidis,
Pulveris Radicum Hellebori nigri, ana drachmas duas,
Fellis Bubuli,
Olei Abſinthii,
Rutæ, ana unciam unam.

Coquantur igne moderato ad humiditatis conſumtionem, poſteà colentur.

### OLEUM EUPHORBII.

Rec. Euphorbii, unciam ſemis,
Olei Cheirini, uncias qvinqve.

Cocta aliqvantiſper, donec Oleum viribus Euphorbii ſit imprægnatum, colentur tandem & ſerventur.

### OLEUM FEBRIFUGUM, LIQUOR POTIUS ANTIMONII DICENDUM.

℞. Antimonii crudi, uncias octo,
Salis Armoniaci, uncias ſex.

Pulveriſentur ſeorſim exactè, dein miſceantur, & ê cucurbitâ terreâ, igne moderato, ut artis eſt, ſublimentur. Sublimati in alembicum Flores ſedulò collecti, tabulæ vitreæ aut lapideæ in cellâ imponantur, ut deliqveſcant, liqvor inde ſtillans infundibulo vitreo bibulâ inſtructo excipiatur, ac vitro mundo ſervetur. *Fridericus DECKERS in Exercit. Practicis. p. 187.*

## OL.

### OLEUM HYOSCIAMI è SEMINE EXPRESSUM.

Rec. Seminis Hyoſciami optimè contuſi & parumper toſti, qvantum vis, inde Cilicio valido, ac torculari Oleum exprime.

*Nota: Qui majorem hujus Olei copiam deſiderat, toſturâ ſuperſedeât, ejusque loco ſemen pauxillo aquæ pluviæ, aut ſimplicis ſaltem irroratum, leni calori exponat, quò à liquore aſperſo turgeſcat & incaleſcat, ſicque torculari ſubjiciatur, ut artis eſt, ac duplùm ad minimum Olei efficacis anodyni obtinebit.*

### OLEUM HYPERICI.

*Simplex*, ſolâ cum Oleo communi infuſione iteratâ, Florum cum ſemine matureſcente conquaſſatorum, inſolatione diuturnâ & colaturâ cum expreſſione, paratur.

*Compoſitum* Dominorum Auguſtanorum, quod balſami vulnerarii vices ſuſtinet, tale eſt:

Rec. Florum Hyperici cum ſeminibus jam matureſcentibus contuſorum, libras tres,
Olei defæcatiſſimi, libras duas,
Croci, ſcrupulos qvatuor.

Macera Flores in Oleo triduum, poſtea ad conſumtionem humiditatis coqve, tandem exprime & Colaturæ expreſſæ adde:

Terebinthinæ claræ, libras duas.

### OLEUM IRINUM.

℞. Radicum Iridis noſtratis, libras duas,
Florum ejusdem, libras qvatuor,
Aquæ decoctionis radicum, Iridis, quantum ſufficit,
Olei Olivarum veteris puri, libram unam ſemis.

Coquantur ad ſuperflui humoris conſumtionem omnimodam & exprimantur.

### OLEUM LAURINUM.

E baccis Lauri recentibus expreſſum

advehi ſolet cujus tamen defectu, ê baccis Lauri, quàm haberi poſſunt recentibus, coctione cum Aquâ ſimplici, quantitate proportionatâ affuſâ, ſufficienti, impetrari poteſt, Aquæ, cum expreſſione forti colatæ, ubi refrigerata fuerit, innatans.

### OLEUM LILIORUM ALBORUM.

℞. Foliorum Liliorum alborum, antheris rejectis, libram unam,
Olei Olivarum clari, libras tres.

Inſolentur octiduum, poſteà colentur & exprimantur, iteratâ etiam, ſi placet, infuſione ac inſolatione, novis Floribus additis.

### OLEUM LINI EXPRESSUM.

Rec. Seminis Lini contuſi & parumper toſti, qvantum libet.

Incluſum cilicio exprimatur fortiſſimè.

### OLEUM LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

Rec. Lumbricorum terreſtrium ſtupæ adminiculo purgatorum, libram circiter ſemis,

Vino lotis affunde
Olei Roſarum, libras duas.

Coque moderato igne ad humiditatis exhalationem, & colatum Oleum ſerva.

### OLEUM LUMBRICORUM COMPOSITUM.

Rec. Lumbricorum terreſtrium, libram unam,
Granorum Juniperi, unciam unam,
Herbæ Agrimoniæ,
Chamæpithyos,
Rorismarini,
Salviæ recentis, ana manipulos duos,
Florum Chamomillæ,
Sambuci,
Primulæ veris recentium, ana manipulum unum,



Olei Olivarum optimi, libras quatuor,
Vini Gallici optimi, uncias ſex.

Coqvantur ad conſumtionem vini.

### OLEUM MACIS EXPRESSUM.

E Macis electi pulvere recens comminuto, ac parùm in ſartagine mundâ ſricto & Cilicio incluſo, torculari, ut moris eſt, exprimitur.

### OLEUM MANDRAGORÆ.

Rec. Corticum radicum Mandragoræ, libram unam,

Contuſi coqvantur in ſufficienti aquæ quantitate, Colaturæ hujus expreſſæ, adde:

Succi capitum Papaveris nigri, uncias tres,
Hyoſciami albi, uncias duas,
Cicutæ teneræ, unciam unam,
Olei Violarum, libras duas.

Coquantur cum Oleo ſucci ad humidi conſumtionem usque, quibus colatis ſecundum artem, Opii tandem & Storacis Calamitæ ana uncia ſemis addatur.

### OLEUM MASTICHINUM.

Rec. Maſtiches electæ, uncias tres.

Diſſolve lento igne in Olei Roſarum libra unâ, poſteà cola & ſerva.

### OLEUM MENTHÆ.

E Menthâ criſpâ fit adinſtar Oleorum reliquorum Vegetabilium, addito Oleo defæcatiſſimo, leni coctione & evaporatione humiditatis, tandemque colaturâ cum levi expreſſione.

### OLEUM MOMORDICÆ.

Fôdem modo fit è fructibus Momordicæ recentibus maturis, in fruſta conciſis & Oleo puriſſimo maceratis; aut

Fructus, unà cum Seminibus in mortario conquaſſandi, affundendo

ſenſim ſenſimqve Oleum Olivarum tepidum.

†. *Obtinuit hoc Oleum à multo jam jam tempore laudem egregii balſamici & conſolidantis remedii, quam ipſam etiam virtutem innumeris exemplis hactenus ſatis comprobatam dedit. LONICERUS ipſi adeo inſignem efficaciam conſolidantem adſcribit, ut etiam membra diſſecta ejus beneficio iterum conſolidari poſſe autumet, ſicque auris alba, Equo talis coloris recenter abſciſſa, alteri nigro equo agglutinari queat. Solis quoque foliis Momordicæ ſimiles ferè adſcribit virtutes* Georg. à TURRE Hiſtor. Plantar. Lib. II. cap. 74. *his verbis*: Folia recentia glutinant, ſi contuſa hiantibus vulneribus apponantur, nervorum ſolutas unitates, quorum etiam puncturis mirificè opitulantur; cicatrices tota planta delet. *Conſer. etiam ZORNII* Botanolog. p. 107. *inprimis vero* Annales Phyſ. Med. Wratislav. Ano. 1722. Menſ. Aug. Claſſ. IV. Artic. 17. & Ann. 1725. Menſ. Novemb. Claſſ. IV. Art. 20. *quo ultimo loco Oleum hocce ad Hernias curandas, unacum ſingulari aliquo Emplaſtro, cujus deſcriptionem* DION in de Verhandeling van alle de Chirurgicale Operation, pag. 239. *tradit, eximiè commendatur, eoque ipſo infantum Hernias etiam absque ſubligaturâ curari poſſe aſſeritur.*

### OLEUM MYRRHÆ COMPOSITUM.

℞. Myrrhæ rubræ electæ, uncias duas ſemis,
Maſtiches electæ, uncias tres,
Aloës epaticæ,
Salis communis, ana uncias ſex.

Contuſa, igne lento ſummâ diligentiâ è retortâ vitreâ, balneo ſicco, deſtilla, prodibit primò aqva, deinde Oleum.

### OLEUM MYRTILLORUM.

Rec. Baccarum Myrtilli recentium, ſi habentur; ſin minùs, ſiccatarum ac vino maceratarum libram unam,



Olei Olivarum, libras tres.

Coqvantur ad humoris conſumtionem, poſteá cum expreſſione leni colentur.

### OLEUM NARDINUM.

Rec. Spicæ Nardi Indicæ, uncias quatuor,
Olei Seſamini, libras duas.

Spicam Oleo affuſo macera, ac poſt ſufficientem macerationem & digeſtionem cum aliqvali expreſſione cola.

### OLEUM NICOTIANÆ.

E foliis Nicotianæ recentibns conquaſſatis, aut ſiccis vino maceratis, & cum Olei Olivarum defæcati ſufficienti quantitate, ad humiditatis exhalationem usque coctis, tandemque expreſſis, adinſtar reliquorum è vegetabilibus coctorum oleorum, Menthæ fortè aut ſimilium, fit.

### OLEUM NUCUM JUGLANDIUM EXPRESSUM.

Modus exprimendi cum Amygdalis convenit, niſi quod hæ decorticatione non indigeant, & modicam ignis toſturam ante expreſſionem ferant.

### OLEUM NUCIS MOSCHATÆ EXPRESSUM.

Ad inſtar Olei Macis è nucibus Myriſticis, quantùm fieri poteſt recentibus, in pulverem redactis, ac, aut vapore aquæ ferventis irroratis, aut etiam ſine illo, ſolùm fervefactis, exprimitur.

### OLEUM NYMPHÆÆ.

E Floribus Nymphææ albæ fit, ad normam Olei Liliorum albotum, cum Oleo optimè defæcato, niſi quòd poſt inſolationem aliquali coctura indigeat, donec gutta, prunis injecta, ſtridorem nullum edat.

## OL.

### OLEUM OLIVARUM.

Aliunde nobis advectum proſtans, ſelectu tantùm indiget.

### OLEUM OVORUM EXPRESSUM.

Rec. Ovorum recentium ad duritiem coctorum, numero centum.

Exemtos vitellos & comminutos in ſartagine igne leni aſſos, movendo ſpatulâ, donec ruffeſcant ac pinguedinem ſudare incipiant, tum cilicio incluſos prælo ſubjice & Oleum omne elice.

### OLEUM RANARUM.

Rec. Ranarum fluviatilium, libram unam,
Olei Roſarum, libras tres.

Coqvantur ad planam ranarum diſſolutionem, tum colentur & ritè ſervantur.

### OLEUM PAPAVERIS EX SEMINE.

Paratur eôdem, qvo Oleum ſeminis Hyoſciami, modo.

### OLEUM DE PIPERIBUS.

Rec. Piperis albi,
nigri,
longi, ana drachmas tres,
Myrobalanorum Chebularum,
Emblicarum,
Indarum, ana drachmas quinque,
Radicum Apii,
Fœniculi, ana drachmas quatuor,
Summitatum Hyſſopi,
Rutæ, ana manipulum unum,
Turbith gummoſi, drachmas duas,
Zingiberis, drachmas tres.

Coquantur in ſufficienti qvantitate aquæ ad conſumtionem tertiæ partis. Colaturæ libræ uni adde Aceto diſſolutorum

## OL.

Gummi Ammoniaci,
Opopanacis,
Sagapeni, ana drachmas duas cum ſemiſſe,
Olei Amygdalarum dulcium libras duas.

Coquantur ad humidi omnis exhalationem continuè ſpatulâ movendo, donec gutta prunis inſperſa non ampliùs ſtrideat.

### OLEUM POPULEUM.

℞. Gemmarum Populi nigri, Veris initio collectarum, libras tres,
conquaſſatis affunde:
Olei Olivarum puriſſimi, libras ſeptem.

Macerentur aliquamdiu, tum ad humiditatis conſumtionem coquantur, exprimantur & colentur.

### OLEUM ROSARUM.

E Roſarum rubrarum nondum plenè hiantium, libra unâ ſemis, &
Olei Olivarum clari, libris quatuor, paratur, juxta normam Olei Nymphææ.

### OLEUM RUTÆ.

Fit ut Abſinthii, ex Oleo claro ac Rutæ foliis, coqvendo.

### OLEUM SAMBUCI è FLORIBUS.

Hoc, parandi modô, Oleum imitatur Florum Chamomillæ & aliorum.

### OLEUM SCORPIONUM.

Rec. Scorpionum vivorum, numero triginta,
Olei communis defæcatiſſimi, libras duas.

Mergendo in Oleum Scorpiones & inſolando diebus æſtivis calidiſſimis triginta circiter.

OLE-

OLEUM SEPTEM FLORUM MYNSICHTI.

Infundantur ſuo quique tempore Flores recentes, in optimo ſuo vigore collecti, ſeorſim

Violarum,
Sambuci,
Roſarum,
Chamomillæ,
Liliorum alborum,
Verbaſci,
Malvæ arboreæ rubri.

Macerentur & exponantur Solis radiis æſtivis & poſt ſufficientem macerationem ſigillatim exprimantur validè, expreſſo cuivis Oleo ſui generis recentes imponantur Flores, inſolentur & exprimantur, idqve aliqvoties, recentibus Floribus adjectis, repetatur, ſicqve anodinum verèqve balſamicum tandem è conjunctis nanſciſceris Oleum.

OLEUM SESAMINUM.

E Seſami ſemine eôdem modo, qvo Papaveris Oleum, aut Lini, prælo elicitur.

OLEUM STOMACHICUM CRATONIS.

Rec. Summitatum Abſinthii, manipulum unum,
Caryophyllorum,
Santali citrini, ana drachmas duas,
Foliorum Roſarum rubrarum,
Macis, ana drachmas duas ſemis,
Olei Abſinthii ſimplicis, libram unam.

Poſt debitam macerationem & inſolationem leniter ebulliant, ac cum aliqvali expreſſione colentur.

OLEUM SULPHURIS PER CAMPANAM.

E Sulphure flavo, aut, ut nonnnullis placet, vivo potiùs, arſenicalis malignitatis non participe, in pulverem redacto, in ſcutellâ terreâ non nimis amplâ, nec altâ nimis, patinæ vitreæ latæ, interveniente ſuſtentaculo vitreo, impoſitâ, & ſuſpenſo deſuper receptaculo amplo vitreo, campanæ formâ prædito, deflagrante, paratur: Coagulato nimirùm in campanâ Sulphuris fumo, indeqve in ſubſtratam ipſi patinam deſtillante. Ubi obſervandum, aëre udo & pluvioſo feliciùs hoc ſuccedere negotium, plusqve Olei, (haud adæqvatè ſic dicti) qvàm ſicco, aut ſereno cœlo colligi.



OLEUM VERBASCI FLORUM.

Eâdem, qvâ Oleum Liliorum alborum, aut Chamæmelinum, methodo fit.

OLEUM VIOLARUM.

Cum Oleo Roſarum, qvâ parandi modum, convenit.

OLEUM VULPINUM.

Rec. Vulpem mediæ ætatis recens captam, exenteratam & in fruſta diſſectam, conqvaſſatis etiam oſſibus, affuſis
Aqvæ fontanæ,
Olei Olivarum clari, ana libris qvatuor,
Ac addendo Salis, uncias qvinqve,
Coqve & inter coqvendum
Anethi,
Thymi, ana libram unam

Adjiciendo, continuèqve coqvendo, donec caro ab oſſibus ſponte ſecedat omnis, ac humiditas planè ſit conſumta, fit, tum exprimendo coletur ac ſervetur.

ORVIETANUM.

Vide Electuarium Orvietani.

OXYMEL COMPOSITUM.

Rec. Radicum mundatarum ac contuſarum, Apii,
Aſparagi,
Fœniculi,

OX.

Petroſelini,
Ruſci, ana uncias duas,
Seminis Aniſi,
Apii,
Fœniculi,
Petroſelini, ana unciam unam.

Macerentur in Aceti Vini, libr. unâ ſemis,
Aqvæ fontanæ limpidæ, libris ſex,
Horas viginti qvatuor, poſteà ad exhalationem tertiæ partis coqvantur;
Colaturæ addantur Mellis, libræ tres, bulliantqve ac deſpumentur, ut artis eſt, ad juſtam usqve puritatem ac conſiſtentiam.

OXYMEL SIMPLEX.

Rec. Aceti Vini acerrimi, libram unam,
Aqvæ ſimplicis claræ, libras qvatuor,
Mellis, libras duas.

Mel priùs cum aqvâ coqvatur, ac inter coqvendum probè deſpumetur; Conſumtâ omni ferè aqvâ Acetum demùm addatur, ac unâ ſaltem, aut alterâ ebullitione fiat Oxymel debitæ conſiſtentiæ.

OXYMEL SQVILLITICUM COMPOSITUM.

Rec. Cardamomi minoris,
Hyſſopi ſicci,
Leviſtici,
Origani,
Stœchados,
Thymi, ana drachmas qvinqve,
Paſſularum exacinatarum, uncias duas.

Coqvantur in aqvæ libris duabus ad medietatis conſumtionem. Colaturæ adde:

Aceti ſquillitici, libram unam ſemis,
Succi Bryoniæ, uncias qvinqve,
Mellis deſpumati, libras duas cum ſemiſſe.

Bulliant ac deſpumentur, ut artis, ſicqve ad juſtam decoqvantur conſiſtentiam.

OXYMEL SQVILLITICUM SIMPLEX.

E Mellis deſpumati libris tribus, ac Aceti ſqvillitici libris duabus, coctione ſecundum artem fit.

OXYSACCHARUM COMPOSITUM.

Rec. Radicum Aſparagi,
Fœniculi,
Graminis,
Ruſci,
Herbarum Aſplenii,
Capillorum Veneris,
Hepaticæ fontanæ,
Lingvæ Cervinæ,
Polytrichi,
Violarum, ana unciam unam.

Infundantur in ſucci Granatorum acidorum libris octo. Macerentur tridùum, tum modicè bulliant & cum expreſſione tandem colentur. Colaturæ addantur Sacchari albiſſimi, libræ qvatuor, & ad Syrupi conſiſtentiam coqvendo redigantur.

OXYSACCHARUM SIMPLEX.

Rec. Sacchari albiſſimi, libram unam, diſtemperetur in Aceti Vini acris, unciis qvatuor, & ſuper igne in illo liqveſcat, qvibus adde ſucci Granatorum acidorum, uncias octo, & vel unicâ ebullitione ad conſiſtentiam Syrupi reducatur.

OXYSACCHARUM SQVILLITICUM.

Eôdem fit modo, qvo Oxymel ſqvilliticum, Melli ſolùm Saccharum ſubſtituendo.

PASSULÆ LAXATIVÆ.

Rec. Aqvæ Endiviæ, libras duas ſemis, in qvâ macerentur foliorum Senæ

Panis Cydoniorum cum aromatibus
zdum Plenum. IV.

℞ Pulpæ Cydoniorum coctorum
℔ cribrum trajectæ ℔viii
Sacchari albi ℔-iv
evaporent ad justam consisten-
tiam, adde
Caryophyllorum ℥ij
Cinamom. flavedinis cortic.
Cibi recentium incisorum
à ℥vj.
m. et affundat pasta in scatulas
leniter corroborat; hinc ad ven-
triculum et intestina relaxata
atque inde ortas diarrhoeas de
vocatulis exhibetur. Dos. ℥ß ad ℥j
paratur etiam sine aroma-
tibus et calidis boliosis com-
mendatur.

PA.

Sennæ Orientalis, sine stipitibus, crassè contusorum, unciæ qvatuor,
Cinnamomi electi,
Zingiberis albi, ana drachma una semis,

Horas octo; posteà ebulliant leniter & cum expressione aliquali colentur; Colaturæ addantur:

Passularum majorum exacinatarum, libra una,
Sacchari albi, unciæ qvatuor,

atqve post unam alteramve ebullitionem asserventur.

Eâdem ratione etiam fiunt *Passulæ laxativæ minores.*

PASTILLI PRO FUMO COMMUNES.

℞. Corticum Thymiamatis,
Gummi Benzoës,
Storacis Calamitæ,
Olibani,
Succini flavi electi, ana unciam unam,
Mastiches,
Baccarum Juniperi,
Ligni Aloës, ana unciam semis,
Rhodii, drachmas sex,
Florum Lavendulæ, drachmas duas,
Styracis liqvidæ, uncias duas,
Sacchari albissimi,
Ceræ novæ fragrantis,
Terebinthinæ claræ, ana unciam unam,
Carbonum Tiliæ, libras tres.

Redactis in pulverem redigendis, excipiantur omnia Mucilagine Gummi Tragacanthi, cum Aquâ Rosarum fragrantissimâ factâ, & fiat massa, indeqve pastilli.

PHILONIUM ROMANUM.

℞. Piperis albi,
Seminis Hyoscyami albi, ana drachmas qvinqve,
Opii depurati, drachmas duas semis,
Cassiæ lignæ,

PH.

Cinnamomi electi, ana drachmam unam semis,
Apii,
Euphorbii,
Myrrhæ, ana drachmam unam,
Seminis Dauci Cretici,
Fœniculi,
Petroselini Macedonici, ana scrupulos duos,
Croci optimi,
Nardi Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ, ana scrupulum unum,
Mellis optimè despumati, triplùm, seu uncias octo circiter.

Misce fiat lege artis Electuarium.

PHILONIUM PERSICUM CUM & SINE EUPHORBIO.

Rec. Seminis Hyoscyami albi,
Piperis albi, ana drachmas decem,
Opii optimè depurati,
Terræ Lemniæ, ana drachmas qvinqve,
Lapidis Hæmatitæ,
Croci, ana drachmas duas semis,
Trochiscorum Ramich,
Euphorbii,
Pyrethri,
Castorei,
Zedoariæ,
Doronici,
Spicæ Indicæ,
Matris Perlarum præparatæ,
Succini electi, ana drachmam semis,
Camphoræ, scrupulum semis,

Mellis despumati triplùm, seu uncias qvindecim præter propter.

*Nota: Demto Euphorbio, cum tutius nonnullis videatur medicamentum, utroque modo præparatum, quò cujuslibet desiderio satisfieri posset, ut in Officinis nostris præstaret, placuit. Ratione Trochiscorum Ramich consule Pharmacopœam Augustanam p. 166.*

PILULÆ DE AGARICO.

Rec. Agarici, drachmas tres,
Pulpæ Colocynthidis,

PI.

Gummi Sarcocollæ, ana drachmas duas,
Radicum Iridis Florentinæ,
Marrubii,
Myrrhæ, ana drachmam unam,
Specierum Hieræ picræ Galeni, unciam ſemis,
Turbith gummoſi, drachmas qvinqve,
Sapæ, qvantùm ſufficit.

Miſce fiat lege artis Maſſa pilularis.

PILULÆ ABSORBENTES.

Rec. Matris Perlarum præparatæ, unciam unam,
Extracti Radicis Vincetoxici, drachmas duas,
Miſceantur & formentur Pilulæ.

PILULÆ AGGREGATIVÆ MAJORES.

Rec. Succi inſpiſſati Abſinthii, Agerati, ana drachmas tres,
Rhabarbari electi,
Myrobalanorum Citrinarum, ana unciam ſemis,
Chebularum,
Indarum,
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii Qverni, ana drachmas duas,
Aloës ſuccotrinæ,
Diagrydii,
Turbith gummoſi, ana drachmas ſex,
Aniſi,
Epithymi,
Maſtiches,
Roſarum,
Zinziberis,
Salis gemmæ, ana drachmam unam.
Cum Syrupi Roſarum ſolutivi, qvantùm ſufficit,
fiat Maſſa, ut artis.

PILULÆ DE ALOE LOTA.

Rec. Aloës, ſucco Roſarum lotæ, unciam unam,

PI.

Agarici recenter trochiſcati, drachmas tres,
Maſtiches electæ, drachmas duas,
Specierum diamoſchi dulcis, drachmam ſemis.

Cum vino Malvatico fiat pilularum Maſſa.

PILULÆ DE ALOE ET MASTICHE.

Rec. Aloës ſuccotrinæ, unciam unam,
Maſtiches electæ, unciam ſemis,
Caryophyllorum,
Foliorum Roſarum rubrarum, ana drachmam unam,
Croci optimi,
Diagrydii, ana ſcrupulos duos.

Cum ſucci Abſinthii, qvantùm reqviritur, paretur Maſſa.

PILULÆ DE ALOE ROSATA.

Rec. Aloës ſuccotrinæ, Roſarum ſucco ter nutritæ, ac ultimâ vice ad conſiſtentiam maſſæ pilularis inſpiſſatæ, qvantùm vis.

Fiant inde cum Syrupo Roſarum ſolutivo, aut Vino, ubi res exegerit, Pilulæ.

PILULÆ ALOEPHANGINÆ.

Rec. Radicum Aſari,
Calami aromatici,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Macis,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ, ana unciam unam,
Summitatum Abſinthii ſiccarum,
Foliorum Roſarum ſiccarum, ana drachmas qvinqve.

Fiat aromatum omnium pulvis ſubtiliſſimus, cujus medietas coqvatur, affuſis qvatuor aqvæ fontanæ libris, ad mediæ partis conſumtionem, igne leni, tum

Pill. aethiopica edun Pharm. W.

℞. aethiop. mineral ℥j. regul. tui medicinal
gm Guajaci à ℥ß. extract. Sarsaparill ℥j.
f. massa pillularum.

+. In Scabie maligna, hydrope, febre
quartana, ulceribus fetidis.

Dos. est a gr. xii. ad gr. xxiv ad ℥ß.
Etiam partem aethiopis et septam
regulus f constituit.

PI.

tum colatur cum expreſſione fortì. In colaturâ ſolvatur Aloës ſuccotrinæ, aqvâ pluviâ ſolutæ & depuratæ, libra una, qvæ evaporando reducatur ad extracti molliusculi ſpiſſitudinem, ita ut cum pulveris ſubtiliſſimi reliqvo, ut &

Maſtiches, unciâ unâ ſemis,
Myrrhæ electæ, drachmis qvinqve,
Croci, drachmis tribus,

exactè miſcendo in pilularem Maſſam juſtæ conſiſtentiæ redigi poſſit.

PILULÆ DE AMMONIACO.

Rec. Gummi Ammoniaci depurati, cum aceto ſcillitico ſoluti, drachmas ſex,
Extracti Aloës ſuccotrinæ, uncias qvatuor,
Myrrhæ electæ, unciam ſemis,
Maſtiches electæ,
Specierum diatrion Santalorum, ana drachmam unam ſemis,
Croci optimi,
Salis Abſinthii,
Fraxini, ana ſcrupulos duos.

Cum Syrupo de Stœchade fiat maſſa.

PILULÆ ANGELICÆ.

Rec. Succorum depuratorum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Cichorii,
Endiviæ,
Fumariæ,
Lupuli, ana uncias qvatuor,
Roſarum Damaſcenarum, libram unam.

Solve in illis Aloës ſuccotrinæ, libram unam, ac leni igne eousqve inſpiſſa, ut admiſtis.

Pulveris Rhabarbari electi, unciâ unâ,
Agarici recens trochiſcati, unciâ ſemis,
Cinnamomi electi, drachmis duabus,

Maſſa fiat pilularis juſtæ conſiſtentiæ.

PILULÆ ANTIMONIALES.

Fiant ex Antimonio crudo ſubtiliſſimè pulveriſato cum ſufficenti qvantitate Succi Liqviritiæ, & parum Aqvæ.

PI.

PILULÆ APERIENTES
D. D. STAHL.

Rec: Aloës roſatæ, drachmas duas,
Extracti panchymagogi Crollii, drachmam unam,
Pulveris tenuiſſimi Limaturæ Martis, drachmam ſemis,

Fiant, lege artis, pilulæ.

PILULÆ AUREÆ.

Rec. Aloës Succotrinæ,
Diagrydii, ana drachmas qvinqve,
Seminis Aniſi,
Fœniculi, ana drachmam unam ſemis,
Apii,
Foliorum Roſarum rubrarum, ana drachmas duas ſemis,
Maſtiches electæ,
Croci orientalis optimi,
Pulpæ Colocynthidis, ana drachmam unam,

Mellis Roſati ſolutivi, qvantùm ſufficit, pro maſſa pilulari parandâ.

PILULÆ CATARRHALES.

Rec. Maſſæ Pilularum de Succino,
Extracti Pilularum Cochiarum, ana unciam unam,
Diagrydii ſulphurati, drachmas ſex,

Cum ſufficienti qvantitate Eſſentiæ Succini fiat Maſſa pilularum, è qvâ formentur pilulæ grani unius ponderis.

PILULÆ CEPHALICÆ.

℞. Maſſæ Pilularum aurearum,
Cochiarum,
Lucis majorum, ana unciam ſemis,
Diagrydii Sulphurati, drachmas duas,
Olei deſtillati Fœniculi, guttas viginti.

Fiat, lege artis, maſſa.

PI.

PILULÆ COCHIÆ RHASIS.

Rec. Specierum Hieræ picræ Rhasis, drachmas decem,
Pulpæ Colocynthidis, unciam semis,
Diagrydii, drachmas duas semis,
Turbith,
Stœchados Arabicæ, ana drachmas qvinqve.

Cum qvantitate sufficiente Syrupi de Stœchade paretur massa.

PILULÆ de CYNOGLOSSO.

Rec. Radicum siccarum Cynoglossi,
Seminis Hyoscyami albi,
Opii depurati, ana unciam semis,
Myrrhæ, drachmas sex,
Thuris, drachmas qvinqve,
Styracis Calamitæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi, ana drachmas duas.

Cum Succi de Cynoglosso & Syrupi Violarum ana, ex arte fiat Pilularum massa.

†. *Rarum ab usu harum Pilularum, virtute non nisi anodyná propriè praditarum, effectum aliquando observavit Celeb. b. m. LENTILIUS, in* A. N. C. Dec. II. Ann. V. & VI. Obs. 202. *dum nempe in Viduâ 45. annorum, quæ Catarrho acri in fauces depluente & tussim ibi excitante laborabat, pauca ipsarum grana semper qvinqvies vel sexies alvum moverunt, non sine anxietate, qvin imò lipothymiis, ut etiam, cum ter eas assumsisset, prorsus desistere ab ipsarum usu coacta fuerit. Quamvis autem vim purgantem Opii aliqui itidem jam notârint, quos recenset Magnif. b. m. WEDELIUS* Opiolog. Lib. II. Sect. I. cap. 5. *tamen Idem Celeb. Autor fatetur pag. 92. se vomitum quidem frequentius, diarrhœam rarò hinc observasse. Interim scopo leniente & anodyno variis, pro re natâ, commisceri possunt medicamentis, habentque securiorem, præ reliquis Opiatis, usum & effectum, dummodo non præmaturè, nec in majori, quam par est, dosi, exhibeantur.*

PILULÆ FOETIDÆ MAJORES.

Rec. Aloës Succotrinæ,

PI.

Gummi Ammoniaci,
Bdellii,
Opopanacis,
Sagapeni,
Colocynthidis,
Epithymi,
Seminis Rutæ hortensis, cum aceto Rosarum acerrimo macerati, sicqve juxta Dominos Augustanos præparati, ana drachmas qvinqve,
Esulæ,
Diagrydii,
Castorei,
Cinnamomi,
Croci,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam,
Euphorbii, scrupulos duos,
Turbith, unciam semis,
Zinziberis, drachmam unam semis.

Cum Succi depurati Porri, qvantùm sufficit, fiat massa.

†. *Communiter hæ Pilulæ humores lentos & viscidos, inprimis autem pituitam crassam & viscidam, evacuare creduntur, eaque propter doloribus arthriticis, colicis, &c. mederi creduntur: Cum vero satis drasticæ sint qualitatis, hinc meritò cautè in usum vocandæ & non nisi robustioribus concedendæ erunt.*

PILULÆ FRANCOFURTENSES.

Harum præparatio, cum arcanam Domini Francofurtenses esse velint, atqve descriptiones earum admodùm varient, utut Aloën succo Violarum nutritam materiam illarum esse plurimi, fortassis non immeritò, contendant, Autoribus illarum relinqvitur, itideqve tanqvam natali illarum foco, â Pharmacopœis nostris ut petantur, qvò de sinceritate illarum constet, æqvum est. Harum tamen vices, in defectu illarum, sustinere possunt:

PILULÆ BEROLINO-FRANCOFURTENSES.

Rec. Succi recentis Borraginis,
Buglossi, ana libram unam,

Vio-



PI.

Violarum purpurearum, libras tres,
Carduibenedicti,
Veronicæ,
Chamæpityos,
Chamædryos, ana libram semis;

Quibus Succis depuratis infunde:

Foliorum Sennæ Alexandrinæ selectæ, uncias qvatuor,
Aloës succotrinæ, libram unam semis.

Digere, extrahe, solve, cola & lege artis inspissa in Massam pilularum justæ consistentiæ, è quâ dein pilulæ formentur, ciceris, aut ervi magnitudine.

PILULÆ GUMMOSÆ ALTERANTES FR. SYLVII.

Rec. Gummi Galbani aceto Scillitico, aut saltem Vini destillato, depurati, vel ejus loco Gummi Ammoniaci eodem modo depurati, scrupulos duos,
Vitrioli Martis, leni calore ad albedinem blandè calcinati,
Succini albi, aut flavi saltem, electi, ana scrupulum unum,
Myrrhæ rubræ,
Castorei optimi,
Croci Orientalis, ana scrupulum semis,
Olei Mastiches destillati, guttas octo, aut qvantùm sufficit.

Misce fiat lege artis Massa pilularis.

PILULÆ GUMMOSÆ EVACUANTES FR. SYLVII.

Rec. Gummi Galbani, aut Ammoniaci, prædicto modo præparati, scrupulos duos,
Vitrioli Martis ad albedinem blando calore exsiccati,
Mastiches electæ, ana scrupulum unum,
Castorei optimi,
Myrrhæ rubræ, ana grana qvindecim,

PI.

Croci Orientalis, scrupulum semis,
Trochiscorum Alhandal, drachmam unam,
Resinæ Jalappæ,
Scammonii, ana scrupulum unum,
Olei Corticum Citri, scrupulum semis, aut qvantùm satis.

Misce fiat Massa pilularis, ex arte.

PILULÆ HIERÆ CUM AGARICO.

Rec. Specierum Hieræ picræ Galeni,
Agarici recens trochiscati, ana unciam semis,
Aloës succotrinæ, unciam unam,
Mellis rosati, qvantùm satis,

Fiat Massa.

PILULÆ LUCIS MAJORES.

Rec. Euphrasiæ, drachmam unam,
Absinthii,
Rosarum,
Violarum,
Epithymi,
Radicum Calami aromatici,
Asari,
Seminis Anisi,
Fœniculi,
Rutæ,
Seseleos Massiliotici,
Caryophyllorum,
Cassiæ ligneæ veræ,
Cardamomi minoris,
Cinnamomi,
Croci,
Cubebarum,
Macis,
Mastiches,
Nucis Moschatæ,
Pulpæ Colocynthidos,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Turbith gummosi,
Xylobalsami, ana scrupulum unum,
Myrobalanorum omnium,
Rhabarbari electi, ana scrupulos duos,
Agarici recens trochiscati,

PI.

Foliorum Sennæ, ana ſcrupulos duos ſemis,
Aloës Succotrinæ, ad pondus omnium, nimirum unciam unam ſemis circiter.

Cum ſucci Fœniculi qvantitate ſufficiente fiat maſſa pilularum, lege artis.

*Nota: Pro Carpobalſamo, ingredientibus hujus compoſitionis à Meſue connumerato, Cardamomum minus ſubſtitutum eſſe. Xylobalſami vices Xylaloë, ſeu Lignum Aloës, ſubire in defectu poteſt.*

†. *Phlegmagoga inprimis hisce Pilulis aſſignatur virtus, & ſpecificè excrementa pituitoſa è Cerebro & Oculis evacuare, hacqve ratione viſum qvam maximè confortare creduntur, nervos opticos ſimul ab obſtructione liberando; quod an veritati ſemper ita reſpondeat, ulteriori experientiâ indagandum erit.*

PILULÆ MAROCOSTINÆ.

Ex Extracto Marocoſtino, pro exigentiâ ægri & intentione Medici parari è veſtigio poſſunt.

PILULÆ MASTICHINÆ.

℞. Maſtiches electæ, unciam ſemis,
Agarici optimæ notæ, drachmas tres,
Aloës ſuccotrinæ, drachmas decem.

Cum Mellis roſati qvantitate ſufficienti fiat ex arte Maſſa pilularis.

PILULÆ MERCURIALES.

℞. Extracti Panchymagogi Crollii, Catholici,
Mercurii dulcis,
Diagrydii ſulphurati, ana.

Fiat cum ſufficienti qvantitate Spiritûs Vini rectificati Maſſa.

PILULÆ MERCURIALES AVICENNÆ.

℞. Aloës Succotrinæ, unciam unam,
Croci Orientalis optimi,
Myrrhæ rubræ, ana unciam ſemis.

Cum Vino generoſo & odoro fiat Maſſa.

PILULÆ PESTILENTIALES RUFFI.

℞. Aloës puriſſimæ,
Gummi Ammoniaci depurati, ana unciam unam,
Myrrhæ ſelectæ, unciam ſemis.

Paretur cum Succo Limonum maſſa.

PILULÆ POLYCHRESTÆ.

Habent hæ Authorem primum D. *Johannem Joachimum BECHERUM*, ſcriptis variis inclytum, qvi illas in *Pſychoſophiâ ſuâ, quæſt. 135.* prolixè commendat, qvæqve applauſum haud aſpernendum conſecutæ, à celebribus etiam Medicis æſtimantur, additamentis quibusdam pro genio cujusqve & ingenio, ſi non melioratæ, ſaltem interpolatæ, pro arcano peculiari habentur. Harum deſcriptio ab ipſo Authore nonnullis communicata hæc eſt:

℞. Extracti Cardui benedicti,
Cochleariæ,
Abſinthii,
Gvajaci,
Rhabarbari,
Granorum Kermes,
Croci Auſtriaci,
Mithridatii Veneti,
Gummi Hederæ,
Sandaracæ,
Aloës optimæ,
Myrrhæ electæ,
Florum Sulphuris, ana drachmam ſemis.

Cum ſufficiente qvantitate Elixirii proprietatis Paracelſi fiat maſſa pilularum, è qvâ formentur pilulæ, ciceris magnitudine.

†. *Aliam quodammodo compendioſiorem harum Pilularum deſcriptionem, tradit FRAUNDORFFERUS* in Tab. Smaragdina p. 286. ſq. *ex Extr. Abſynth. Card.*

Pilulae Mercuriales rdum Pharm. W.

℔ ~~Hoc optime Zjß~~

℔ Extracti Panchymag.
Catholici
Resin Jalapp.
Mercurii dulcis
Diacrydii à ℥j.
Essent. Cinni Sassafras q. s.

f. massa

Non solum in morbis veneris, sed etiam aliis a lymphae vitiis ortis et ad lumbricos expellendos devi porsunt.

Dos. gr. XII. ad XV

Pil polychrestae Balsamicae Pharm. Mil.

℞ Aloes succo citri parati ℥ij ß.
absynth. Cent. min Scrupul. Cochlear.
Myrrhae elect. à ʒiij
℥ Hederae resinae Juniperi sive Sandaracae
Mastich. elect. bentoes à ʒß.
f. massa, ex qua formentur pilulae foliis
lunae obducendae

Pilulae hae, nisi eaedem, tn. haud multo in-
feriores cum illis celeberrimi Stahlii vires
habent; alvum leniter exstimulant, aperiunt
incidunt, et ventriculum, cum reliquis vis-
ceribus, roborant.
Dos. ʒß ad. ʒj.

PI.

*Card. ben. Cochlear. Fumar. ana unciâ unâ, Myrrhæ rubræ, Terebinth. Ven. ana unciâ unâ semis, Gummi Hederæ, Juniperi, ana unciis tribus Crem. Tart. scrupulo uno Gumm. Benzoes, Flor. Sulph. Aloes ana unciâ unâ, additâ Essent. Absinth. q.s. constantem, quæ in quibusdam Casibus hanc forsitan virtute adhuc exsuperabit.*

PILULÆ POLYCHRESTÆ ALIÆ.

Rec. Resinæ Jalappæ, scrupulos duos,
Trochiscorum Alhandal, scrupulum unum,
Aloës epaticæ, scrupulum semis.

Misce & cum Aqvâ Cichorei formentur pilulæ, è scrupulo uno sex numero, qvæ illinantur Oleo stillatitio anisi, vel macis, majoranæ, rorismarini, citri, vel similium, pro ratione affectûs & partis affectæ.

PILULÆ POLYCHRESTÆ.

℞. Extracti Cochleariæ, unciam semis,
Cardui benedicti,
Absinthii, ana drachmas tres,
Ellebori nigri,
Rhabarbari, ana drachmam unam,
Fumariæ,
Agrimoniæ,
Rutæ murariæ,
Millefolii,
Cascarillæ,
Gentianæ rubræ,
Lumbricorum terrestrium,
Gummi Hederæ,
Sandaracæ,
Myrrhæ,
Aloës lotæ,
♃ Tartari Vitriolati, ana drachmas duas,
Terebinthinæ Venetæ,
♃ Balsami Indici nigri, ana drachmam unam.

Misce, fiat Massa.

PI.

†. *Quodsi ex prioribus sex Extractis tantum atque Gummatibus, omissis omnibus reliquis, quin ipso etiam Balsamo Indico, parare cuipiam placuerit hasce Pilulas, compendiosioris non solum methodi, sed & paulò exactiorum forsitan virtutum obtinebit medicamentum.*

PILULÆ SINE QVIBUS ESSE NOLO.

Rec. Aloës succotrinæ purissimæ, uncias duas,
Absinthii,
Agarici,
Cuscutæ,
Mastiches,
Myrobalanorum omnium,
Rhabarbari selecti,
Foliorum Rosarum,
Sennæ Alexandrinæ,
Violarum, ana drachmam unam,
Diagrydii, drachmas sex cum semisse,
Succi Fœniculi, qvantùm reqviritur, pro formandâ, lege artis, massâ.

PILULÆ SPLENETICÆ.

Rec. Gummi Ammoniaci selecti, cum aceto squillitico depurati,
Aloës succotrinæ, ana drachmas sex,
Myrrhæ rubræ electæ, scrupulos duos,
Tartari vitriolati, drachmas duas,
Salis Fraxini,
Extracti Foliorum Sennæ, ana drachmam unam,
Feculæ Bryoniæ, scrupulos duos,
Olei Caryophyllorum, guttas tres.
Misce, fiat lege artis massa.

PILULÆ D. STARKEY POLYCHRESTÆ.

Medicamentum hoc excellens, usûs polychresti, tàm Pharmacopœum, quàm Medicum, postulat solertem, industrium, ac conscientiæ suæ satagentem, utpote quod ritè præparatum & cum ratione administratum, effectus

PI.

planè eximios, in gravibus etiam & contumacibus malis, exſerit; dextrè verò & accuratè non præparatum, nec circumſpectione debitâ datum, periculo omni non vacat. Inventorem agnoſcit *D. Georgium STARCKET*, Chymicum & Practicum ſanè egregium, 1657. Londini adhuc ſuperſtitem. Præcipuum tàm in præparatione Correctoris, qvem vocat, univerſalis, accuratiſſimâ, qvàm reliqvorum ingredientium cum illo combinatione exactâ, conſiſtit negotium, qvod operatorem exigit & amat non ſuffenum aut ſocordem, multò minùs lucro nimis inhiantem, ſed ingenioſum, ſagacem, induſtrium ac patientem.

Parandum primò Alcali ſatis acre, ex Tartari & Nitri partibus æqvalibus, per detonationem in catino ferreo mundo, qvod à detonatione reliqvûm, igne furni anemii ſatis valido liqvandum, liqvatum aqvâ calidâ ſolvendum, bacillo mundo bis, terve ſubigendum & agitandum, donec omne ſit ſolutum, tum per emporeticam filtrandum, (ſit venia voci barbaræ,) ſolutioni filtratæ, aqvæ Calcis vivæ, affuſâ calci aqvâ pluviâ, aut ſaltim fontanâ puriſſimâ paratæ ac optimè filtratæ, adeoqve clariſſimæ, tantundem adde, atqve in vaſe vitreo puro, ſolicitè tecto, decem, aut duodecim dies qvietè ſerva. Lixivium inde ſic natum limpidiſſimum à ſubſidenti fæce curiosè decanta, ac denuò per bibulam ſtilla, tum in vaſe idoneo, ſatis valido, vitreo, ſi ad manus, aut terreo optimè devitreato, puro, coqve & evaporando exſicca. Salis hujus alcalini prædicto modo exactè & ex arte parati, optimè ſiccati & in pulverem candidiſſimum redacti, parti uni, unciæ fortè, aut qvantum libuerit, in vaſe commodo, capaci, firmo, patinæ inſtar, plani fundi, vitreo, ſi tale robuſtum ſatis haberi poſſit, ſin minus terreo validè vitreato, ne Olei qvicqvam imbibat, aut aliqvid etiam heterogenei illi communicet, puriſſimo, affunde Olei Terebinthinæ optimè depuratæ, ſinceri, absqve omni additamento alieno,

PI.

proprio qvoqve Marte, ut de ſinceritate ejus certus eſſe poſſis, deſtillati, tres partes, ita ut Oleum Sali, digiti unius aut alterius transverſi altitudine, ſuperemineat, ac Sal ab omni aëris externi commercio excludatur, tum piſtillo vitreo, aut ligneo, bis, terve qvotidie agiliter circumacto, ſufficienter tritura, ſic Oleum à Sale paulatim imbibetur, unde identidem modicum Olei addendum, ſicqve ne aëri Sal exponatur, aut ex illo humiditatis qvicqvam attrahat, indeqve deliqveſcat, præcaveatur, qvâ de re mox à triturâ vas ſalem continens operculo, qvod illud exactiſſimè claudat, tegendum ſemper, ut tam aër, qvam pulvis ac atomi in eo verſantes, ſolicitè arceantur & excludantur.

Hâc ratione continua, donec tractu temporis, cui qvandoqve vix ſemeſtre ſpatium ſufficit, Sal omnes tres illas Olei partes imbiberit, ac tota Salis maſſa, Oleo inſeparabiliter combinata, in candidum mutata cremorem, demùm in liqvorem tranſierit, à qvo in aqvam, aut liqvorem alium qvalemcunqve inſtillato ne gry qvidem, aut veſtigium Olei, aut oleoſitatis cujusdam ſupernatet, aut appareat, qvi tum Correctoris univerſalis nomine meritò venit.

Hoc facto Opii Thebaici (ſi haberi poſſit) puriſſimi ac ſinceri, ſin minùs, optimæ notæ, modo ſubſeqventi ſolicitè depurandi ac rurſus inſpiſſandi, qvantum lubet, in particulas minutiſſimas diſcerpti, recipe: Solve illud aqvâ fontanâ puriſſimâ, aut pluviâ deſtillatâ ſolùm, per manicam Hippocratis denſam, aut chartam emporeticam trajice, qvo ab omni impuritate alienâ liberetur, colatum exhalando inſpiſſa & qvadantenus ſicca, cui poſtmodum rurſus comminuto, duplum ponderis, aſſumti Opii ratione, Hellebori albi, ſubtiliſſimè pulveriſati, pariter adde, & accuratè ſubigendo & qvaſi depſendo impaſta, identidem correctoris prædicti portionem affundendo, ac Hellebori pulverem addendo, donec in maſſam pilulis formandis aptam, juſtæ conſiſtentiæ, redactum fuerit.

Maſ-

Pilulae Scilliticae Pharm. edinburg.

℞. Scillae recent. G. Ammoniac. elect.
Millepedum à ℈ß.
Saponis purissimi ℈j.
Balsi. de copaiva ℈j.
m. f. massa
pilularum, alg ictericis, hydropicis
febre quartana p. laborantibus ducat
Dos. gr. x. ad ℈j.

Pilulae de Succino aculeae

℔. Massae pilularum de Succin Cratonis ℥ix

resin. Jalapp. ℥iij

misceantur et ex ℥i. formentur pilulae ⅄x

Obtundunt Cruystrum = fellum. Eordem

habent effectus, quor. de Succino Cratonis

propter resinam veri Jalappae magis ad.

purgantes.

Jalappae resina complectit quartam

massae partem.

raro ultra quindecim grana exhibenda

PI.

Massam hanc cultello in lamellas tenuissimas sectam patinæ capaci, operculo congruo, ne qvid alieni illabatur, tegendo, impone ac super calore convenienti sicca, siccatam rursus correctore prædicto irrora, ac pistillo depse, denuoqve compactam in lamellas discerpe, idqve toties iterando continua, donec massa inde resultans duplo specierum assumtorum pondus superet ac præponderet, tum Oleo Terebinthinæ illam ulterius in justam consistentiam perfice, sicqve absoluta & perfecta tres minimum qviescat hebdomadas, anteqvam in usum vocetur.

*Nota: Hæc genuina est Pilularum supradictarum descriptio à Domino Doctore Kendal, Londinensi, ex communicatione ipsius Doctoris Starckey Anglicâ linguâ editâ, typis expressâ, & ab eodem Doctore Starckey ipso annexo testimonio munita, & pro suâ ac genuinâ agnitâ, repudiatâ aliâ, à Matthæo quodam, Chymistæ indocti titulo se ipsum notante, divulgatâ spuriâ. Si cui Hellebori albi pulvis fortè sit suspectus, à quo tamen, Doctore STARCKEY & KENDAL asserentibus, virtus medicamenti potissima pendere dicitur, huic nigrum Elleborum substituere, imò etiam pulveris Radicum Liquiritiæ mangonium, lucri agendi causâ à Matthæo prædicto additum, admiscere libuerit, ei per nos liceat; num autem efficaciores hâc ratione, aut tutiores futuræ, effectus sub circumspectâ administratione docebit.*

Cum in præcedenti satis amplâ descriptione nulla fiat mentio de pondere, & in Praxi Medicâ non adeo inutile esse expertum sit, si Massæ huic Radices Liqviritiæ & Hellebori nigri addantur, fortè non incongruum erit, si imposterum seqventia, hâc in proportione, usurpantur:

Rec. Saponis alcalici, partes tres,
Opii depurati,
Radicum Glycyrrhizæ,
Hellebori albi,
nigri, ana partem unam.

PI.

Mixtis fiat Massa pilularum ex arte.

PILULÆ STOMACHALES
Dni D. STAHL.

℞. Matris Perlarum præparatæ, drachmas sex,
Antimonii diaphoretici, unciam semis,
Extracti Cascarillæ cum aqva, drachmas tres,
Cardui benedicti, drachmam unam.
Misceantur pro massa.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis Calamitæ, drachmas duas,
Succi Glycyrrhizæ depurati, drachmam unam semis,
Ladani,
Myrrhæ,
Olibani optimi,
Opii aqvâ destillatâ depurati & inspissati,
Extracti Croci, ana drachmam unam.
Cum Syrupi Papaveris albi, qvantum sufficit, fiat lege artis massa.

PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS. 113

℞. Agarici recenter trochiscati, drachmam unam semis,
Aloës Succotrinæ, drachmas qvinqve,
Aristolochiæ rotundæ veræ, drachmam semis,
Mastiches electæ,
Succini præparati, ana drachmas duas.
Cum Syrupo de Betonicâ fiat massa.

PILULÆ DE TARTARO QUERCETANI.

Rec. Radicum Asari,
Turbith gummosi electi,
Ellebori nigri, ana unciam semis,
Herbæ Fumariæ,
Scolopendrii, ana manipulum unum,

PI.

Florum Borraginis,
Buglossi, ana manipulum semis,
Epithymi Cretici,
Seminis Geniſtæ, ana unciam semis,
Foliorum Sennæ Orientalis electorum, uncias duas,
Folliculorum ejusdem, unciam unam,
Passularum minorum, unciam unam semis.

Sciſſis scindendis, tusis crassè contundendis, affunde

Succi Pomorum acido-dulcium, libram unam,
Aqvæ fontanæ puræ, qvantitatem sufficientem.

Tum vase idoneo probè clauso, Balnei Maris calore leni, digere qvatriduùm. Tandem coqve, & ab igne adhuc fervens decoctum cola, cum aliqvali expressione. Brodio hoc colato & ad aliqvalem consistentiam mellis liqvidi inspissato,

Aloës depuratæ, uncias qvatuor,

Commisce; Mixtis probè, inspissamento huic porro junge:

Styracis Calamitæ, unciam semis,
Myrrhæ rubræ vino calente distemperatæ & colatæ,
Pulveris Macis,
Cinnamomi electi,
Caryophyllorum, ana unciam semis,
Specierum diarrhodon Abbatis,
Lætificantium Rhasis,
Trochiscorum de Laccâ, ana drachmam unam,
Salis Fraxini,
Absinthii, ana drachmas duas,
Crystallorum, aut Cremoris Tartari albi, uncias tres,
Essentiæ Croci, scrupulos duos.

Tandem omnia probè mixta ad consistentiam massæ pilularis, exhalando lento calore, densa, de qvâ, pro re natâ & ex præscripto Medici, Pilulas efforma.

PI.

*Nota: Pilulæ hæ, de Tartaro Quercetani denominatæ, à D. Sennerto quondam reformatæ, à Dominis Augustanis inter minùs usitatas relatæ, licet, ratione compositionis & ingredientium miræ farraginis, satis confusæ, omni mendâ non careant, cum tamen usuales esse dicantur, ac sæpius à quibusdam expetantur, ideò hic quoque inserendæ fuerunt.*

PILULÆ TARTAREÆ.

℞. Aloës succotrinæ, succo fragorum nutritæ, unciam unam,
Gummi Ammoniaci in granis, aut saltem depurati, drachmas tres,
Salis Martis subdulcis, secundum Schrœderum cum aceto destillato parati, aut, ejus defectu, Vitrioli saltem Martis ritè parati, & unâ alterave solutione & crystallisatione depurati,
Essentiæ Croci Orientalis, ana drachmam unam,
Terræ foliatæ Tartari, aut Tartari saltem tartarisati, drachmas duas,
Extracti Radicum Gentianæ, drachmam unam semis.

Cum Tartari Tincturâ paretur massa.

PILULÆ DE TEREBINTHINA.

Rec. Terebinthinæ Venetæ, ad consistentiam cum Aqvâ Rosarum coctæ, unciam unam,
Rhabarbari electi, drachmam unam,
Succini præparati,
Mastiches electæ,
Olibani, ana drachmam semis,
Boli Armenæ, drachmam unam.

Cum sufficiente qvantitate Terebinthinæ Venetæ fiat Pilularum massa.

PILULÆ VIGANI.

Rec. Fuliginis splendidæ,
Terræ foliatæ Tartari, ana.

Coqve

Pil. Tartarea Boatii.

℥. Aloes succotinæ ℈ij ß
℥ Ammoniac. elect. ℈vj.
℥ß Olati ℥iv.
Aceti squillitici q.s.

viscidos humores resolvunt. Convenient hypochondriacis, visceribus obstructionem tollunt, alvum leniter subducunt.
Dos. à ℈ß ad ℈i.

Pilula Solares Wildegansi

Opii Thebaici optima rotæ, aquæ simplicis
aut pluviæ soluti, colati, ac ad justam
consistentiam rursus inspissati ℈ij.
Aloes succotrin. Myrrh. rubr. Croci
antimon. Salis A. volatilis
Trochiscorum de Viperis à ℈j.
Auri fulminantis ℈j
olei Caryophyllorum gtt. quinquaginta
q.s. Pil. minores et foliis linteis ob-
ducantur.

Sunt anodynæ, sudoriferæ, ultra
dimidiam partem opium con-
tinent.

Dos. gr. j. ij ad iij

PI.

Coqve cum Aqva communi: Solutùm cola, atqve ad Extracti consistentiam evapora.

PILULÆ WILDEGANSI.

Rec. Opii Thebaici optimæ notæ, aqvâ simplici, aut pluviâ soluti, colati, ac ad justam consistentiam rursus inspissati & siccati, unciam unam,
Aloës succotrinæ,
Myrrhæ rubræ,
Croci optimi,
Trochiscorum de Viperâ, ana drachmam unam,
Panaceæ Glauberianæ, vel, hujus defectu, Sulphuris Antimonii aurati fixi,
Cinnabaris nativæ optimè præparatæ, drachmam unam semis,
Auri fulminantis, drachmam unam.

Misce fiant lege artis pilulæ, ciceris magnitudine.

*Nota: Qui lanæ quondam fuerat in Silesiâ carptor, post, lucri majoris spe, operarii in laboratorio chymico Pharmacopœi cujusdam, ni fallor, Wratislaviensis, aliquamdiu munere functus, ac aliqualem laborum quorundam Chymicorum notitiam nactus, occasione Panaceæ per universam Europam penè à Glaubero illo famoso decantatæ, cujus arcanum illustris quidam Poloniæ Dux Lesnensis, Arthritidi obnoxius, enormi pretio ab illo redemerat, ac operario, qui illi elaborando aptus sit, indigens, hunc in finem Lesnan evocatus, post anni unius aut alterius continuato laborandi exercitio, suppeditatis à Patrono illo suo magno, Chymiæ amatore insigni, processibus, in Chymicum aliqualem evasit & Empyricum; tandem harum pilularum structuram compilavit, illarumque mercimonio per universam ferè Europam famam sibi comparavit & opes non aspernendas.*

†. *De Pilulis hisce, aliàs quoque sub Titulo* Panaceæ solaris Wildeganssii *notis, plura videantur in* Annal. Med. Phys. Wratislav. Ao. 1726. Mens. Decemb. Class. IV. Artic. 6. *ubi etiam plures aliæ ejusdem compositiones, quoad maximam tamen partem cum hâc coincidentes, communicantur. Vid. quoque* FRAUNDORFFERI Tab. Smaragd. p. 238. *De ipsarum autem virtutibus vid.* LENTILII *relationes in* A. N. C. Decur. III. Ann. V. & VI. p. 129. Append.

PL. PR.

PLUMBUM USTUM.

Rec. Plumbi, libram unam,
Sulphuris citrini, uncias duas.

In Vase ferreo comburantur invicem, semper agitando.

POMUM AMBRÆ.

℞. Aliptæ Moschatæ,
Galliæ Moschatæ,
Benzoës,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ladani,
Santali citrini,
Styracis Calamitæ,
liqvidæ, ana drachmas duas.
Cyperi rotundi,
Gummi Elemi,
Ireos Florentinæ,
Ligni Aloës,
Rhodii,
Macis,
Majoranæ,
Nucis Moschatæ,
Rorismarini,
Rosarum rubrarum, ana drachmam unam.

Cum mucilagine Tragacanthi, aqvâ Rosarum fragrantissimâ paratâ, fiat Massa.

Cui pro lubitu, ditioribus, Ambra, Moschus & Zibethum addi potest.

PRUNA LAXATIVA.

Rec. Prunorum Damascenorum aut Hungaricorum, libram unam.

Coqvantur in brodio laxativo, supra p. 136. b. descripto, loco passularum

pruna ſubſtituto, & habebis uſualia hactenus pruna laxativa.

*Nota: Alii majori quidem apparatu eadem parant.*

Rec. Foliorum Sennæ Alexandrinæ ſelectorum, uncias qvatuor,
Salis Tartari albiſſimi, drachmam unam.

Infundantur in Aqvæ Borraginis & Violarum purpurearum ferventis, qvantum ſufficit, ſtent loco calido per noctem, manè ebulliant leniter & colentur cum expreſſione aliqvali; Colaturæ clarificatæ adde:

Syrupi Roſarum ſolutivi, uncias ſex,
Mannæ depuratæ, uncias duas.

Coqvantur rurſus, additis prunorum enucleatorum & per noctem Vino Rhenano aut Gallico aſperſorum numero triginta, leniter bullientibus, ſub finem tandem adde Aqvæ Cinnamomi, unciam ſemis, & ſerva pro uſu. *Res verò ipſa eodem recidit.*

## PULVIS ABSORBENS ANTIMONIATUS.

Vide Pulvis pro Infantibus Stahlii.

## PULVIS ABSORBENS CITRATUS

### Dni Archiatri STAHL.

℞. Oculorum Cancrorum pulveriſatorum, qvantùm placet.

Affunde Succi Citri recentis, qvantùm ſatis usqve ad ſaturationem, poſteà exhaletur aqvoſitas leni calore, in vaſe terreo, vel vitreo, agitando ſpatulâ ligneâ: Tandem teratur, cribreturqve per linteum.

## PULVIS ABSORBENS NITRATUS

### Dni Archiatri STAHL.

℞. Oculorum Cancrorum præparatorum,



Teſtarum Concharum præparatarum.
Nitri depurati, ana.
Miſce.

## PULVIS ABSORBENS NITRATUS CUM CONCHIS

### Dni Archiatri STAHL.

℞. Teſtarum Concharum ſine igne præparatarum, drachmas decem cum ſemiſſe.
Nitri depurati, drachmas qvinqve cum ſemiſſe.
Miſce.

## PULVIS ABSORBENS TARTARISATUS

### Dni Archiatri STAHL.

℞. Tartari albi groſſo modo confracti, uncias duas,
Oculorum Cancrorum præparatorum, unciam ſemis:

Coqvantur cum ſufficienti qvantitate aqvæ communis, deniqve exſiccentur.

## PULVIS ALEXIPHARMACUS.

℞. Cryſtallorum Nitri puriſſimarum,
Florum Sulphuris,
Myrrhæ rubræ electæ, ana uncias duas.

Singula ſeorſim contuſa miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

## PULVIS ANODINUS CONFORTANS.

℞. Coralliorum rubrorum præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ, ana unciam ſemis,
Cinnabaris nativæ Tranſylvanicæ præparatæ, drachmam unam,
Extracti Opii, drachmas duas,
Croci, drachmam unam,

San-

Pulvis. Alexiphar. sive bezoardicus Rolli

℞. Regul. tii rd. Contrayervæ ℥vj.
boli Armenæ Terræ sigillat. rubræ
Corn. Alcis sine igne ppti. ā ℥ß.
Crystalli montanæ pptæ. coralliorum
matris perlarum ppta ocul℔. ā ℥
Sacchari tabulati. citrati. ℥ß.

Laudat℞. in diversi generis febribus gliscen
morbillis, variolis. et aliis exanthema
℥j. continet reguli tii medicinal. gr. xij
Dos. à ℈j. ad ℈ß.

Pulvis absorbens Wedelii

℞. Vitrioli martis ℥vj. Conchar. ppt.
Lap. ℔ ppt. Corall. antimon. diopht.
Cinnaberis nativæ à ℈x.
Laudani opiati ℈j. ℔ Caryophyll. gtt. lx.

in palpitatione cordis et aliis molestis
symptomatibus correptis.
Drachma una ℔ ℈. gr. j. Laud. opiat.
et gr. vj. Boli. alis
Dos. gr. viii ad xii.

Pulveris antispasmodici nitrosi

℞ purissimi ℈ ß Gluti à ℥ij

Baccis purissimae ℥ß.

f. ℈.

Santali rubri ſubtiliſſimæ ſcobis,
Sanguinis Draconis finiſſimi præparati, ana drachmam ſemis.
Miſce fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS ANTATROPHICUS.

℞. Fuliginis ſplendentis, unciam unam,
Radicis Iridis Florentinæ, unciam ſemis,
Ari præparatæ,
Antimonii diaphoretici Jovialis,
Martialis,
Lapidum Cancrorum, præparatorum, ana drachmas duas,
Sacchari cryſtalliſati albi, uncias tres.
Miſce fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS ANTIMONIALIS ALBUS

Dni Archiatri STAHL.

℞. Oculorum Cancrorum, præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ,
Antimonii diaphoretici, ana.
Miſce.

PULVIS ANTIMONIALIS NITROSUS,

Dni Archiatri STAHL.

℞. Antimonii diaphoretici, unciam unam,
Nitri depurati, unciam unam ſemis.
Miſce.

PULVIS ANTINEPHRITICUS.

Rec. Lapidis Judaici præparati,
Porcarum ê ventriculis, præparati,
Oculorum Cancri præparatorum, ana unciam ſemis,
Matris Perlarum præparatæ, drachmam unam,
Succini albi præparati,



Lapidis Bezoardici occidentalis, ana drachmam ſemis,
Olei deſtillati Petroſelini, guttas tres.
Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS ANTISCORBUTICUS.

Rec. Radicum Acori veri,
Ari,
Gentianæ,
Polypodii Querni, ana drachmam unam,
Herbarum Abſinthii,
Chamædryos,
Fumariæ,
Rutæ,
Scordii, ana drachmas duas,
Trifolii paluſtris, drachmas ſex,
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Seminis Cochleariæ, ana drachmam unam cum ſemiſſe,
Sinapi, unciam ſemis,
Aloës ſuccotrinæ,
Myrrhæ ſelectæ, ana drachmam unam,
Zingiberis albi, drachmam unam ſemis.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS APOPLECTICUS.

Rec. Radicum Doronici veri, unciam unam,
Pœoniæ, juſto tempore collectarum, drachmas duas,
Seminis Aniſi,
Coriandri,
Cubebarum, ana drachmas duas,
Cardamomi minoris,
Ligni Aloës ponderoſi, ana drachmas tres,
Nucis Myriſticæ,
Succini albi electi, ana unciam ſemis,
Caryophyllorum, drachmam unam ſemis,

PU.

Ambræ gryſeæ, cum
Seminis Citri decorticati, ana ſcrupulo uno, ſubactæ,
Sacchari perlati, unciam unam ſemis.

Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus, irrorandus Olei ſtillatitii Cinnamomi guttis decem.

PULVIS BEZOARDICUS ANGLICUS, SEU COMITISSÆ de KENT, aut GASCONII.

Rec. Apicum nigrorum chelarum Cancrorum marinorum, juſto tempore, menſe nimirum Junio, Sole & Lunâ in Cancro verſantibus, captorum,
Radicum Contrayervæ, ana uncias duas,
Margaritarum præparatarum,
Coralliorum rubrorum præparatorum, alborum præparatorum,
Oculorum Cancrorum fluviatilium, cum ſucco Limonum præparatorum,
Cornu Cervi ad candorem ſummum calcinati, & cum ſucco Citri & Spiritu Vitrioli imprægnati, ana unciam unam,
Lapidis Bezoar Orientalis, genuini,
Terræ Lemniæ veræ, ana unciam ſemis,
Antimonii diaphoretici regulini, uncias duas,
Ambræ gryſeæ, drachmam unam ſemis.

Omnia in pollinem ſubtiliſſimum redacta, miſceantur exactiſſimè & cum gelatinâ exuviarum Viperinarum & Cornu Cervi, Aqvâ Cardui-benedicti paratâ & pauxillo Croci tinctâ, iteratò, qvo ſæpiùs eò melius, imbibantur, ſubigantur & in globulos parvos compacta ſolicitè ſiccentur.

*Nota: Qui illum, juxtà primum ejus Authorem aut propalatorem, utpote qui illum, ſi MAXVELLO credimus, ter centum libris Anglicis Epiſcopo Vigorniæ vendidit, GASCONIUM, ex præſcripto dicti MAXVELLI, reprobatâ radice Contrayervæ, Coralliis albis, Oculis Cancri & gelatinâ Cornu Cervi, parare voluerit, huic liberum eſto, in pretio & virtute vix diſcrimen deprehenſurus.*

PU.

PULVIS BEZOARDICUS CAMPHORATUS D. WEISII p. m.

Rec. Lapidis Prunellæ puriſſimi,
Florum Sulphuris myrrhatorum, i. e. cum Croco & Myrrhâ ſublimatorum,
Antimonii diaphoretici, ana unciam ſemis,
Camphoræ optimæ, drachmas duas,
Lapidis Bezoar orientalis, drachmam ſemis.

Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus, cui adde:

Foliorum Auri obryzi, numero tria.

PULVIS BEZOARDICUS COMMUNIS.

℞. Radicum Angelicæ,
Gentianæ,
Petaſitidis,
Zedoariæ, ana drachmam ſemis,
Diptamni albi,
Tormentillæ,
Boli Armenæ,
Terræ ſigillatæ Strigenſis, ana drachmas ſex,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Cornu Cervi uſti & præparati,
Corticum Citri extimorum,
Raſuræ Eboris ſubtiliſſimæ,
Succini albi præparati, ana drachmam ſemis.

Miſce fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS BEZOARDICUS SENNERTI.

Rec. Cornu Cervi uſti & præparati, drachmam unam ſemis,
Coral-

Pulvis bezoardicus

in Engelland wird genannt Pulvis e Chelis ist gleiche Pulveris e chelis compositus genannt wird die Composition ist folgs.

℔. Margaritarum orientalium ppts.
Ocul. by.
Corallior. rubr.
Succini alb.
Corn. Cervi ana ppt.
Lap. bezoard. orient. à ℥ß.
apicum nigrorum Chelarum Cancrorum ppt.
℥iij.

Diese Pulver werden nachdem sie fein gerieben werden mit Gelatina Viperarum oder auch mit starcker Vipern Brüh zu einer Pasta angestossen, in kleine runde Kügelein formirt, die man dann sonderlich kleine nehmen thut von der Mucilagine G tragacanthi um daß zu formiren selbige weniger thut an der Mucilagine tragacanthi

die in Frankreich auch gebräuchlich ppatio ist thut auch wenig u. sehr nutz

℔. Extremitatum nigrarum pedum majorum Cancrorum marinorum ℥iv
ocul. by.
Margaritarum ana orientalium.
Corallionum rubr. ppt à ℥j.
Succini alb.
Rad. Contrayervae
Serpentariae Virginianae ana ℥vj.
Lap. bezoard. orientalis. ℥ij
ossis de Corde Cervi. ℥iv
Croci orientalis ℥ij
Spiritus Mellis ℥ij ß
Gelatinae Viperarum so viel daß zu einer genugsamen Form gnug

Lapis de Goa vel bezoar de Goa

Wie Engelland folgender Composition

℔. Hyacinthen
Topazien, Saphyr, Rubin, ie. omi
Calcinirte Perlen à ℥j praeparirten
Osmarugd. Stein ana ß orientalisch be
zoar Stein, weiß ie. rothe praeparirte
Corallen à ℥ij
Moschi et Ambrae grysseae à ß.

rum alb ℥ij einem in pal pabilen flüssi
gemacht so bedienen sie sich der Rosen Wasser
auch etwas etwas mucilaginis Tragacanth
um auch Pasam zu machen, ie formiren
selben die Kügelein so formirt entweder für
ie. schinken oder auch über ie. über und
blatt gold vergüldet ie. sonsten poliret
werden ie. einige thun auch zu dieser
preparation 40 Blätter gold unter das
Pulver selbst, u. so werden die Kügelein
von einigen auch sonst Violarum
tingiert, als werden sie gerne roth

bezoar vegetabile unum Viale die radicem
Dracaena Contrayervae et Serpentariae
Virginianae

Der berühmte Grimm hat auch gewiß praeparirtes
antimoniale genommen, nemlich so sagt: Man
sulphur antimonii das mit Sale alcali ge
macht werden, so lange mit Spiritu Vi
übergossen, bis es öl mehr ebullire
ie. selbst sonsten auch exsiccirt werden
so bekömmt man das fixe auch Regulus
so aus dem übrigen über bezoar Stein, dieser
ist Lapis bezoar mineralis Cornu g
sonsten genannt.

Coralliorum rubrorum præparatorum,
Lapidis Bezoar Orientalis,
Margaritarum præparatarum, aut Matris saltem Perlarum, præparatæ,
Oculorum Cancri præparatorum,
Succini præparati,
Terræ sigillatæ præparatæ, ana scrupulum unum,
Ossis de corde Cervi præparati,
Hyacinthorum præparatorum,
Rubini præparati,
Sapphiri præparatæ,
Smaragdorum præparatorum, ana scrupulum semis,
Foliorum Auri, numero tria.

Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

†. *De Pulverum horum aliorumque pretiosorum bezoardicorum superfluo usu egregiè, & pro more suo admodum nervosè disserit, simulque simpliciorem, non minus tamen efficacem alium bezoardicum pulverem ipsis substituit Celeb. b. m.* LUDOVICI, in Pharmac. suâ moderno Seculo applic. Dissert. I. p. 223. sqq. *cujus verba propterea, loco Animadversionis ad prædicta medicamenta, heic apponere lubet*: Pulveres, *inquit*, in hoc genere vel duo sufficiunt, & qvidem longe convenientius ex Animalibus aut Mineralibus qvibusdam, efficacibus scilicet, parabilioribus, insipidis deniqve ac contractioris, nec nimium diffluentis molis, simplicissimè parati. Sicqve mediocribus qvidem in affectibus, ad expulsiones, resolutiones & inversiones admodum sufficient; in intensiori vero malignitate, volatilibus, vegetioribusqve præmissis, consultius postmodum succenturiabuntur. Et si omninò Vegetabile qvoddam, aut de vegetabili participans istis adjiciendum videatur, præsertim pro gregariis, ex tempore id fiet convenientius: ceu pariter pro lubitu, vel necessitatis ratione, singulis dosibus Antimonialia, Jovialia, Sulphurea, Cinnabarina, Colubrina, Opiata, &c. proportionaliter



tunc associari qveunt. *Si itaque quis v. g. Cornu Cervi philos. calcinati partes duas, & Terræ sigillatæ selectioris ac Unicornu illius fossilis, si ad manus sit, singulorum partem unam inter se simplicissimè miscuerit*, & secundum dictas conditiones considerate, suoqve tempore dederit, aut tanqvam basin insuper ante notatis diversimode exaltârit, profectò longe concinnius, nec rarò felicius assequetur, qvod huc usqve passim in tot ingratissimis, vel inconsideratius compositis, *pulveribus alexipharmacis, pestilentialibus, &c. inque pulvere Cæsaris rubeo ac griseo*, diffuse qvæsitum est. Imò, nec usitatioribus nunc istis seorsim indigebit: *Speciebus puta de Hyacintho, Liberantis, Confectionis cordialis, contra Pestem, &c. Pulvere* (aliàs non contemnendo) *Pannonico rubro, consimilibusve camphoratis, inauratis aliave ratione pretiosioribus, tot Bezoardicis majoribus minoribusque diversorum Authorum*; & si qvi *recens nunc*, plerumqve tamen ex amaricantissimis, item ê Nitro constantes, amplius sub *Alexipharmacorum, Antipestilentialium & Bezoardicorum* nomine sunt propositi.

## PULVIS CACHECTICUS QVERCETANI.

Rec. Chalybis limaturæ, aqvâ pluviâ sæpius irroratæ & exsiccatæ, sicqve in pulverem subtilissimum redactæ, aut cum Sulphure calcinatæ, unciam unam,
Fœcularum radicum Ari, drachmam unam semis,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ, ana drachmas duas,
Cornu Cervi philosophicè præparati,
Succini præparati,
Cinnamomi, ana scrupulos qvatuor,
Sacchari ad pondus omnium, aut uncias circiter duas, & drachmas duas.

PU.

*Nota: Ambram, cujus drachma una semis aliàs, secundum Authorem, hunc pulverem ingreditur, utut medicamentum egregiè nobilitantem, quò & pauperibus administrari possit, omittendam & pro ditioribus, quique odorem ejus ferre possunt, pro arbitrio Medici dosi proportionatâ adjiciendam, censuimus.*

PULVIS CARMINATIVUS.

Rec. Seminis Carvi,
Cumini, ana libram semis,
Zinziberis albi, unciam unam,
Croci drachmam unam.

Misce, fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS PRO CATAPLASMATE,

Dni Archiatri STAHL.

Rec. Herbæ Malvæ,
Altheæ, ana uncias tres,
Florum Chamomillæ vulgaris,
Meliloti,
Sambuci, ana uncias duas,
Radicis Altheæ, uncias qvatuor,
Seminis Fœnugræci, uncias decem,
Lini, libram unam.
Fiat omnium pulvis.

PULVIS COMITIS de WARWICH, aliàs CORNACHINUS.

Rec. Antimonii diaphoretici, unciam unam semis,
Cremoris Tartari crystallini, unciam semis,
Diagrydii sulphurati, uncias duas cum drachmis duabus.

Misce, fiat pulvis tenuissimus.

*Nota: Dicitur aliàs hic pulvis* Cornachinus, *ab Authore*, Marco CORNACHINO, *Professore Pisano, qui methodo in hunc pulverem monet, extempore illum potius, pro arbitrio Medici & exigentiâ ægri, variatâ nonnunquam ingredientium proportione, parandum.*

PU.

PULVIS CONTRA ABORTUM.

Rec. Granorum Kermes, drachmam unam,
Radicum Tormentillæ,
Rasuræ Eboris,
Santali rubri, ana drachmam semis,
Coralliorum alborum præparatorum
rubrorum præparatorum,
Caryophyllorum,
Eoliorum Rosarum rubrarum,
Margaritarum præparatarum,
Mastiches, ana scrupulum unum,
Nucistæ, scrupulos duos,
Sacchari perlati, drachmas tres.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS CONTRA CALCULUM.

Rec. Seminis Saxifragiæ albæ, unciam unam,
Anethi,
Anisi,
Cardamomi minoris excorticati,
Carvi,
Fœniculi,
Milii Solis,
Petroselini,
Raphani,
Macis, ana unciam semis,
Acinorum Cynosbati,
Halycacabi, seu Alkekengi,
Lapidum Percarum præparatorum,
Porcorum è ventriculis,
Mandibulorum Lucii præparatorum,
Oculorum Cancrorum præparatorum, ana unciam unam.

Misce fiat omnium pulvis subtilissimus.

PULVIS CONTRA CASUM.

℞. Boli Armenæ præparatæ,
Lapidis Hæmatitæ præparati,
Sangvinis Draconis præparati,
Hirci præparati,

Mu-

est universale quasi purgans et utiliter in febribus aliis morbis, ad primas vias a vitiosis humoribus purgandas
Vor. ij. ad ij

4 ℔. Granß 43 12.
0 – Caas 78. 18
4 20 16 9.
32 9
17 5 7 9

Pulvis ad calculum ℥ 2dm. Pharm
℔. Ad. Pareirae bravae ℥j. Altheae
Lyriticae Sm. Lycopodii Lapid
acido citri saturatorum. Percarn
operculorum cochlearum, Succi
Millepedum ppt à ℥ij
fl. Cardui pellati ℥i
m. f. ℞.
In calculo renum, nephritico dolo
tam curative qm̃ p̃servative
Dos. in junioribg à ℨB. ad gr. XV. ad
tioribg secure ℨß ad ℨij propinari
possunt.

Pulvis cephalicus alby. 2dum Pharm W.

Succin. ppt. Matris Perlarum ppt
Smaragdi ppt. à ʒß
Lig. Aloes rd. Paoniae à ʒij
Unicornu narwal Visci querni à ʒiß
Saccharo perlati. ʒij
f.
commendatur ad morbos capitis; nervos
confortat, et epilepticis ac ~~cae~~ convulsivis
motibus resistit.
Dos. ʒß. ad ʒij

PU.

Mumiæ transmarinæ præparatæ,
Oculorum Cancri præparatorum,
ana drachmas duas,
Spermatis Ceti, drachmam unam,
Rhabarbari electi, drachmam semis.
Misce, fiat pulvis. *Sperma ceti cum brevi tempore rancescat, præstat actu in usum vocare*

PULVIS CONTRA COLICAM.

℞. Corticum Aurantiorum recens siccatorum, unciam unam,
Baccarum Lauri,
Seminis Carvi,
Gumini, ana unciam semis,
Galangæ,
Zedoariæ, ana drachmas tres,
Calami aromatici,
Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti, ana drachmas duas.

Misce rediganter in pollinem tenuissimum.

PULVIS CONTRA FEBRES.

℞. Herbæ Carduibenedicti,
Scordii, ana unciam unam,
Radicum Gentianæ,
Galangæ,
Matris Perlarum præparatæ,
Oculorum Cancri præparatorum,
Salis Absinthii,
Calami aromatici, ana unciam semis,

Misce fiat pulvis.

PULVIS CONTRA PALPITATIONEM CORDIS.

Rec. Specierum pro confectione de Hyacintho,
Specifici cephalici D. M.
Pulveris cordialis pretiosi,
Succini præparati, ana drachmam unam,
Eboris præparati, scrupulos duos,
Theriacæ cœlestis, scrupulum semis,
Laudani opiati, grana qvinqve.

PULVIS CONTRA PHTHISIN HALY.

Rec. Seminis Altheæ,

PU.

Cucumeris decorticati,
Cucurbitæ nostratis decorticati,
Cydoniorum mundati,
Malvæ,
Melonum decorticati,
Portulacæ, ana drachmas duas cum semisse,
Papaveris albi, drachmas sex,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Rasuræ Eboris,
radicum Liqviritiæ, ana drachmam unam semis,
Sacchari penidii, ad pondus omnium.

Misce fiat pulvis tenuissimus.

Ad præcavendum à diutinâ asservatione rancorem, extempore hunc parandum qvidam suadent, cum tamen moram, casûs subitanei regurgitantis sanguinis, vix ferant.

PULVIS CONTRA TERROREM GRAVIDARUM.

℞. Radicum & seminis Pœoniæ justo tempore collectorum, ana drachmam unam,
Serpentariæ, scrupulum unum,
Iridis Florentinæ,
Cornu Cervi sine igne præparati,
Alcis, perinde parati,
Coralliorum rubrorum præparatorum, ana drachmam semis,
Margaritarum orientalium præparatarum,
Succini albi præparati, ana scrupulum unum,
Smaragdorum præparatorum, grana qvindecim,
Visci qvercini,
Granorum Chermes electorum, ana drachmam semis,
Sacchari albissimi, drachmas duas,
Calami aromatici, grana qvinqve,
Ossis de Corde Cervi, scrupulum semis.

Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus, cui adde foliorum Auri optimi, numero tria.

PULVIS CONTRA VARIOLAS & MORBILLOS.

Rec. Cornu Cervi præparati, unciam ſemis,
Seminis Citri excorticati & ſiccati,
Napi, ana drachmas duas,
Radicum Diptamni albi,
Zedoariæ,
Succini albi præparati,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Terræ ſigillatæ, ana drachmam unam,
Spodii præparati,
Ligni Aloës,
Roſarum rubrarum, ana drachmam ſemis,
Camphoræ,
Croci Orientalis optimi, ana ſcrupulum unum,
Foliorum Auri puriſſimi, numero decem.

PULVIS CONTRA VERMES.

Rec. Seminis Cinæ, unciam unam,
Corallinæ, unciam ſemis,
Mercurii dulcis optimè præparati,
Raſuræ Cornu Cervi ſubtiliſſimæ,
Turbith gummoſi, ana drachmas duas,
Myrrhæ electæ, drachmam unam.

Mixta redigantur in pollinem ſubtiliſſimum.

PULVIS CORDIALIS COMMUNIS CUM ZEDOARIA.

Rec. Cornu Cervi præparati, drachmas ſex,
Alcis præparati,
Coralliorum alborum præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ,
Oculorum Cancri præparatorum,
Oſſis de Corde Cervi præparati,
Succini albi præparati,
Talorum Leporis, ana drachmas duas,



Terræ ſigillatæ Strigenſis,
Radicum Zedoariæ ſelectarum, ana drachmam unam,
Foliorum Auri, numero decem.

Miſce, fiat pulvis.

Prætermiſſâ Zedoariæ radice proſtat qvoqve ſub titulo

PULVERIS CORDIALIS COMMUNIS SINE ZEDOARIA.

PULVIS CORDIALIS PRO PAUPERIBUS.

Rec. Coralliorum alborum præparatorum,
Cornu Cervi præparati, ana unciam ſemis,
Oculorum Cancri præparatorum, unciam unam,
Terræ ſigillatæ Strigenſis, drachmam unam,
Foliorum Auri fini, numero qvinqve.

Miſce fiat pulvis.

PULVIS CORDIALIS PRETIOSUS CUM ZEDOARIA.

Rec. Cornu Alcis præparati, drachmas ſex,
Cervi præparati,
Coralliorum alborum præparatorum,
Hyacinthorum præparatorum,
Margaritarum Orientalium præparatarum,
Oculorum Cancri præparatorum,
Oſſis de Corde Cervi præparati,
Radicum Zedoariæ ſelectarum,
Succini albi præparati,
Talorum Leporis præparatorum, ana drachmas duas,
Terræ ſigillatæ Strigenſis,
Unicornu veri, ana drachmam unam,
Foliorum Auri obryzi, numero viginti.

Miſce, ac in pulverem ſubtiliſſimum redige.

Dem-

Pulvis dentrificus.

Lacca pictoriae in globulis
ossis sebiae rd. triduo florentinae à ℈j.
Cremor. ℥i. ℈vj. Caryophyllorum Myrrhae
Mastiches à ℈ij
m. f. ℥.
Mundat et firmat dentes

Pulvis ad Dysuriam sive mitigans
Wepferi.

Althaeae ℈j. Liquiritiae ℈ß
Sm. Bombacis papav. alb. Portulacae à ℈j.
Hordei. Boli Armenae ppitae à ℈ß.
Gm Arabici tragacanthae alb. ℈j.
℥ albi ℈ß.
m. f. ℥
demulcet et non solum dysuria
vexatis, sed et tussi sicca a ma-
teria acri laborantibus prodest.
Dos. ℈ß ad ℈j.

Pulvis dysentericus rdum Pharm W

℞. rd. Contrayervae ℈ß. Tormentillae
Cornu C. usti ℔pti terrae Lemniae
à ℈ij
Gm Arabici Mastiches à ℈ij
m. f. ℥.

adstringens qdem est hic pulvis in dy-
senteria tm epidemica circumspectus
ejus usus non infelicem edere pt
effectum. Dari pt. in diarrhoeis et sub
adstrictione opus ē. Dos. ℈ß.

PU.

Demtâ Zedoariæ radice

PULVIS CORDIALIS PRETIOSUS audit SINE ZEDOARIA.

PULVIS DENTIFRICIUS CUM MOSCHO.

Rec. Coralliorum rubrorum præparatorum, drachmam unam,
Cornu Cervi præparati, unciam semis,
Gummi Laccæ selectæ,
Sarcocollæ, ana drachmam semis,
Ossis Sepiæ præparati, drachmas tres,
Osteocollæ præparatæ,
Pulveris radicum Iridis Florentinæ, ana unciam unam,
Ambræ gryseæ,
Moschi, ana grana qvinqve.

Misce fiat pulvis tenuis.

PULVIS DENTIFRICIUS SINE MOSCHO.

Ambrâ & Moscho omissis, paratur.

PULVIS DYSENTERICUS.

Rec. Radicum Acori vulgaris, drachmam unam,
Bistortæ, unciam unam,
Tormentillæ, unciam unam semis,
Seminis Acetosæ,
Plantaginis, ana drachmas tres,
Lapathi acuti, drachmas duas,
Nucis Moschatæ,
Boli Armenæ præparatæ,
Cornu Cervi usti, ana unciam unam,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Sangvinis Draconis præparati,
Terræ sigillatæ Silesiacæ, ana unciam semis,
Croci Martis adstringentis,
Priapi Cervi, ana drachmam unam.

PU.

Misce, ac in pulverem tenuissimum comminue.

PULVIS EPATICUS RUBER DRESDENSIS.

℞. Cremoris Tartari, vel Crystallorum ejus purissimorum, qvantùm placet,
Irrorandi Tincturâ ligni Santali rubri, Spiritu Vini rectificato, modico Spiritûs Vitrioli imprægnato, extractâ, qvantùm sufficit, ut fiat instar pultis, qvi leni calore siccandus & in pollinem subtilissimum lævigandus.

PULVIS EPATICUS ALIUS.

Rec. Cremoris Tartari, libram unam,
Pulveris florum Rosarum rubrarum selectarum, cum
Spiritu Vitrioli solicitè tritarum, libram semis,
Foliorum Auri obryzi, numero qvatuor.

Misce exactè, ut fiat pulvis subtilissimus.

PULVIS EPILEPTICUS OFFICINALIS.

Rec. Coralliorum rubrorum præparatorum,
Cranii humani non humati,
Matris Perlarum præparatæ, ana drachmas duas,
Cornu Cervi, sine igne præparati, drachmas tres,
Radicum Pœoniæ maris, justo tempore collectarum, unciam unam,
Seminis Pœoniæ, drachmas duas,
Visci Qverni,
Sacchari albissimi, ana unciam semis,
Foliorum Auri purissimi, numero qvinqve.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS EPILEPTICUS MARCHIONIS.

℞. Apicum Cornu Cervi præparatorum,

PU.

Coralliorum alborum,
rubrorum præparatorum,
Margaritarum præparatarum,
Rasuræ Eboris subtilissimæ,
Spodii,
Visci Querni, aut, si adsit, Corylini potius,
Ungulæ Alcis,
Unicornu veri, ana drachmam unam,
Radicum Pœoniæ maris, justo tempore, decrescente nimirùm Lunâ, collectarum, unciam semis,
Foliorum Auri, numero viginti.

Misce, fiat omnium pulvis impalpabilis.

PULVIS AD ERYSIPELAS.

Rec. Florum Sambuci, uncias sex,
Rosarum,
Smalti, ana uncias qvatuor,
Radicum Liqviritiæ,
Rubiæ tinctorum,
Cerussæ,
Boli armenæ, ana uncias duas,
Mastichis,
Olibani,
Sandaracæ, ana unciam unam.

Pulverisentur omnia.

PULVIS PRO FUMO COMMUNIS.

Rec. Mastiches,
Myrrhæ,
Olibani,
Succini flavi,
Baccarum Juniperi, ana unciam unam.

Misce fiat omnium pulvis grossus.

PULVIS PRO FUMO CONTRA DEFLUXIONES.

Rec. Baccarum Juniperi, unciam semis,
Florum Anthos,
Rosarum rubrarum,

PU.

Summitatum Sabinæ, ana manipulum semis,
Gummi Benzoës, drachmas duas,
Mastiches,
Olibani, ana unciam unam,
Storacis Calamitæ, drachmas duas,
Sandaracæ,
Succini flavi, ana unciam semis,
Tacamahacæ,
Nucis Moschatæ, ana drachmas duas.

Misce, fiat pulvis grossus.

PULVIS PRO FUMO OPTIMUS.

Rec. Baccarum Juniperi,
Olibani, ana uncias qvatuor,
Gummi Benzoës,
Storacis Calamitæ, ana unciam semis,
Ladani depurati, drachmas qvinqve,
Caryophyllorum,
Ligni Rhodii,
Santali albi,
citrini, ana drachmas duas,
Florum Lavendulæ, manipulum unum,
Rosarum rubrarum, manipulos duos,
Stœchados Arabicæ, drachmas duas.

Misce, fiat pulvis.

PULVIS PRO FUMO CONTRA PESTEM.

Rec. Baccarum Juniperi,
Gummi Benzoës,
Ladani,
Mastiches,
Olibani,
Storacis Calamitæ, ana unciam unam,
Caryophyllorum,
Cinnamomi acuti,
Santali citrini, ana drachmas duas,
Succini flavi, unciam semis,

Cam-

Pulvis epilepticus niger Vinesii

℞. rd. Paeoniae ℥x. Dictamni albi.
Visci querni ℥v. Ligni alve-
lin. Paonice à ℈ij Coralliorum r. ppt.
Matris perlarum à ℈ß
Unyche alcis ℈ij Succinialbi ppt
Unicornu marini à ℈ij
Carbonum Tiliae ℈ij ß
f. ℥ß subtilissime tebdat
foliorum auri ℔ xx
adiberi solet ad tormina
infantum convulsiva
vi terrore repentina
Dos. in tenellis gr. v. adsti.
in adultioribus ß.

Pulvis epilepticus ruber.

℞. rd. paeoniae corall. r.
ppt. à ℈ij
Unicorn marini
Cinabaris nativae
Succini ppti à ℈j.
m. f. ℥ß.

ad epilepsiam, motus convul-
sivos et spasmodicos commendat.
℈ß hō pulveris fere grana iv
cinnaberis habet.
Dos. à ßß ad ℈ß.

Pulvis epilepticus Marchio
Edum Pharm. L

℞. rd. Paeoniae ℈ij Visci querni
ras. eboris Ungule alcis CC.
Spodii Corall. r. alborum
Margaritar. ppt. à ℈ij.
Foliorum auri puri nō xx.
f. ℥ß subtilissime.

+. Pulvis hic longo usu probatissimus non
solum pueris, ab epilepticis convulsivis
motibus et pavoribus divexatis, datur,
sed etiam adultis porrigitur; levat pra
bel anodinum et antispasmodicum
in doloribus rheumaticis, arthriticis
et cephalalgia, commode et utiliter
cum pulvere nitroso temperando ex
hibetur.
Dos gr. x. ad. ℈ß.

Pulvis ad Flatus Edm Pharm. A

℞. Sm. Coriandri Carvi anisi foenicul. à ℈
Cort. aurantiorum Zinziberis à ℈ij.
Cap. 69 ppti ℈ß. Matris ℈j. Salbi. ℈ij
m. f. ℥ß.
Dos. ℈j. ad ℈j.

Pulvis Fumalis Haugii

℞. rd. Cyperi rotundi Iridis florent
ttb. roris marinae à ℈iv.
fl. rosarum rubr. ℈vj Cavend. ℈ij
Sm. Coriandri. ℈ij bacc. juniperi tbij
Lig. Alves ℈ß Santali citrini ℈iv
Juniperi tbij
Cort. Thymiamatis ℈iv. N. moscht.
Caryophyllor. aromat Cinamom. à ℈
Benzoes Styracis à ℈iv
olibani tbß Mastichis tbj.
rasurae Succini tbij Elemi Sandarac
Cadani à ℈iij
m. et grosso modo incisa

Pulvis Hepaticus rubr. W.

℞. Cremoris ℔i Sandali rubr. rosarum r
à ℥ß

s Bli ℥ij

eores rosarum subtilissime triti irrorantr
s Bli. Probe misti addit Pulvis Santa
li et cremoris ℔i. pulvis rubr. in vitro
asservatus

fervorem nimium sanguinis temperat
et appetitum excitat.

Dos. ʒij. ad ʒj.

Pulvis Hystericus W.

℞. rd. Fraxinellae Paoniae à ℥ß
Bedoarici corticum citri
Succini Matris perlarum à ʒij
Castorei ʒij Autophyllorum
Croci à ʒij

m. f. ℔

ad hystericam passionem, menses
et secundinas pellendas, alg dolores
demulcendos inserviit

Dos. ʒj. ad ʒß.

Camphoræ, drachmam unam,
Florum Sulphuris myrrhatorum, drachmam ſemis.

Miſce, fiat pulvis.

PULVIS GALACTOPOEUS.

Rec. Seminis Aniſi mundati,
Fœniculi, ana unciam unam,
Lactis Lunæ,
Cryſtalli montanæ præparatæ,
Lumbricorum terreſtrium præparatorum, ana drachmas duas,
Oculorum Cancrorum præparatorum,
Matris Perlarum præparatæ, ana drachmam ſemis,
Sacchari Canarienſis, uncias duas,
Olei ſtillatitii Fœniculi, guttas decem.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS HYPOCHONDRIACUS LAXATIVUS.

Rec. Radicum Liqviritiæ,
Polypodii Qverni, ana drachmam unam,
Rhabarbari electi, drachmas duas,
Sennæ Alexandrinæ ſelectæ, drachmas ſex,
Turbith gummoſi, unciam ſemis,
Tartari tartariſati,
Seminis Aniſi,
Fœniculi, ana drachmam unam,
Cinnamomi acuti, drachmam ſemis,
Spicæ Indicæ, ſcrupulum ſemis.

Miſce, & in pulverem reduc tenuiſſimum.

PULVIS HYSTERICUS AUGUSTANORUM.

Rec. Radicum Dictamni albi, drachmas tres,
Zedoariæ, drachmam unam,
Corticum Citri ſiccatorum,



Seminis ejusdem, ana ſcrupulos duos,
Fragmentorum Lapidum qvinqve pretioſorum, præparatorum, ana grana duodecim,
Specierum Diamargariti calidi, drachmas duas,
Sacchari albi, unciam unam.

Miſce, & reducatur in pulverem ſubtilem.

PULVIS INCIDENS
Dni Archiatri STAHL.

Rec. Pulveris abſorbentis citrati, uncias duas,
Radicum Ari, unciam unam.

Miſce.

PULVIS PRO INFANTIBUS
D. D. STAHLII.

Rec. Teſtarum Concharum ſine igne præparatarum, unciam unam,
Antimonii diaphoretici optimi, unciam ſemis,
Cinnabaris Antimonii optimæ & præparatæ, grana qvindecim.

Miſceantur optimè.

PULVIS LENITIVUS TARTARISATUS.

Rec. Cremoris Tartari,
Foliorum Sennæ electorum, ana unciam unam ſemis,
Cinnamomi acuti,
Seminis Aniſi,
Fœniculi, ana ſcrupulos qvatuor.

Miſce, fiat pulvis.

PULVIS MANTUANUS.

Rec. Radicum Anthoræ,
Contrayervæ,
Scorzoneræ,
Cornu Cervi præperati,
Coralliorum rubrorum, præparatorum,
Ungulæ Alcis præparatæ,

Unicornu veri, ana ſcrupulos duos,
Lapidis Bezoar Occidentalis,
Orientalis,
Terræ ſigillatæ Lemniæ, ana drachmam unam,
Seminis Acetoſæ,
Napi,
Smaragdorum præparatorum, ana ſcrupulum unum,
Viſci Qverni, drachmam unam,
Sacchari albiſſimi, drachmas ſex.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS MULIERUM.

Rec. Baccarum Lauri,
Cinnamomi acuti,
Galangæ,
Nucis Moſchatæ, ana unciam ünam ſemis,
Croci Orientalis, unciam unam,
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas ſex,
Zedoariæ, unciam ſemis,
Zinziberis,
Seminis Carvi,
Paſtinacæ, ana uncias tres.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtilis.

PULVIS PANNONICUS RUBEUS.

Rec. Boli Armenæ, cum Aqvâ Acetoſæ & Roſarum ana præparatæ, uncias tres,
Coralliorum alborum præparatorum, drachmas ſex,
rubrorum præparatorum,
Hyacinthi præparati,
Rubini præparati,
Sapphiri præparatæ,
Smaragdi præparati, ana unciam dimidiam,
Margaritarum præparatarum,
Spodii præparati, ana drachmas qvinqve,
Raſuræ Eboris, drachmas tres,
Seminis Acetoſæ,
Cinnamomi electi, ana drachmas duas,
Caryophyllorum,
Croci Orientalis, ana drachmam unam,



Corticum Citri extimarum,
Santali albi, ana drachmam unam ſemis,
rubri, drachmas duas,
Cornu Cervi philoſophicè calcinati & præparati, unciam ſemis,
Foliorum Auri obryzi, qvadraginta.
Miſce, fiat lege artis pulvis.

*Nota: Qua de abuſu pretioſorum aliàs notavimus, & hic & hinc inde alibi locum inveniunt.*

PULVIS PARTURIENTIUM.

Rec. Caſſiæ ligneæ veræ,
Cinnamomi acutiſſimi, ana drachmas duas,
Borracis Venetæ,
Succini albi præparati, ana drachmam unam ſemis,
Croci Orientalis optimi, drachmam ſemis.
Miſce, fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, irrorandus Olei ſtillatitii Cinnamomi, guttis tribus.

*Nota: Si hujus pulveris ſingulis doſibus addatur Epatis Anguillæ ſimul cum felle ſiccati, & in pulverem tenuiſſimum redacti, drachma ſemis, evadet remedium in partu difficili, primipara præſertim, cæteris paribus, expertiſſimum, in hauſtu vini generoſi datum. Idem etiam ſolitariò abſque omni additamento, ſed paulò largiori doſi, cum vino generoſo propinatus, mira quodammodo præſtat.*

PULVIS AD PARTUM ALIUS.

Rec. Teſtium Caballi ſolicitè ſiccatorum & præparatorum,
Borracis Venetæ, ana drachmas duas,
Croci Orientalis, ſcrupulos duos,
Olei ſtillatitii Cinnamomi, guttas tres.
Miſce, fiat pulvis.

PULVIS PECTORALIS.

Rec. Specierum Diaireos ſimplicis,
Diatragacanthi frigidi, ana unciam ſemis,
Liqviritiæ,
Pulmonis Vulpis, ana drachmas tres,
Boli Armenæ præparatæ,
Florum Sulphuris, ana drachmas duas,
Terræ ſigillatæ, drachmam unam ſemis,
Sacchari Candi albi,
Penidii, ana uncias tres.

Miſce, fiat pulvis.

*Nota: Saccharum Penidium, cum à Saccharo communi non niſi tractandi modo differat, idque commodioris uſus ergò, pro infantibus præcipuè, tantùm itaparetur, qui cum Saccharo communi, aut etiam Candi rubro commutare voluerit, vix à ſcopo aberrabit.*

PULVIS PLEURITICUS.

℞. Raſuræ Dentis Aprini ſine uſtione præparatæ,
Mandibulorum Lucii præparatarum, ana drachmas duas,
Lapidis Percarum præparati,
Hæmatitæ præparati,
Oculorum Cancrorum præparatorum,
Lucii præparatorum,
Oſteocollæ præparatæ,
Talorum Leporis præparatorum,
Seminis Artemiſiæ rubræ,
Cardui benedicti, ana drachmam unam.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS PRÆCIPITANS.

Rec. Concharum marinarum præparatarum,
Matris Perlarum præparatæ,
Cornu Cervi præparati,
Oculorum Cancrorum præparatorum, ana unciam ſemis,
Antimonii diaphoretici, drachmam unam,



Cinnabaris nativæ præparatæ, drachmam ſemis.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS PRO INFANTIBUS RECENS NATIS.

Rec. Coralliorum rubrorum præparatorum,
Margaritarum præparatarum,
Smaragdorum præparatorum,
Unicornu veri præparati, aut ſubtiliſſimè tantùm limati, ana ſcrupulum unum,
Radicum Pœoniæ maris, juſto tempore collectarum,
Seminis ejusdem, ana drachmam ſemis,
Viſci Qverni,
Succini albi præparati,
Cornu Alcis præparati,
Ungulæ ejusdem ſubtiliſſimè lævigatæ, ana drachmam unam,
Foliorum Auri puriſſimi, numero qvatuor.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS PUERORUM COMMUNIS.

Rec. Radicum Iridis Florentinæ,
Pœoniæ,
Scorzoneræ, ana uncias duas,
Seminis Pœoniæ decorticati, unciam ſemis,
Croci, drachmas duas,
Sacchari Candi, uncias qvatuor.

Miſce, in pulverem tenuiſſimum comminuta.

PULVIS PUERORUM COMPLETUS DICTUS.

℞. Radicum Iridis Florentinæ præparatarum,
Pœoniæ maris, juſto tempore collectarum & præparatarum, ana uncias duas,
Cornu Cervi præparati,
Seminis Pœoniæ excorticati,

PU.

Smaragdorum præparatorum, ana drachmas duas,
Succini albi præparati,
Ungulæ Alcis præparatæ, ana ſcrupulos qvatuor,
Myrrhæ electæ, ſcrupulos duos,
Sacchari Penidii, uncias qvatuor,
Foliorum Auri, numero decem.
Miſce, fiat pulvis.

PULVIS PUERPERARUM.

Rec. Pulveris Mulierum ſupra deſcripti, drachmas ſex,
Baccarum Lauri,
Foliorum Melliſſæ,
Radicum Pimpinellæ, ana drachmas duas,
Cinnamomi acuti,
Oculorum Cancri præparatorum,
Succini albi præparati, ana drachmam unam.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS PURIFICANS.

Rec. Florum Sulphuris ſimplicium, uncias duas,
Antimonii diaphoretici non edulcorati, unciam unam ſemis,
Pulveris radicum Ariſtolochiæ rotundæ, unciam unam,
Myrrhæ rubræ ſelectæ, unciam ſemis.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS PURIFICANS D. D. STAHLII.

Rec. Mercurii dulcis optimi, drachmam unam,
Teſtarum Concharum ſine igne præparatarum, drachmas duas.
Miſceantur optimè.

PULVIS RESOLVENS
Dni Archiatri STAHL.

Rec. Teſtarum Concharum ſine igne præparatarum,
Antimonii diaphoretici,

PU.

Nitri depurati, ana.
Miſceantur optimè.

PULVIS RESOLVENS COMPOSITUS
Dni Archiatri STAHL.

Rec. Pulveris reſolventis, unciam unam ſemis,
Extracti Caſcarillæ cum aqva, unciam ſemis.
Miſce.

PULVIS SQVILLÆ COMPOSITUS
Dni Archiatri STAHL.

Rec. Radicum Squillæ recentium, libram unam,
Vincetoxici pulveriſatarum, uncias quatuor.
Contunde in pulpam, leniter exſiccæ, & rurſus contunde in pulverem.

PULVIS STEGNOTICVS D. GUTMANNI.

Rec. Coralliorum rubrorum præparatorum, drachmas duas,
Lapidis Ætitæ præparati, drachmam unam,
Carneoli præparati,
Hæmatitæ præparati,
Cornu Cervi uſti & præparati,
Terræ ſigillatæ Lemniæ veræ, aut ſaltem Sileſiacæ, ana drachmam ſemis.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS STERNUTATORIUS COMMUNIS.

Rec. Foliorum Betonicæ, drachmas duas,
Majoranæ,
Nicotianæ, ana unciam ſemis,
Pulegii,
Serpilli, ana drachmam ſemis,
Radicum Hellebori albi,
nigri, ana drachmam unam,
Pyre-

Radicis Ari praeparatio

colligenda est radix primo vere dum ger
minare incipit, mundata et in orbicula
dissecta, infundatur vino albo, et macere
in loco frigido, p XXIV horas, qby elapsis
vinum per inclinationem seperetur
et radix in furno vel clibano siccata
in pulverem teratur et usui servetur.

PU.

Pyrethri, drachmam ſemis.
Miſce, fiat pulvis.

PULVIS STERNUTATORIUS CUM MOSCHO & AMBRA.

Rec. Foliorum Nicotianæ Virginianæ, unciam unam,
Florum Liliorum convallium ſiccatorum, drachmas duas,
Ambræ gryſeæ.
Moſchi Alexandrini, ana grana ſex,
Olei ligni Rhodii, guttas qvinqve.
Miſce, fiat pulvis.

PULVIS STOMACHICUS QVERCETANI, AVT BIRCKMANNI POTIVS.

Rec. Radicum Ari, ad mentem Authoris præparatarum, uncias duas,
Acori vulgaris,
Pimpinellæ, ana unciam unam,
Oculorum Cancri præparatorum, unciam ſemis,
Cinnamomi electi, drachmas tres,
Salis Abſinthii,
Juniperi, ana drachmam unam,
Sacchari roſati tabulati, qvantum ſufficit, ut pulvis evadat guſtui gratus.

PULVIS TEMPERANS ALBUS Dni Archiatri STAHL.

Rec. Tartari Vitriolati cryſtallini,
Nitri depurati, ana.
Miſce.

PULVIS TEMPERANS RUBER Dni Archiatri STAHL.

Rec. Tartari Vitriolati cryſtallini,
Nitri depurati, ana uncias qvatuor,
Cinnabaris factitiæ præparatæ, drachmas tres.
Miſceantur optimè,

RADICES ARI PRÆPARATÆ CUM VINO.

*Nota: Radicum Ari præparatio ſit, ſecundum QVERCETANUM in* Pharmacop. reſtit. lib. I. cap. 20. de Trageis, *tit.* Pulvis ad omnes ventriculi affectus admirabilis, p. 138. *colligendo radices cum vix germinare incipiunt, mundatas optimè ac lotas, in orbiculos cultello oſſeo, aut eburneo diſſectas, in vino generoſo iteratis vicibus primo viginti quatuor horas macerando, ſecundo duodecim, novo ſingulis vicibus affuſo vino, donec vis earum recens eòusque mitigata fuerit, ut linguæ admota eam magis non afficiat ac pipet, tum in clibano poſt panem exemtum moderato calore ſiccando & in pulverem ſubtiliſſimum redigendo.*

RE.

REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS, vide Febrifugum D. CRAAN.

RESINA JALAPPÆ

℞. Pulveris radicum Jalappæ qvantùm vis, affunde Spiritûs Vini rectificatiſſimi, in vitro commodo, ad eminentiam trium, qvatuor, pluriumve digitorum. Stent, vitro exactè clauſo, in digeſtione lenis caloris, ſæpiùs movendo, donec Spiritus ſaturatè ſit eſſentiâ radicum imbutus, deple tunc illum & alium, ſed minori copiâ, affunde, digere, move, ut priùs, donec & ille ſatis tinctus, idqve continua, donec omnis ê radicibus Eſſentia aut Tinctura ſit extracta; tandem omnes extractiones conjunge & ê cucurbitâ humili, impoſito alembico & recipiente applicato, juncturis probè clauſis, omnem Spiritum Vini, ſimili labori idoneum, balneo roris aut maris evoca, ac reſidebit in fundo cucurbitæ reſina, ſuper chartâ, Oleo qvalicunqve aromatico parum imbutâ, in ſole ſiccanda & â pulvere cuſtodienda. Aut, ſi mavis, abſtractâ aliqvotâ Spiritûs Vini parte, frigida affundenda, unde illa extractio lacteſcet, tum evocato balneo maris Spiritu Vini reliqvo, reſiduum liqvorem lacteum repone aliqvantiſper & qvietum ſerva, ſic reſina â liqvore ſeparata fun-

RE.

dum petet', qvæ depleto liqvore, Aqvâ Roſarum bis terve eluenda, ſiccanda & ſervanda.

*Nota: Si poſteriori modo proceſſeris, reliqvum à ſeparatione Reſinæ, lento igne inſpiſſatum, Extractum tibi dabit, Jalappæ virium non omninò expers.*

RESINA PRÆPARATA

Dni Archiatri STAHL.

Rec. Reſinæ Jalappæ,
Amygdalarum dulcium ſiccè excorticatarum, ana.
Terentur in pulverem.

RESINA SCAMMONII.

E pulvere Scammonii groſſo eâdem ratione fit, qvâ ſuperior Jalappæ.

†. *Quod Reſinæ purgantium ad unum omnes ſemper copioſiores & moleſtiores inducant purgationes, qvam ipſa in ſubſtantia exhibita purgantia, per experientiam notiſſimum jam jam eſt, quoniam nempe ob glutinoſas, tenaces & viſcoſas ſuas particulas facilè plicis ſtomachi & inteſtinorum adhærendo, in faucibus ardorem & ſitim, in ſtomacho nauſeam & in inteſtinis hypercatharſes excitant, quâ de cauſâ etiam admodum cautè propinandæ, aut potius antea quodammodo corrigendæ ſunt, ne forſitan ſub uſu ſuo plus damni, quam commodi, adferant. Hinc alii ſvadent, ut tales Reſinæ cum Vitello ovi prius diſſolvantur, & in Potiunculæ vel Emulſionis formâ exhibeantur, quia hâc ratione promtius penetrant in Maſſam ſangvineam, & colliqueſcendo impuros humores, poſtmodum, ſub copioſiori licet evacuatione, ſine torminibus aut aliis gravioribus ſymptomatibus, operantur, nec unquam inteſtina adeò moleſtè irritant & ſtimulant. Alii è contra Semina pingvia, aut Amygdalas dulces, prout Illuſtri STAHLIO placet, adjiciunt, hâcque ratione ſimilem ſecurum effectum abinde obtinent. Alii denique ſalia alcalia ſemper addunt, hisque optimè Reſinas tales corrigi poſſe aſſerunt, quoniam illa viſcoſitatem glutinoſam earum diſſolvunt & ferè tollunt, ut*

RO.

*dein Reſinæ ita correctæ & in texturâ ſuâ mutatæ, jucundius & facilius operentur, ſine torminibus, nec non ſecurius, ſine metu nimirum hypercatharſeos aliorumve ſymptomatum.*

ROB ACACIÆ NOSTRATIS.

℞. Prunorum ſylveſtrium maturorum, qvantùm vis.

Coqvantur ad mollitiem, pulpa per cribrum trajiciatur cum aliqvali expreſſione. Expreſſæ pulpæ libræ cuilibet dimidiam adde libram Sacchari, ac ad conſiſtentiam Rob, igne moderato, inſpiſſa.

ROB BERBERUM.

Fit, Succum Berberum depuratum ad mellis conſiſtentiam igne moderato inſpiſſando.

ROB CERASORUM.

Eodem fit modo. Sic &

ROB CORNORUM.

Rec. Succi Cornorum expreſſi, colati & in Sole aut ſuper igne depurati, libras novem,
Coqve igne moderato ad librarum ſex exhalationem, qvod reliqvum vaſe idoneo ſerva.

ROB CYNOSBATI.

Fit eodem, qvo Rob de Cornis modo, è ſucco fructûum Cynosbati maturorum, autumno collectorum.

ROB EBULI.

Ad inſtar Rob Berberum, è ſucco baccarum Ebuli maturarum, fit.

ROB JUNIPERINUM.

Rec. Baccarum Juniperi maturarum, recentium

centium conqvaſſatarum, qvantùm placet.

Coqvantur aqvâ communi ſufficienter, donec molleſcant, tùm per ſetaceum colentur, ac modicè exprimantur. Succus inde natus ad conſiſtentiam mellis, calore moderato, inſpiſſetur.

ROB MORORUM CUM MELLE.

Rec. Succi Mororum nondum plenè maturorum, expreſſi & per reſidentiam depurati, libras qvinqve,
Mellis Virginei deſpumati, libram unam.

In cacabo terreo optimè vitreato reducatur, leniter coqvendo, ad juſtam Rob conſiſtentiam.

ROB MORORUM CUM SACCHARO, SEU DIAMORON.

Rec. Succi Mororum depurati, libras qvatuor,
Sacchari albi puriſſimi, libras duas,

Coqvantur, ut artis eſt, ad conſiſtentiam Rob.

ROB NUCUM.

Rec. Succi è Corticibus viridibus nucum Juglandium, Canicularibus diebus expreſſi & per reſidentiam depurati, libras duas,
Mellis deſpumati, libram unam.

Coqvantur ad conſiſtentiam juſtam.

ROB RIBIUM.

E ſucco Ribium depurato paratur inſtar Rob Berberum.

ROB SAMBUCINUM.

Rec. Succi Baccarum Sambuci maturarum, qvantùm ſufficit; igne moderato, cavendo empyreuma, coqve ad juſtam conſiſtentiam.



ROB DE SPINA CERVINA.

Paratur aliorum modo, ê ſucco baccarum maturarum Spinæ Cervinæ ad mellis conſiſtentiam inſpiſſato.

ROB VINI, SEU SAPA.

E ſucco fit Uvarum maturarum generoſarum expreſſo, igne lento ad conſiſtentiam mellis ſpiſſam evaporando.

ROTULÆ BECHICÆ OPIATÆ.

Sunt Trochiſci ê ſucco Glycyrrhizæ correcto parati, qvem ſuo loco vide.

ROTULÆ BERBERUM EX SUCCO.

Rec. Sacchari albiſſimi, libram unam.

In pulverem redactum in vaſe terreo vitreato leni admodum igne incaleſcat, cui tum adde, Succi Berberum per reſidentiam optimè depurati, uncias tres, ſicqve absqve omni coctione in conſiſtentiam tabulati reduc, ac in rotulas, ut artis eſt, effunde.

ROTULÆ CEPHALICÆ.

Rec. Specierum Diarrhodon, drachmam unam,
Pleris Archontici, drachmam ſemis,
Extracti Ligni Aloës, ſcrupulum unum,
Ambræ gryſeæ, ſcrupulum ſemis,
Succini albi præparati, drachmam ſemis,
Cornu Cervi,
Alcis, ſine igne præparati, ſcrupulos duos,
Olei Cinnamomi, guttas ſex,
Sacchari albi, in Aqvâ Roſarum & Liliorum convallium ſoluti, uncias ſex.

Fiant lege artis rotulæ.

ROTULÆ CONFECTIONIS ALKERMES.

Rec. Confectionis Alkermes completæ, drachmas duas,

RO.

Sacchari albi Aqvâ Roſarum ſoluti, uncias qvatuor.

Miſce, fiant lege artis Rotulæ.

ROTULÆ DIAIREOS SIMPLICES.

Rec. Specierum Diaïreos ſimplicis, unciam unam,
Sacchari albiſſimi, in ſufficienti qvantitate Aqvæ Violarum ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati ferè cocti, uncias octo.

Miſce, fiant artis lege Rotulæ.

ROTULÆ DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

Rec. Specierum Diatragacanthi frigidi, unciam ſemis,
Sacchari albi in qvantitate ſufficienti Aqvæ Roſarum ſoluti, & ad conſiſtentiam tabulati coqvendo redacti, uncias qvatuor.

Miſce, ac artis lege fiant Rotulæ.

ROTULÆ LIBERANTES.

E ſpeciebus liberantibus cum Sacchari octuplo, Aqvâ Cardui benedicti aut Ceraſorum nigrorum ſoluto, & ad tabulati conſiſtentiam perducto, ſecundum artem, eôdem, qvo præcedentes, modo parantur.

ROTULÆ SACCHARI ROSATI SIMPLICES.

Rec. Sacchari albiſſimi, libram unam,
Aqvæ Roſarum fragrantiſſimæ, qvantùm ſufficit ad diſtemperandum, igne leniſſimo, Saccharum, & ad tabulati conſiſtentiam breviſſimâ ſuper igne morâ redigendum, ac in Rotulas effundendum.

*Nota: Manùum Chriſti benedictum, glorioſum & animæ ſalutare nomen, medicamento ſatis equidem grato & ægris accepto olim tributum, ſuperſtitionem aliqualem ſapit; hinc magis proprio & convenienti acquieſcere tutiùs.*

RO.

ROTULÆ SACCHARI ROSATI PERLATÆ.

Saccharo, ut in ſimplicibus dictum, Aqvâ Roſarum fragranti ſoluto & ad tabulati conſiſtentiam ex arte deducto, ſub finem adde Margaritarum præparatarum, unciam ſemis.

Si cui libuerit, antequàm in Rotulas effundantur, Olei ſtillatitii Cinnamomi unam alteramve guttam addere, huic liceat, gratiſſimum ac cordiale medicamentum effecturo, dùm modo in morbis calidis ab illo abſtineat.

ROTULÆ SACCHARI ROSATI CUM OLEO ANISI.

Eôdem, qvo priores, modo fiunt, è ſimplicibus, ſi ſub finem, antequàm in Rotulas effundantur, pauculæ Olei ſtillatitii Aniſi guttulæ, tabulato ſaccharo inſtillentur.

ROTULÆ DE RHABARBARO.

Ad inſtar Morſulorum de Rhabarbaro fiunt, niſi qvod loco morſulorum in Rotulas effundantur.

SACCHARUM CANDIDARUM VIOLARUM.

Cum ſucco Violarum, Saccharo diſſoluto & ad cuticulam evaporanti ſub finem addito, fit, in loco frigido cryſtalliſando.

SACCHARUM PENIDIUM.

Saccharum ad conſiſtentiam juſtam ſecundum artem coctum, ſuper tabulâ marmoreâ, Oleo Amygdalarum dulcium imbutâ, effuſum, donec eatenus refrigeſcat, ut Terebinthinæ denſæ inſtar, manibus terſis & Amylo ſæpiùs aſperſis ſuper unco ferreo iterato & operosè tractari, ac filorum inſtar craſſorum aut funium duci, tandemqve, poſtqvàm ſufficienter refrixerit ac candorem contraxerit, in bacillos oblongos, digitum circiter craſſos, contorqveri ac efformari poſſit.

SAC-

Saccharum Lactis

℞. Lactis recentis vaccini tbx.

reponatur ℔ xxiv horas, auferatur
cremor, et residuum lac lento igne exp
natur ut caseosum praecipitetur. Serv
℔ colatorium separatum et per chart
Bibulam filtratum, in vase ligulino
vitreato lento igne, ad septae partis
permanentiam, evaporetur, atque a
crystallisationem reponatur. Crystal
collectae aqua frigida abluantur, e
in loco tepido inter chartas, sicce
atque loco sicco temperato in vitro
asservetur.

+ antiscorbuticum, demulcens ax
dynum et antarthriticum est.
scorbuticis, lactivis et neptith
convenit. cavendum vero est
rancidum, sed recens paratum
Dos. ʒj. ad- ʒij

SA.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

Rec. Foliorum Rosarum rubrarum, solicitè siccatorum & in pulverem redactorum, drachmas tres,
Irrorentur Spiritûs Vitrioli, guttis qvindecim,
Sacchari albi Aqvâ Rosarum, qvantùm reqviritur, distemperati & ad debitam tabulato consistentiam cocti, uncias sex.

Sub finem coctionis & inter tabulandum Rosarum prædictum & irroratùm pulverem immiscendo, fiant secundum artem Tabulæ, aut Rotulæ.

SACCHARUM SATURNI CRYSTALLISATUM.

Rec. Minii, aut Lithargyrii, qvantùm vis, affunde in vase commodo Aceti destillati acerrimi, qvantùm sufficit, ad eminentiam qvatuor ad minimùm digitorum, digere in loco moderatè calido, sæpiùs, initio præsertim, materiam baculo aut spatulâ ligneâ, ne nimiùm concrescat, subruendo, per unum alterumve diem, donec acetum saturatò flavescat. Interea cavendo ab odore exhalante, pulmonibus noxio, (hinc in loco à continuo usu seqvestrato laborem hunc fieri oportet.) Sic acetum particulis Saturni salinis impræginabitur, atqve mutato colore & sapore dulcescet & flavescet. Extractionem, aut solutionem potiùs hanc, decanta, ac novum acetum destillatum affunde, ut denuò aliqvot digitos supereminеat, ac donec dulcescat & flavescat digere, idqve toties itera, novum acetum destillatum affundendo, donec non ampliùs coloretur aut dulcescat. Extractiones omnes conjunge ac acetum abstrahe ad mellaginem, huic affunde aqvam pluviam destillatam, solve, digere aliqvantisper, donec fæces ad fundum secedant, clarum deple & denuò recentem Aqvam residuo affunde, idqve toties, donec omnis dulcedo soluta & extracta, fæcibus solum nonnullis residuis. Extractiones has omnes, per chartam emporeticam colatas, evapora, & obtinebis sal in cellâ humidâ in liqvorem resolubile; qvod denuò aceto destillato solvendum, ac tres, pluresve dies in cineribus calidis digerendum, sæpiùs de die movendo, tum demùm filtrandum, ac evaporatione ad cuticulam factâ, in loco frigido crystallisandum. Qvod ut citiùs ac feliciùs fiat, affuso Spiritû Vini rectificatissimo Crystallis, eas paululùm digere; & Spiritum ad medietatem rursus abstrahe, ac in longè nitidiores abibunt Crystallos.

†. *Celeb. b. m.* ETTMÜLLERUS *in* Colleg. Chym. Lect. XXXVI. *optimè monet circa hanc præparationem, qvod non omne omninò Acetum abstrahendum sit à soluto, quia aliàs periculum imminet, ne fulminet Saturnus, quippe quod non raro contingere, teste propriâ experientiâ, asserit. Parantur etiam Crystalli ex minera Saturni, cum aceto destillato, mediante Spiritu Nitri acuato, qui inprimis laudibus eximis extolluntur, quas tamen vix unquam comprobat illorum usus: Interno enim usu, dum acidum omne absorbere creduntur, communiter in malo hypochondriaco, præprimis Melancholiæ huic superveniente, item in Quartana, Phlogosibus, Erysipelate, Dysenteria, Gonorrhœa, Fluore albo, Phreneſi, Mania, &c. eximiè commendantur; ast, quicunque solertius consideraverit dira hinc orlunda symptomata, exstinctionem nimirum appetitûs præsentissimam, obstructionem alvi, tormina colica, &c. præsertim autem noxam à Lithargyrio, (utpote ejusdem cum hoc Saccharo prosapiæ,) minis, dulcedinem inde acquirentibus, admixto, dependentem & innumeris jam jam exemplis confirmatam, ille ab interno tam hujus, quam reliquorum exinde paratorum medicamentorum, videlicet famosæ* GRAMANNI *Tincturæ antiphthisicæ, & Balsami Saturni, usu, facilè nobiscum abhorrebit, licet sterilitatem, quam multi quo-*

*que ab interno hujus medicamenti uſu metuunt, (ob convenientiam nimirum Saturni mineralis cum cœleſti hujus nominis Planeta, à cujus influxu ſterilitatem dependere dicunt,) non tam directè & abſolutè, ſed potius per accidens non niſi, & quidem per ejus abuſum induci poſſe, non negemus. Externè equidem in affectibus quibusdam oculorum, ſub Collyriis, nec non in ambuſtione, ulceribus, &c. paulò ſecuriorìs quidem uſus eſt, nihilò tamen minus pariter cautum requirit artificem, ne intempeſtivè aut incongruè ordinetur.*

### SAL ABSINTHII.

℞. Abſinthii conciſi, aut integri, parùm, ſed non omnimodè ſiccati, ſub dio aut camino coacervati, ac concremati; aut etiam à deſtillatione Aqvæ aut extractione Eſſentiæ & ſimilium reliqvi, ſiccati atqve cremati. Cineres albos, crucibulo impoſitos, igne forti, ut totum undiqve candeat cum cineribus crucibulum, calcina, agitando inter calcinandum rudiculâ & dein crebris & iteratis affuſionibus omnem acrimoniam elue, ut fiat lixivium ſaturatum, qvod, per emporeticam, aut Manicam Hippocratis colatum & aliqvamdiu digeſtum, igne mediocri exhala & in ſalem inſpiſſa. Hunc rurſus crucibulo commiſſum, igne convenienti, ut totus rubeat, ſed cave, ne qvid peregrini in crucibulum incidat, calcina, tùm ſolve, filtra & ad cuticulam evapora, ac ad cryſtalliſandum loco frigido repone; Cryſtallos inde natas exime forcipulâ ligneâ, & emporeticæ impoſitas ſicca. Reliqvum denuò evapora ad cuticulam, cryſtalliſa, ſicqve perge, donec cuticulam ampliùs contrahere recuſet. Salem omnem repetitis Cryſtalliſationibus collectum, ſi ſatis ſit candidus, ſerva; ſin minùs, laborem hunc calcinationis, ſolutionis, evaporationis & cryſtalliſationis itera, donec voto tuo reſpondeat.

Eâdem normâ reliqvorum qvoqve vegetabilium, qvæ in catalogo ſeqvuntur, ſalia paranda, paucis, qvorum peculiaris parandi modus ſeqvitur, exceptis.

### SALIS AMMONIACI FLORES.

Rec. Salis Ammoniaci probè triti,
Limaturæ Chalybis, ana qvantùm vis.

Miſce diligenter atqve è cucurbitâ vitreâ ex arenâ, ignis gradû convenienti, ſublima, ſic Sal Armoniacus, relictis in fundo fæcibus, Martis qvibusdam particulis imprægnatus aſcendit. Floribus hisce, Salis fuſi ana rurſus miſce ac denuò ſublima, rejectis fæcibus. Tùm pro Floribus Salis Armoniaci ſerva. Jubent qvidem nonnulli ſepties à Sale fuſo ſublimare, ſed gratis, nec ſine omni ut qvantitatis, ſic volatilitatis ac virtutum jacturâ.

### SAL CINNAMOMI.

E reliqviis deſtillationum, aut extractionum pretioſi hujus aromatis parare, cui volupe fuerit, poterit, modo in Sale Abſinthii ſupra indicato.

### SAL CORALLIORUM.

Alcalinum calcinatione, adeòqve deſtructione excellentis hujus Naturæ doni, qvi impetrare ſibi perſvaſerit, falletur. Solutione Aceto deſtillato acerrimo, aut etiam Spiritu Æruginis ſimplici, aut Zwelfferiano, magma qvidem ſalinum acqviritur, ſolutionibus & cryſtalliſationibus ulteriùs in cryſtallos ſalinas perficiendum; verùm Salis Corallini nomine commodè vix inſigniendum, utpote qvod præcipuas formæ ſuæ ſalinæ partes aceto, aut menſtruo cuicunqve alii, ſolutioni adhibito, debet.

### SAL CORNU CERVI VOLATILE.

E Cervi Cornubus in ſegmenta mediocria diſſectis, igne aperto, retortâ capaci, aut cucurbitâ terreâ, vel ferreâ poti-

potiùs, capitello terreo probè vitreato, roſtro amplo inſtructo, ac recipiente capaci adaptato, juncturis optimè clauſis, unà cum Spiritu & Oleo elicitur, qvod aqvæ modico, è retortæ, vel alembici roſtro, ac à lateribus recipientis elotum chartâ bibulâ duplicatâ ac humectatâ ab Olei parte potiori ſegregatur. Rectificatione poſtmodùm, ê cucurbitâ vitreâ ex arenâ, igne admodùm leni, à Spiritû qvoqve ac phlegmate affuſo, cineribus oſſium calcinatorum ſaturato, & fortiori demùm ab iisdem igne recuperando, ſeparatur, tandem encheireſi ſingulari, mediante nimirùm Spiritû Vini, aut ſaltem Frumenti rectificato, â reliqviis Olei ſeqveſtrandum & ad puritatem deſideratam & candorem gratum deducendum.

### SAL FEBRILE MYNSICHTI.

Rec. Florum Salis Ammoniaci,
Salis Nitri ſecundùm Authorem præparati, i. e. Lapidis Prunellæ, Spiritû Vitrioli & Vini, ana, ſoluti, ac, abſtracto ad cuticulam menſtruo, cryſtalliſati & ſiccati,
Abſinthii,
Cardui benedicti, ana unciam unam.

Solvantur omnia in Aqvâ Cichorei, & lege artis rurſus in Cryſtallos redigantur.

### SAL POLYCHRESTUM GALLORUM.

Rec. Nitri & Florum Sulphuris, ana libram unam.

Mixta ſucceſſivè detona, reſidûum aqvâ ſolve, & poſt colaturam evaporando coagula in ſalem.

Qvid hic præ Nitro præparato, aut Lapide ſeu Sale Prunellæ, vulgò ſic dicto, peculiare, præter qvantitatem majorem Sulphuris, habeat, non ſatis liqvet.



### SAL SANGUINIS CERVI VOLATILE.

Rec. Qvantitatem Sangvinis Cervini recens profuſi ſufficientem, evapora humiditatem omnem leni igne & qvam potes optimè exſicca, tum retortæ aut cucurbitæ, adinſtar Cornûum Cervi, inditum, igne aperto urge, &, ut illic dictum, Sal volatile unâ cum Spiritu & Oleo evoca, ab illis ſepara, rectifica & purifica.

### SAL SANGUINIS HIRCI VOLATILE.

Eôdem, qvo Cervi Sangvinis Sal volatile, modo paratur.

### SAL SUCCINI VOLATILE.

Unâ cum Oleo, in deſtillatione hujus, igne auctiori aſcendit, per chartam bibulam ab illo ſeparandum.

### SAL SUCCINI VOLATILE DEPURATUM.

Sal volatile Succini modò dictum, ab Oleo ſeparatum, cucurbitæ humili immittitur, eiqve pileus coniformis, qvantùm fieri poteſt faſtigiatus, è chartâ bibulâ, aut etiam albâ duplici compoſitus, imponitur, ac leniſſimo arenæ calore ſublimatur, ſæpius mutato pileo, ne relabatur, abradendum, ſicqve colligendum & accuratiſſimè ſervandum.

### SAL TARTARI.

Genuinum qvære infra, ſub titulo Tartari Sal. Paratur & Sal Tartari extemporaneum ê partibus æqvalibus Nitri & Tartari mixtis & detonatis, mixtum, plurimis qvidem, non tamen omnibus uſibus, qvibus Tartari Sal convenit & dicatur, aptum. Hoc Docimaſtis Fluor albus vocatur.

### SAL VIPERARUM VOLATILE.

Eâdem, qvâ Cornu Cervi, encheireſi, è Viperis exenteratis & ſiccatis fit.

SA.

SAL VOLATILE AROMATICUM;

Spiritus potiùs Salis volatilis aromatici.

Rec. Salis Tartari optimè depurati, libram semis,
Cinnamomi electi & acuti, unciam unam,
Caryophyllorum,
Nucis Moschatæ, ana unciam semis,
Macis, drachmas duas,
Corticum Citri extimorum recentium,
Aurantiorum recentium, ana unciam semis.
Misce, & affusâ Spiritûs Vini communis libra unâ semis,

In cucurbitâ, alembico cæco aut rostrato probè obturato, & junctûris lutatis, optimè clausâ, biduum digere, tum adde Salis Armoniaci, in sufficienti qvantitate aqvæ simplicis dissoluti & ad cuticulam evaporati, libram semis, ac impositò rursus capitello & adaptato recipiente, exactissimè clausis junctûris, ad medietatem circiter destilla, atqve in vase optimè obturato serva.

SAL VOLATILE OLEOSUM CEPHALICUM.

Rec. Spiritûs Salis Armoniaci vinosi, infra docendi, uncias tres,
Olei destillati Cinnamomi, drachmam semis,
Cardamomi,
Macis,
Succini, ana scrupulum semis.

Misce, digere vase optimè clauso, calore leni, donec Oleum Spiritui mixtum, tùm destilla, qvo intimius uniantur.

SAL VOLATILE OLEOSUM CINNAMOMI.

Eôdem fit modo, Spiritui Salis Armoniaci vinoso Oleum Cinnamomi, unciæ uni Spiritûs, drachmam semis Olei,

SA.

per digestionem & destillationem maritando.

SAL VOLATILE OLEOSUM MACIS.

Eâdem, ut præcedens, ratione paratur.

SAL VOLATILE OLEOSUM STOMACHICUM.

Perinde fit, Olea stillatitia Stomachica, verbi gratia:

Oleum Calami aromatici,
Caryophyllorum,
Menthæ,
Nucis Moschatæ,
Zedoariæ,

exqvisitâ, Spiritui Salis Armoniaci vinoso, proportione jungendo & per digestionem & destillationem uniendo.

SAL VOLATILE OLEOSUM SYLVII.

Hoc Arcanum cum sibi Author suisqve hæreditarium esse voluerit, de genuinâ ejus descriptione dubii, ejus loco, cum vulgò sæpius expeti soleat, sequenti utimur:

Rec. Salis Tartari optimè depurati, uncias sex,
Olei stillatitii Anisi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi, ana drachmam semis,
Macis, scrupulum unum,
Zedoariæ,
Succini, ana scrupulum semis.

Digerantur loco calido in cucurbitâ optimè alembico cæco clausâ, biduûm aut triduûm, tum hoc remoto, & affusâ priùs Spiritûs Vini communis libra unâ semis, addatur Salis Armoniaci purissimi probè contriti libra semis, ac impositò dextrè alembico rostrato, junctûris exactè & solicitè munitis, media pars circiter Spiritûs destillando, blan-

do

℞ volatile oleosum

℔ Cinnam. Zj. Macis N-Moschat. à Zij
Caryophyllorum Ziiß Cort-Citri. aurant
Cardamom. min. Cubebarum à Zij
Spiritᵘˢ vini rectificat. ℔iij.

Fiant per biduum, postea adde Sevofi
in pulverem redactorum.
Salis ammoniac. Ziv.
Cinerum clavellatorum. Zvi.
aquae fontanae ℔j.

℞ Leviter igne ad eminentiam tbr

+ ventriculi et intestinorum atoniam co
git, flatus dissipat et hyemali ac pluvi
oso tempore sumptum, transpirationem
insensibilem promovet, alq a morbis
praeservat.

do arenæ calore eliciatur, ac vitro exactè obturato ſervetur.

*Nota: Veram hujus ſalis volatilis oleoſi præparandi methodum, beato Authori ejus arcanam, pauciſſimis, nec niſi hæredibus ſuis, revelatam, annos aliquot poſt editum Diſpenſatorium, demùm à cognatâ ejus & hærede agoniſante, ſub fide ſilentii, ex avtographo propriâ ejusdem manu & linguâ vernaculâ deſcriptam, unâ cum reliquis illius arcanis, Author hujus communicatam ſibi poſſidet, longè à ſuperiori ut & aliis vicariis diverſam, tam quâ ingredientium numerum, quorum, præter menſtruum, quindecim ſunt, quam quâ parandi modum.*

## SAL URINÆ VOLATILE.

℞. Urinæ hominis Juvenis, ſani, qvantitatem ſufficientem, ſtet menſem unum alterumve in vaſe vitreo aut lapideo obturato neglectim, ut putrefiat, tum è cucurbitâ vitreâ capaci & arenâ deſtilla, juncturis probè lutatis, Spiritum, qvem ſuper reſiduo aliqvoties cohoba, tandem leniſſimo igne rectifica, & obtinebis Sal volatile Urinæ elegans.

## SANGUINEM HIRCI PRÆPARANDI MODUS HELMONTIANUS.

℞. Hircum, ſuſpende cruribus poſterioribus verſus cornua reflexis, teſtes abſcinde & ſangvinem inde fluentem vaſe amplo recipe, & æſtate ſole æſtuante, hyeme aut autumno verò, pone furnum piſtoris exſicca, qvi difficili qvidem trituratione in pulverem ſedulò redigendus & ſolicitè ſervandus.

†. *Ex omnibus Hirci partibus harumque præparatis, hodiedum inprimis Sanguis ejusdem & Sebum adhuc in uſu ſunt, eaque propter ſolitariè ferè in Pharmaciis aſſervantur, licet* SCHROEDERUS Pharm. Med. Chym. Lib. I. Claſſ. I. p. 813. ſqq. *alias quoque ejus partes in Pharmaciis aſſervandas eſſe autumet. Prædictus ſangvis Hirci apud modernos Medicos inprimis ob inſignem, quam ipſi*



*tribuunt, reſolvendi virtutem, tam in inflammatoriis, quam aliis ſanguinis ſtaſibus, extravaſationibus & coagulationibus, freqventioris adhuc uſus eſt. Vid.* VALENTINI Muſeum Muſeor. Part. I. p. 449. *Imò prædictus* SCHROEDERUS, *ejusque Commentator, Illuſtr.* HOFFMANNUS, *illud contra Venena & Epilepſiam egregium eſſe medicamentum affirmant. Speciatim autem aſſerit* HOFFMANNUS, *l. c. quod hic ipſe ſangvis tunc demum vi ſpecificâ reſolvendi calculum ſe qvam maximè commendet, qvando Hircus per aliquod tempus antea Herbis antinephriticis nutritus & ſaginatus fuerit, cujus modum procedendi ibidem ſimul deſcribit. Idem etiam arcanum ſaxiſragum ſuit Excellent. D.* OSWALDI, Archiatri Archiduc. Oenipontani, *qui Hirci per 40. dies ſolâ Rutâ murariâ paſti, (à potu cum prohibendo, niſi ut ſub noctem decidentem pluviam lamberet,) poſtmodumque interfecti ſangvinem leniter exſiccatum ægris, comminuendi calculi ergo, cum felicisſimo ſucceſſu propinavit, de qvâ tamen, æqvè ac de Urinæ hirci, ſpecificâ lithontripticâ virtute, quæ huic calidè epotæ à multis aſſignatur, juxta* HOFFMANNUM in Clav. Schrœder. l. c. *meritò dubitamus, etiamſi per totum vitæ, aut aliquot ſaltem hebdomadum ſpatium, ut quidam volunt, generoſiori vino pro potu ordinario uſus fuerit talis Hircus. Vid.* Annal. Med. Phyſ. Wratislav. Ao. 1721. Menſ. April. Claſſ. IV. Artic. 11. *De reliquo lithontriptica iſta inſignis efficacia ſangvini huic forſitan ex falſo illo Veterum præjudicio, qui, Adamantem calido hircino ſangvine reſolvi, unanimiter aſſeruerunt, attributa & aſſignata eſſe videtur, inprimis cum* SPERLINGIUS Phyſ. Zoolog. Lib. II. cap. 13. ex 2. §. 226. *ſimpliciter hoc fieri poſſe abſolutè neget & perneget, niſi Hircus prius ſolutivis herbis, Petroſelino & Silere montano, ſit paſtus, quæ ſanguinem ejus immutare & medicamentoſum reddere debent. quod etiam* Franc. RUEUS de Gemm. Lib. II. cap. 15. pag. 224. *confirmat. Falſum autem Adamantem absque hoc alterati ſangvinis hircini artificio, ab omni hujus animalis ſangvine ſolvi, itidem falſò affirmârunt* KIRCHERUS Lib. III. de Magnet. cap. 3. p. 5. KYPERUS Inſtitut. Phyſ. Lib. V. cap. 2. §. 7. Anſelmus BOOT de Gemmis Lib. II. cap. 4. p. 62. *aliique.*

## SAPA VOMITORIA D. SYLVII.

Rec. Vitri Antimonii hyacinthini, per ſe, ſine additamento,

SI.

parati, uncias duas,
Musti recentis aut, qvod melius,
Succi Cydoniorum recens expressi, libras sex,
Stent in digestione balnei maris dies qvinqve circiter aut sex;

Tum cola per bibulam. Colaturam leni balnei maris calore inspissa exhalando ad consistentiam extracti spissioris justam, qvam solicite serva.

SIEF ALBUM CUM OPIO.

Rec. Cerussæ Aqvâ Plantaginis & Rosarum lotæ & præparatæ, drachmas sex,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana unciam semis,
Gummi Sarcocollæ, lacte Asinino aut Vaccino saltem ter qvaterve nutritæ & rursus exsiccatæ, drachmas tres,
Opii, aqvâ Plantaginis soluti ac rursus inspissati, drachmam unam.
Cum sufficiente qvantitate Albuminis ovi fiat ex arte Sief.

Opio subtracto fit eôdem modo

SIEF ALBUM SINE OPIO.

SOLUTIO CONCHARUM MARINARUM.

Concharum marinarum pulveri subtilissimo Aceti Spiritum satis acrem, aut Spiritûs Vitrioli Philosophici guttis nonnullis roboratum, qvantitate sufficienti affunde, easqve sic solutas & per emporeticam trajectas pro solutione serva.

*Nota: Rarioris hæ solutiones usus sunt, quibus & Officinæ commodè carere, quæque & ex tempore, si fortè à quoquam desiderentur, parari facilè possent; hinc vix è re nostrâ esse censemus, illis Pharmacopolia nostra onerare; sed quia Catalogo nostro olim inserta, modum tantùm, quo parari solita sunt & adhuc possunt, si illis opus, indigitare voluimus.*

SO.

SOLUTIO CORALLIORUM ALBORUM & RUBRORUM.

His solvendis, Zwelfferi suasu, Spiritus ejus Veneris Alkahestinus præ aliis utilis, aut Æruginis saltem rectificatus, post peractam solutionem ad mellaginem rursus abstrahendus, ac magma salinum, si formam liqvidam expetimus, aqvâ aliqvâ destillatâ convenienti denuò solvendum & per chartam bibulam colandum est.

SOLUTIO CRANII HUMANI.

Eodem Spiritû, aut supradicto Aceti roborato peragi potest.

SOLUTIO MARGARITARUM

Eisdem menstruis paret, eundemqve reqvirit laborem.

SOLUTIO OCULORUM CANCRI.

Aceto vini destillato forti fieri & per chartam trajici potest.

SOLUTIO LAPIDUM PERCARUM.

Eôdem fit modo.

SOTIRELLA PARVA.

℞. Olei Nucis Moschatæ expressi, drachmam unam,
Opii Thebaici,
Specierum Diambræ incompletarum, ana drachmam semis,
Camphoræ,
Extracti Croci, ana grana sex,
Olei Caryophyllorum destillati, guttas qvindecim,

Redi-

Spermi cephalicum pro unguento
rodum Rhom. M.

℞. rd. Cyperi rotundi pridie fl. ℥ß
fl. Lavendul. Rorismarin.
rosarum. rubr. à ℥ij.
Lig. Rhodii Sandali. citrin.
olacr. à ℥ß.
Caryophyllorum Cinnamom.
Cinnamom. ℔. Mosch. Succini.
Styracis. à. ʒiij
M. misce et coctura gross. modo
fiat cum ℔ij vini albi pt.
una et aliena quita.

Ad Lignum Rhodii
Lavendulae Majoranae

vires ad cephalicos, nervina, roborand

SP.

Redigantur in opiatæ ſpiſſioris conſiſtentiam, lege artis.

SPECIES AROMATICÆ CARYOPHYLLATÆ.

℞. Cardamomi minoris decorticati,
Cinnamomi electi,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Macis,
Piperis longi,
Santali citrini,
Spicæ Nardi Indicæ,
Trochiſcorum Diarrhodon Abbatis,
Zedoariæ, ana drachmam unam,
Cubebarum,
Folii Indici, ana ſcrupulos duos,
Glycyrrhizæ raſæ, drachmas duas,
Roſarum rubrarum, unciam ſemis,
Caryophyllorum, drachmas ſeptem.

Fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Nota: Si cum Moſcho & Ambrâ deſiderentur, addi poſſunt ad totam compoſitionem:*

Galliæ Moſchatæ, drachmæ duæ,
Ambræ gryſeæ, drachma una,
Moſchi, ſcrupulus ſemis.

*Verùm, cùm pretioſorum horum ingredientium virtus præcipua facilè cum tempore diſſipetur & exhalet, ſatiùs eſt, prout rectè cenſent Domini Auguſtani, ut ſine illis incompletæ in Officinis proſtent, quovis tempore, pro exigentiâ & judicio Medici, additamento horum proportionato complendæ.*

SPECIES AROMATICÆ ROSATÆ.

℞. Foliorum roſarum rubrarum, accuratè ſiccatarum, uncias duas,
Cinnamomi electi, drachmas qvinqve,
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas ſemis,
Cardamomi minoris,
Galangæ,

SP.

Nuciſtæ, ana drachmam unam,
Spicæ Indicæ,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas tres.

Miſce fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus, ſic incompletus & Specierum ſine Moſcho & Ambra nomine in officinis aſſervandus; qvæ, ſi cum Moſcho & Ambra completæ deſiderentur,

Ambræ gryſeæ, drachmâ ſemis,
Moſchi, ſcrupulo uno,

aut, pro Medici potiùs intentione & ſcopo, doſi eorum proportionatâ ad ſingulas præſcriptiones additâ, extempore compleri poterunt.

SPECIES CEPHALICÆ PRO CUCUPHIS.

℞. Florum Anthos,
Cheiri,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Salviæ,
Stœchados Arabicæ, ana drachmam unam,
Foliorum Roſarum rubrarum, manipulos duos,
Lauri,
Majoranæ, ana pugillos duos,
Meliſſæ,
Menthæ criſpæ,
Rorismarini,
Serpilli cum Floribus, ana pugillum unum,
Seminis Coriandri præparati,
Nigellæ, ana ſcrupulum unum,
Iridis Florentinæ,
Succini albi electi,
Raſuræ Ligni Rhodii, ana drachmas duas,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Macis, ana ſcrupulum unum,
Nucis Moſchatæ,
Benzoës,

SP.

Storacis Calamitæ, ana drachmam unam,
Maſtiches,
Olibani, ana drachmam ſemis.

Miſce, fiat omnium pulvis groſſus.

Cui, pro iis, qvi deſiderant & ferre poſſunt, Ambra & Moſchus doſi conveniente addi poſſunt.

SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞. Radicum Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Doronici,
Tormentillæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Oſſis de Corde Cervi, ana drachmam unam ſemis,
Eboris præparati,
Ligni Aloës, ana drachmam unam,
Coralliorum alborum,
rubrorum, præparatorum, ana drachmas duas,
Margaritarum præparatarum, drachmas ſex,
Hyacinthorum præparatorum,
Sapphiri præparatæ,
Smaragdorum præparatorum, ana drachmam ſemis,
Croci, ſcrupulum unum,
Foliorum Auri,
Argenti, ana numero decem.

Miſce fiat ex arte pulvis ſubtiliſſimus.

Qvi, ſi deſiderentur, Moſchi & Ambræ ana drachmæ ſemis additamento compleri, aut, illi ex tempore cuivis doſi proportione reqviſitâ, utrùmqve aut alterutrúm eorum, pro Medici arbitrio & ſumentis deſiderio, jungi poteſt.

*Nota: Margaritarum præparatarum, quarum locum Mater perlarum præparata, Pharmacopœis ipſis fatentibus, plerumque ſupplet; ac lapidum pretioſorum, ut & foliorum auri & argenti, numero decem, inutile diſpendium, in ſpeciem potiùs, quàm inſignem, qui ex illis ſperari & exſpectari poſſit, uſum, in compoſitione hâc, & antiquarum quibusdam aliis occurrens, qui evitare voluerit, huic ſceleton ſpecierum Cordialium temperatarum, utut uſu ſuo & effectu penitùs non deſtitutarum, exhibituro, per nos liceat.*

SP.

SPECIES DECOCTI APERITIVI MAJORIS.

℞. Radicum Apii,
Fœniculi,
Liqviritiæ raſæ,
Petroſelini, ana unciam ſemis,
Herbarum Cichorii,
Endiviæ,
Fumariæ, ana manipulum unum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Cuſcutæ,
Eupatorii,
Scolopendriæ veræ, ana manipulum ſemis,
Comarum Thymi,
Epithymi, ana drachmam unam ſemis,
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Corticum Capparum,
Tamariſci, ana drachmas duas,
Agarici optimæ notæ, unciam ſemis,
Polypodii Qverni, unciam unam.

Scindenda ſcindantur, tundenda tundantur groſſo modo, miſceantur.

SPECIES DECOCTI APERITIVI MINORIS.

℞. Radicum Acori,
Apii,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ,
Petroſelini, ana unciam ſemis,
Aſari, drachmam ſemis,
Herbarum Agrimoniæ,
Betonicæ,
Ceterach,

Ci-

Species Decocti. pro Gargarismate
emolliente

℞. rd. altheæ ℔ß malvæ
fl. papav. erratici Malvæ
sambuc. à ℥ß.
Tm. psyllii ℥ß.
caricarum pinguium. ℥ij
in aq. et coctus. gesso modo

Species decocti lignorum
edm Pharm. W.

℞. Lig. Guajaci thyß sassafras. ℥ß
ferniperi
℞. sarsaparill. à ℥iv.
Chinae ℥ij. Liquirit. ℥iß
Im. anicè. fœnicul. à ℥ß.
fiant à et coctura
ad libram veneram, cui libram alio
Lymphae morbo conducit.

SP.

Cichorii,
Cuſcutæ,
Endiviæ,
Fumariæ,
Lupuli, ana drachmas duas,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Seminis Aniſi,
Fœniculi,
Foliorum Sennæ ſine ſtipitibus, ana drachmam unam,
Paſſularum minorum, unciam ſemis,
Ficuûm pinguium,
Prunorum Damaſcenorum, ana numero qvatuor,
Polypodii Qverni, unciam unam ſemis.

Incidenda incidantur & miſceantur. Minores majoribus ſuperant, qvid tum? ſic viſum majoribus noſtris.

SPECIES DECOCTI CARMINATIVI.

℞. Radicum Glycyrrhizæ, unciam ſemis,
Seminis Aniſi,
Carvi,
Coriandri,
Dauci,
Fœniculi, ana drachmas tres,
Florum Chamomillæ, manipulum ſemis,
Paſſularum, unciam unam ſemis.

Miſce conciſa.

SPECIES DECOCTI EMOLLIENTIS PRO ENEMATE.

Rec. Herbarum Mercurialis,
Altheæ,
Brancæ urſinæ,
Malvæ,
Violarum,
Verbenæ,
Parietariæ,
Florum Chamæmeli vulgaris, ana manipulos duos,
Seminis Fœniculi, drachmam unam,

coquatur ℥j. et ℔ß. in ℣ thriß. ut reſtet ℔j. pro clysmate dein una vice injiciendo

SP.

Nigellæ, unciam ſemis.

Inciſa & contuſa miſceantur.

SPECIES DECOCTI FLORUM ET FRUCTUUM.

℞. Radicum Glycyrrhizæ, drachmas duas,
Herbæ Capillorum Veneris,
Lupuli,
Endiviæ, ana manipulum ſemis,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Violarum,
Roſarum, ana drachmam unam,
Ficuûm pinguium, numero qvinqve,
Jujubarum,
Prunorum Damaſcenorum,
Sebeſten, ana numero viginti,
Tamarindorum, unciam unam.

Incidantur groſſe & miſceantur.

SPECIES DECOCTI LIGNORUM.

℞. Radicum Saponariæ, uncias duodecim,
Sarſæparillæ,
Bardanæ,
Fœniculi,
Petroſelini,
Scrophulariæ,
Polypodii,
Liqviritiæ,
Corticum Betulæ,
Ligni Saſſafras, ana uncias qvatuor,
Juniperi,
Sancti, ana libram ſemis.

Inciſa miſceantur.

SPECIES DECOCTI PECTORALIS.

℞. Radicum Glycyrrhizæ, unciam ſemis,
Herbæ Capillorum Veneris,
Hyſſopi,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana manipulum ſemis,
Hordei mundati, unciam unam,
Jujubarum,

SP.

Sebeſten, ana numero qvindecim,
Paſſularum minorum mundatarum, unciam unam.

Conciſa miſce.

SPECIES DIACALAMINTHÆ.

℞. Piperis nigri,
Seminis Leviſtici, ana unciam unam,
Apii,
Cardamomi,
Comarum Thymi, ana unciam ſemis,
Calaminthæ montanæ,
Origani,
Pulegii,
Seminis Petroſelini Macedonici,
Seſeleos Maſſilienſis, ana drachmas duas.

Miſce, fiat pulvis tenuiſſimus.

SPECIES DIACINNAMOMI.

℞ Rec. Cinnamomi acuti, uncias duas,
Cardamomi utriusqve,
Caryophyllorum,
Ligni Aloës,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas tres,
Caſſiæ ligneæ,
Radicum Enulæ, ana unciam ſemis,
Galangæ, drachmas ſeptem,
Croci optimi, drachmam unam,
Sacchari, drachmas qvinqve.

SPECIES DIACROCI.

Rec. Croci Orientalis, aut Auſtriaci optimi,
Radicum Aſari, coctione correctarum, ana unciam ſemis,
Meu,
Rhabarbari,
Spicæ Indicæ,
Valerianæ majoris, ana drachmas ſex,
Rubiæ Tinctorum, drachmas duas,

SP.

Calami aromatici, drachmam unam ſemis,
Herbarum Ceterach,
Scordii Cretici, aut ſaltem noſtratis, ana drachmas duas ſemis,
Seminis Aniſi,
Apii,
Dauci,
Petroſelini Macedonici, ana unciam ſemis,
Succi Glycyrrhizæ, drachmas duas ſemis,
Abſinthii,
Agerathi, ſ. Eupatorii Meſues,
Carpobalſami, aut ejus loco Cardamomi minoris,
Caſſiæ ligneæ,
Coſti,
Cinnamomi,
Myrrhæ,
Schœnanthi, ana drachmas duas,
Tragacanthi, drachmam unam.

Miſce, fiat lege artis pulvis ſubtiliſſimus, cui Opobalſami loco aſpergantur olei Caryophyllorum ſtillatitii, drachmæ duæ.

*Nota: Minùs commodè antiquitùs & hodienum à nonnullis Species hæ Diacurcumes nomine veniunt, cum ne gry quidem Curcumes compoſitionem hanc ingrediatur, hinc Diacroci denominatione contenti alteram repudiavimus.*

SPECIES DIAIREOS.

Rec. Specierum Diatragacanthi frigidi,
Sacchari Candi albi, ana drachmas duas,
Radicum Iridis Florentinæ, unciam ſemis.

Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

SPECIES DIAMARGARITI CALIDI.

Rec. Been utriusqve,
Doronici,
Seminis Apii,
Cardamomi utriusqve,
Macis,

Species Diajalappæ Mynsicht.

℞. rd. Jalappæ resinos. ℥iiß
Cremoris ℥i. ℈xi
oo Cinnamom. ℈j.

sine molestia ℔ inferiora purgant.
Dos. ℈j. ad. ℈j.

SP.

Macis,
Nucis Myriſticæ,
Piperis longi,
nigri, ana drachmas tres,
Cinnamomi, drachmas qvinqve,
Maſtiches,
Zingiberis, ana unciam ſemis,
Radicum Pyrethri,
Margaritarum Orientalium, ana drachmam unam.

Cui in his, ut & ſeqventibus, Margaritarum diſpendium & Coralliorum evitare volupe, ſubſtitutâ perlarum matre, ut plerisqve Pharmacopœorum ſolenne, huic per nos liceat.

SPECIES DIAMARGARITI FRIGIDI.

Rec. Baccarum Myrti,
Kermes,
Florum Borraginis,
Nymphææ albæ,
Roſarum rubrarum,
Seminum Papaveris albi,
Portulacæ,
Qvatuor frigidorum majorum decorticatorum,
Ligni Aloës,
Santali albi,
citrini, ana drachmam unam,
Coralliorum alborum,
rubrorum, ana drachmam ſemis,
Margaritarum præparatarum, drachmas tres.
Miſce, fiat pulvis ſubtiliſſimus.

SPECIES DIAMBRÆ.

Rec. Cardamomi majoris,
minoris, ana drachmam unam,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Doronici,
Folii Indici,
Galangæ,
Macis,

SP.

Nuciſtæ, ana drachmas tres,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Piperis longi, ana drachmas duas,
Spicæ Indicæ, drachmam unam,
Zingiberis, drachmam unam ſemis,
Ambræ, drachmam unam,
Moſchi, drachmam ſemis.
Miſce.

*Nota: Demtâ Ambrâ & Moſcho ſpecies hæ paratæ in officinis noſtris aſſervandæ, ad præcavendum virtutum præcipuarum diſpendium, & illa ſuo tempore, è Medici conſilio, proportione convenienti addenda.*

SPECIES DIAMOSCHI DULCIS.

Rec. Been utriusqve,
Caryophyllorum,
Caſſiæ ligneæ,
Folii Indici,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam,
Cubebarum,
Galliæ Moſchatæ,
Seminis Ocimi caryophyllati,
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmam unam ſemis,
Croci,
Doronici,
Ligni Aloës,
Macis,
Zedoariæ, ana drachmas duas,
Carabes præparatæ,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Margaritarum præparatarum, ana drachmas duas ſemis,
Moſchi, ſcrupulos duos.
Miſce fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Parari poſſunt & aſſervari, demto Moſcho & Galliâ Moſchatâ, ſicqve præparatæ abuſivè audient:

SPECIES DIAMOSCHI SINE MOSCHO.

Qvibus, uſu exigente, debitâ pro-

SP.

portione utrumqve addi & ſic illæ compleri poſſunt.

Qvod ſupra de Margaritis & Coralliis monitum, hîc qvoqve obtinet locum.

SPECIES DIANTHOS.

℞. Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Seminis Anethi,
Aniſi,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Zingiberis, ana ſcrupulos qvatuor,
Glycyrrhizæ,
Florum Roſarum,
Violarum, ana drachmas ſex,
Rorismarini, unciam unam.
Miſce, fiat pulvis.

SPECIES DIAPENIDIORUM.

Rec. Amyli candidiſſimi,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Gummi Arabici,
Seminum qvatuor frigidorum majorum excorticatorum, non rancidorum,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthi,
Zingiberis, ana drachmam unam ſemis,
Amygdalarum dulcium decorticatarum,
Seminis Papaveris albi, ana drachmas tres cum ſemiſſe,
Sacchari penidii, uncias duas.
Miſce.

SPECIES DIARRHODON ABBATIS.

Rec. Aſari,
Cardamomi,

SP.

Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Croci,
Ligni Aloës,
Maſtiches,
Rhabarbari electi,
Seminum Aniſi,
Baſilici,
Berberum,
Fœniculi,
Intybi,
Lactucæ,
Papaveris albi,
Portulacæ,
Qvatuor frigidorum majorum decorticatorum,
Spicæ Indicæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana ſcrupulum unum,
Margaritarum,
Oſſis de Corde Cervi, ana ſcrupulum ſemis,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Raſuræ Eboris ſubtiliſſimæ, ana ſcrupulos duos,
Santali albi,
rubri, ana drachmas duas ſemis,
Roſarum rubrarum,
Sacchari cryſtalliſati albi, ana uncias duas.

Miſce fiat pulvis, additamento proportionato ſeqventium, ſi opus, complendus, utpote cui ad integram deſcriptionem addi ſolitum:

Galliæ Moſchatæ, ſcrupulus unus,
Camphoræ, grana ſeptem,
Moſchi, grana qvatuor.

Margaritarum locum, ſi Mater perlarum ſuppleat, vix erit minoris efficaciæ medicamen.

SPECIES DIATRAGACANTHI FRIGIDI.

Rec. Amyli, unciam ſemis,
Glycyrrhizæ,
Seminum qvatuor frigidorum majorum

Species Diarrhodon Abbatis
eadem. f. succum. vj.

℞. fl. rosarum rubrarum ℥ij fol. Lignit. ℥ij
Spicae indicae Rhabar. ℥j. sandali albi
et rubri. ℥ß. Sm. Anis. ℥ij basilici
Linuman. Croci Magistri Matris perlar
fossura eborum. A. ffice ℔li à ℥ij
m. f. ℔.

Roborantes sunt, concoctionem et Chylificatio
nem adjuvant; in dolore cardialgia et
coeliaca passione prosunt.

/species nephroantharch. ad scrupul. vj.

b. rd. Liquiritiae ℥ij. Petroselini foliorum à ℥ij
Fœnic. ℥ij. fl. chamom. Althæ. à ℥j.
/m. foliorum sepiragia à ℥j.
Ciceruum rubrorum contractorum ℥ij.
jujubarum Caricarum à nō xxx
Hordei mundati et priuati loti. ℥iij
ini ai et. coctus. colatura cum /succi ad
ipsum.
fx nephritide, et urinae ardorem mitigandum, et calculum pellendum utiliter decoctum adhibetur.

Inf. ad. Libram unam aquae /speciem ℥ij
requiritur.

SP.

jorum decorticatorum, drachmas duas,
Papaveris albi, drachmas tres,
Gummi Arabici, drachmas decem,
Tragacanthi, uncias duas,
Sacchari penidii, uncias tres.

Misce, fiant lege artis Species.

Sacchari penidii vices, si crystallisatum rubrum sustinet, eodem res recidet.

SPECIES DIATRIUM PIPEREON.

℞. Anisi,
Thymi,
Zingiberis, ana drachmas duas,
Amomi,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam,
Cassiæ ligneæ,
Radicum Asari,
Enulæ,
Seminis Apii,
Seseleos, ana drachmam semis,
Trium Piperum, ana drachmas qvinqve.

Misce.

SPECIES DIATRIUM SANTALORUM.

Rec. Eboris rasuræ subtilissimè præparatæ,
Rhabarbari,
Seminis Portulacæ,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas duas,
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Seminum Intybi,
qvatuor frigidorum majorum, ana scrupulos qvatuor,
Trium Santalorum, ana drachmas tres,
Violarum, unciam semis,
Rosarum rubrarum, uncias qvatuor.

Misce.

SP.

SPECIES DIATURBITH CUM RHABARBARO.

Rec. Anisi,
Cinnamomi,
Croci electi,
Mastiches, ana drachmam semis,
Santali albi,
rubri,
Violarum,
Zingiberis, ana drachmam unam semis,
Diagrydii, unciam semis,
Hermodactylorum,
Turbith albi & gummosi, ana unciam unam,
Rhabarbari, drachmas decem,
Sacchari albi, libram unam.

Misce.

SPECIES DIAXYLOALOES.

Rec. Balsamitæ,
Been utriusqve,
Carabes,
Cardamomi utriusqve,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Coralliorum rubrorum,
Corticum Citri,
Cubebarum,
Cyperi longi,
Folii Indici,
Foliorum Citri, vel Lauri,
Macis,
Majoranæ,
Margaritarum præparatarum,
Mastiches,
Menthæ crispæ,
Nucis Moschatæ,
Ocimi caryophyllati,
Piperis longi,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Zinziberis, ana unciam semis,
Rosarum rubrarum,
Ligni Aloës selecti, ana unciam unam.

Misce, fiant, ut artis, Species.

*Nota*: 1. *Qui completas desiderat, aut toti compositioni Gallæ Moschatæ drachmam unam semis, Moschi scrupulos duos, addat,*

SP.

*dat, aut ſingulis doſibus eorum, pro Medici conſilio, proportionatam doſin.*

2. *Qui è cineribus Serici crudi toſti, fœtidis ac ſqualidis virtutem ſibi inſignem pollicetur, is hic & alibi, ubi compoſitiones antiquas ingrediuntur, doſi illos proportionatâ reſtituat, ſi lubet. Nos haud inconſultò ubivis illos, uti & illorum ſpiritum, è crudo ſerico deſtillatum, omiſimus.*

3. *De Magaritis hic idem, quod alibi, judicium.*

SPECIES PRO EPITHEMATE CAPITIS.

℞. Herbæ Majoranæ,
Matriſylvæ,
Verbenæ, ana manipulum unum,
Florum Nymphææ,
Roſarum, ana manipulum ſemis,
Croci optimi, drachmam ſemis,
Nucis Moſchatæ, unciam ſemis,
Nucleorum Perſicorum, drachmas ſex,
Seminis Papaveris albi, drachmas qvinqve.

Craſſè conciſa & contuſa miſce, & pro iis, qvi ferre ejus odorem poſſunt, adde Camphoræ ſcrupulum unum.

SPECIES PRO EPITHEMATE CORDIS.

℞. Been utriusqve,
Cinnamomi,
Doronici,
Macis,
Succini, ana drachmam unam,
Croci optimi, drachmam ſemis,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Ligni Aloës,
Seminis Acetoſæ, ana drachmam unam ſemis,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium, ana drachmas duas,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Meliſſæ, ana manipulum ſemis,

SP.

Omnia benè trita ſerventur; Qvibus, ſi Camphoræ grana ſex, Moſchi, grana tria addantur; completæ audiunt.

SPECIES PRO FOMENTATIONE.

℞. Florum Lupuli, libram unam,
Chamæmeli vulgaris,
Millefolii cum toto,
Lavendulæ,
Herbarum Rorismarini,
Hyſſopi,
Serpilli,
Lyſimachiæ,
Tanaceti,
Majoranæ,
Meliloti,
Menthæ,
Origani,
Saturejæ,
Botryos, ana uncias duas.

Inciſa miſce.

SPECIES PRO GARGARISMATE.

℞. Radicum Liqviritiæ, uncias qvinqve,
Pimpinellæ albæ, uncias duas cum ſemiſſe,
Herbarum Salviæ, uncias tres,
Hyſſopi,
Lyſimachiæ, flore luteo,
Altheæ,
Malvæ,
Verbaſci, ana unciam unam,
Florum Roſarum,
Prunellæ,
Verbaſci,
Millefolii,
Sambuci, ana unciam ſemis.

Inciſa miſce.

SPECIES DE GEMMIS FRIGIDÆ.

℞. Been utriusqve, drachmam unam,
Florum Roſarum, drachmam unam ſemis,
Borraginis,

Bugloſſ.

Species Imperiales

Cinamom. Zviij Zinzibris Caryophyll aā Zß
Galangæ Macis N. Moscht aā Zij

ventriculum roborant, et morsulis
ac tragcis stomachicis adduct
pro morsulis cruciendis incidendae
pro tragcis pulverisandae sunt.

SP.

Bugloſſi,
Seminis Acetoſæ,
Baſilici,
Santalorum omnium,
Granatorum præparatorum,
Hyacinthi præparatæ,
Sardæ præparatæ,
Sapphiri præparatæ,
Smaragdorum præparatorum, ana drachmam unam,
Coralliorum alborum, rubrorum, ana drachmas duas,
Margaritarum præparatarum,
Raſuræ Eboris, ſubtiliſſimè præparatæ, ana drachmas tres,
Oſſis de corde Cervi, drachmam ſemis,
Foliorum Auri,
Argenti, ana numero qvindecim.

Miſce, fiant Species, qvæ, niſi præconceptæ vulgi opinioni qvadantenùs cedendum, omiſſis potius Gemmis, à ventriculi noſtri fermento neutiqvam ſubigendis, Species de Gemmis forent frigidæ ſine Gemmis.

SPECIES DE HYACINTHO.

℞. Boli Armenæ,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Hyacinthorum præparatarum,
Terræ Lemniæ veræ, aut Strigenſis ſaltim ſigillatæ, ana drachmam unam ſemis,
Radicum Dictamni albi,
Tormentillæ,
Seminis Acetoſæ,
Citri decorticati,
Portulacæ,
Cornu Cervi præparati,
Eboris raſuræ præparatæ,
Oſſis de Corde Cervi præparati,
Croci optimi,
Myrrhæ ſelectæ,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium, ana ſcrupulos qvatuor,
Margaritarum præparatarum,

SP.

Smaragdorum præparatorum, ana drachmam unam.

Miſce, fiant Species.

Eadem, qvæ ſupra, & hîc, nota locum habet.

SPECIES HIERÆ PICRÆ SEU SIMPLICIS.

℞. Aloës illotæ, uncias duodecim,
Aſari,
Cinnamomi,
Croci,
Cubebarum,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ, ana drachmas ſex.

Miſce, fiant, ut moris, Species.

SPECIES HIERÆ PICRÆ RHASIS DICTÆ.

℞. Aloës, unciam unam,
Aſari,
Carpobalſami, aut ejus loco Cubebarum,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Ligni Aloës, loco Xylobalſami,
Maſtiches,
Roſarum rubrarum,
Spicæ Indicæ, ana ſcrupulum unum ſemis.

Miſce, fiant Species.

SPECIES PRO INFUSO APERITIVO ET HYDRAGOGO.

Rec. Herbarum Marrubii albi,
Abſinthii,
Centaurii minoris,
Agrimoniæ, ana manipulum unum,
Florum Geniſtæ, manipulum ſemis,
Foliorum Sennæ ſine ſtipitibus, unciam unam,
Corticum Aurantiorum, drachmas ſex,
Seminis Leviſtici,
Apii ſativi,
Radicum Helenii,
Pimpinellæ albæ,
Caryophyllatæ, ana drachmas duas,

SP.

Asari,
Vincetoxici,
Hellebori nigri in fibrillis,
Salis Geniſtæ, ana unciam ſemis.
Inciſa & contuſa miſceantur.

SPECIES PRO INFUSO LOCO THEE.

Rec. Foliorum Saniculæ,
Artemiſiæ,
Vincæ per Vincæ,
Pyrolæ,
Rutæ murariæ,
Veronicæ,
Agrimoniæ,
Hederæ terreſtris,
Salviæ,
Plantaginis,
Betonicæ,
Meliſſæ, ana manipulum unum,
Florum Chamomillæ Romanæ,
Anthos, ana pugillos duos,
Radicum Sarſæparillæ,
Chinæ,
Liqviritiæ,
Bardanæ,
Cichorii, ana unciam ſemis,
Ligni Saſſafras,
Corticum Citri, ana drachmas tres,
Seminis Aniſi, Fœniculi & Coriandri, ana drachmam unam.
Inciſa & contuſa minutim miſce.

SPECIES LÆTIFICANTES GALENI.

Rec. Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Croci,
Florum, aut Seminis potiùs Ocimi caryophyllati,
Galangæ,
Ligni Aloës, pro Xylobalſamo,
Macis,
Nuciſtæ,
Styracis Calamitæ,
Zedoariæ, ana drachmas duas ſemis,
Epithymi,
Raſuræ Eboris,

SP.

Seminis Aniſi, ana drachmam unam,
Thymi Cretici,
Cornu Cervi præparati,
Margaritarum præparatarum, ana drachmam ſemis,
Foliorum Argenti, numero viginti,
Auri, numero qvadraginta.

Miſce, fiant, ut artis eſt, Species, additamento, ſi opus,

Camphoræ,
Moſchi, ana drachmæ ſemis,

aut convenienti, ſecundum conſilium & arbitrium Medici, doſi complendæ, aut ſine Margaritarum, Auri & Argenti diſpendio etiam diſpenſandæ.

SPECIES LÆTIFICANTES RHASIS.

Rec. Bëen utriusqve,
Cardamomi majoris,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Corticum Citri,
Croci,
Doronici,
Maſtiches,
Meliſſæ,
Nucis Moſchatæ,
Seminis Ocimi caryophyllati,
Pœoniæ decorticati,
Zedoariæ, ana unciam ſemis,
Foliorum Argenti, numero viginti,
Auri, numero qvadraginta,
Complendæ, ſi uſus exigit,

Galliæ Moſchatæ, unciâ ſemis,
Moſchi, ſcrupulo uno.

Idem & de his obtinet.

SPECIES LIBERANTES.

℞. Radicum Angelicæ,
Caryophyllatæ,
Contrayervæ,
Dictamni albi,
Tormentillæ,
Valerianæ,

Ze-

SP.

Zedoariæ, ana drachmam unam,
Florum Bugloſſi,
Nymphææ,
Roſarum rubrarum, ana ſcrupulum unum,
Seminis Acetoſæ,
Cardamomi,
Citri decorticati,
Coriandri,
Endiviæ, ana drachmam unam ſemis,
Santalorum omnium, ana drachmam unam,
Caſſiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Croci optimi,
Ligni Aloës,
Macis,
Margaritarum, aut Matris ſaltem Perlarum præparatæ,
Myrrhæ rubræ,
Oſſis de Corde Cervi præparati,
Raſuræ Eboris ſubtiliſſimè præparatæ,
Terræ ſigillatæ præparatæ,
Succini albi præparati,
Hyacinthorum præparatarum,
Smaragdorum præparatorum, ana drachmam ſemis.

Comminuta in pulverem ſubtiliſſimum miſcendo fiant Species;

Quæ, additis Camphoræ granis ſex,
Ambræ optimæ,
Moſchi odoratiſſimi, ana granis tribus,

compleri ulteriùs, ſi res id ſuadet, pro iis, qvi talia ferunt, poſſunt.

*Nota: Quod ſuprà de pretioſis monitum, hic quoque quadrat.*

SPECIES LITHONTRIPTICÆ.

Rec. Radicum Acori,
Meu,
Peucedani,
Cinnamomi,

SP.

Piperis albi,
longi,
nigri,
Saxifragiæ,
Spicæ Indicæ,
Xylobalſami, aut ejus loco Ligni Aloës,
Zinziberis, ana drachmas tres,
Caryophyllorum,
Chamædryos,
Coſti,
Cyperi rotundi,
Glycyrrhizæ,
Olei ê baccis Juniperi deſtillati, loco Opobalſami,
Rhapontici,
Seminis Ammeos,
Apii,
Aſparagi,
Ocimi,
Oluſatri, ſeu Hippoſelini,
Urticæ, ana ſcrupulos qvatuor,
Amomi,
Anethi,
Dauci Cretici,
Liguſtici,
Milii Solis,
Petroſelini Macedonici,
Seſeleos,
Bdellii,
Cardamomi,
Caſſiæ ligneæ,
Croci,
Euphorbii præparati,
Folii Indici,
Ireos Florentinæ,
Lapidis Lyncis,
Maſtiches,
Olei Moſchelini, de qvo conſulatur Pharm. Aug. renovata p. 219.
Nardini,
Schœnanthi, ana drachmam ſemis.

Miſce, fiat omnium, ſecundum artem, pulvis ſubtiliſſimus.

SPECIES MORSULORUM IMPERATORIS.

Rec. Caryophyllorum, unciam ſemis,

SP.

Cinnamomi electi, drachmas decem,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moschatæ, ana drachmas duas,
Zingiberis, unciam unam,
Moschi optimi, scrupulum semis,
Misce, fiant Species.

SPECIES pro PEDILUVIO.

℞. Herbarum Menthæ crispæ,
Melissæ,
Majoranæ,
Pulegii,
Origani,
Serpilli,
Malvæ, ana manipulos duos,
Florum Chamomillæ vulgaris, manipulos tres,
Spicæ,
Rosarum pallidarum, ana manipulum unum.
Incisa grosso modo
Misce.

SPECIES PLERIS ARCHONTICON.

℞. Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cyperi,
Galangæ,
Ligni Aloës,
Nucis Moschatæ,
Rasuræ Eboris præparatæ,
Rosarum,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Violarum,
Zinziberis, ana scrupulos qvatuor,
Baccarum Myrthi,
Cardamomi,
Corticum Citri,
Folii Indici,
Glycyrrhizæ,
Macis,
Majoranæ,
Mastiches,
Menthæ aqvaticæ,

SP.

Ocimi,
Piperis longi,
Styracis calamitæ, ana scrupulos duos,
Bëen utriusqve,
Coralliorum rubrorum præparatorum,
Margaritarum præparatarum, ana scrupulum unum.
Contusa misce & fiant Species;
Qvibus, si Moschi addantur, grana octo,
Camphoræ, grana qvinqve,
Completæ erunt.

SPECIES PLURIUM HERBARUM.

℞. Herbarum Salviæ,
Plantaginis,
Polypodii,
Verbenæ,
Absinthii,
Menthæ,
Artemisiæ,
Betonicæ,
Hyperici,
Hellebori nigri,
Centaurii minoris,
Rutæ,
Foliorum Sennæ, ana.
Incisa misce.

SPECIES PLURIUM HERBARUM.

D. D. STAHLII.

Sunt Ingredientia Essentiæ Spleneticæ ejus.

SPECIES ROSATÆ NOVELLÆ.

Rec. Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moschatæ,
Seminis Apii,
Spicæ Indicæ,
Styracis Calamitæ,

Ze-

Species Decocti Pectoralis.

℞. Passularum min. ℥j. Siliquæ dulc
jujubarum à ℥vj. Caricarum pinguiu
Hordei mundi à ℥j. Glycirrhizæ
capillorum veneris à ℥ß. Hyssop:

misceantur. m.

Decoctum pectorale, lenta, molli, b
dag dulcedine dotatum, partim /e
incrassando, acre corrigendo parte
phlegma pulmonibus impactum r
tergendo, bronchia et tracheam
mulcendo, humectando et lubric
egregie sufficientibus convenit, /ic
in pleuritide, nephritide variol
cum fructu adhibetur.

ad. tbij aquæ Specierum ℥ij ad
et ad quarta partis consumtionem
coquatur.

Specificum antiasthmaticum Hoffm.

℞ Sandi albi. ℥iv saliginis splendentis. ℥j.
rd. theor. ℔. ℥ß. Ari. ppl.
Diaphoretici fovialis
martialis.
Lap. by. ppl. à ℥ij
M.

commendatur ad atrophiam et rha
chitidem tam puerorum, quam adulto-
rum; acidum absorbet, obstructiones
reserat, alvum aperiam servat.
Dos ℈j. usq. ℥j

Specificum salapinum W.

Magisterii salappa
scaminonii à ℥iij

Pulveris salap. ℥ij.ß.
Cremor. ℈i. vid. Neumanns Chem.
℈i Sacch. à ℥j. de Tro pilig
℔ Cinamom ℈i. vis absynth. ℥ß. add.
magisteria optime cum Amygdalis
dulcium ℥ij terantur. quibus addatur
pulveris salappae salia et tandem co
cinam.
purgat satis commode
Dos. à ℈ß. ad. ℈i. et ad. ℥ß.
Drachma una continet gr. v.
Magisterii salappa et totidem scam.

SP.

Zedoariæ, ana drachmam ſemis,
Cinnamomi, drachmas tres,
Glycyrrhizæ,
Roſarum rubrarum,
Sacchari roſati tabulati, ana drachmas novem.

Miſce, fiant Species.

SPECIES PRO SACCULIS ODORIFERIS IN PESTE.

℞. Radicum Angelicæ,
Diptamni albi,
Gentianæ utriusqve,
Ireos Florentinæ,
Radicum Pimpinellæ,
Tormentillæ,
Valerianæ,
Zedoariæ, ana unciam ſemis,
Foliorum Baſilici, manipulos tres,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Rorismarini, ana manipulum unum cum ſemiſſe,
Rutæ, manipulos duos,
Seminis Baſilici,
Nigellæ, ana drachmas tres,
Ligni Aloës,
Rhodii,
Santali citrini, ana unciam ſemis,
Baccarum Juniperi, drachmas ſex,
Corticum Citri ſiccatorum, uncias duas,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas tres,
Benzoës,
Storacis Calamitæ,
Myrrhæ ſelectæ, ana drachmas duas,
Trochiſcorum Galliæ Moſchatæ, drachmam unam ſemis.
Groſsè inciſa & contuſa miſce, ut fiant ex arte Species.

SPECIFICUM ANTIFEBRILE. CROLLII.

Rec. Teſtas Concharum oblongarum, acuminatarum, qvæ in lacubus reperiuntur, macera earum qvantùm vis, in aceto fortiſſimo, donec acetum mucaginem extraxerit, exteriorem nimirum illarum ſuperficiem ſqvalentem ſolvendo, qvâ deraſâ, reliqvum Concharum, aut, ſecundum Crollium, ad albedinem calcinatum, aut, ſecundum ejus Commentatorem Hartmannum, ſaltem cum aqvis convenientibus, præparâ ut artis eſt.

SP.

SPECIFICUM CEPHALICUM D. MICHAELIS.

Rec. Cinnabaris nativæ Tranſylvanicæ,

aut alius optimæ notæ, per ſublimationem igne convenienti, ſi vis, rectificatæ, (ſufficit una ſublimatio, plures virium & qvantitatis ſunt deprædatrices; imò absqve ſublimatione, dummodò in ſe ſit ſatis elegans ac pura, ſatis apta eſt, ſolâ coctione cum aqvâ pluviâ aut tonitruâ, ac triturâ iteratâ ſubtiliſſimè præparata,) vel, ejus defectu, Cinnabaris etiam Antimonii rectificatæ ac iteratis crebro, in aprico loco, trituris & digeſtionibus exaltatæ,

uncias tres,
Fæculæ Radicum Pœoniæ, unciam unam ſemis,
Magiſterii Epileptici D. Michaëlis, unciam ſemis,
Cordialis ejusdem, uncias duas.

Miſce omnia exactè.

*Nota: Cum deſcriptio Magiſteriorum prædictorum, Officinis noſtris haud uſualium, ad præparationem hujus Specifici requiratur, illam hic ſubnectere operæ pretium duximus.*

DESCRIPTIO MAGISTERII EPILEPTICI.

Rec. Alcis ungulæ,
Cornu,
Cornu Cervi,

SP.

Cranii humani, violentâ morte peremti, ana unciam unam,
Smaragdorum orientalium verorum, unciam ſemis,
Unicornu veri, drachmas duas.

Pulveriſata hæc omnia ſolve Spiritûs, ex Salis marini & Aluminis partibus æqvalibus deſtillati, qvantitate ſufficiente, ſoluta præcipita Spiritû Vitrioli, præcipitatum edulcora, & adde Magiſterii Succini, drachmam unam.

DESCRIPTIO MAGISTERII CORDIALIS.

Rec. Coralliorum rubrorum præparatorum,
Lapidum Percarum præparatarum, ana unciam unam,
Margaritarum orientalium, præparatarum, unciam ſemis,
Raſuræ Eboris,
Cornu Cervi, ana drachmas ſex.

Pulveriſata omnia ſolve menſtruo prædicto, eodemqve modo præcipita & edulcora.

*Nota: Cum noſtram de hujusmodi Magiſteriis ſupra, ubi de iis actum, ſententiam expoſuerimus, hic monuiſſe ſufficiat, quod nos loco illorum Magiſteriorum, præparata illorum ingredientia convenienti doſi ſubſtituere, ſatiùs eſſe judicemus. Hinc tale emerget*

SPECIFICUM CEPHALICUM.

Rec. Cinnabaris nativæ Tranſylvanicæ, aut ſaltem Antimonii, prædicto modo præparatæ, uncias tres,
Fæculæ Radicum Pœoniæ juſto tempore collectarum, unciam unam ſemis,
Alcis ungulæ præparatæ,
Cornu præparati, ana drachmam unam,
Cornu Cervi præparati, drachmas tres,
Cranii humani, non humati, præparati, drachmam unam,

SP.

Corolliarum rubrorum præparatorum,
Lapidum Percarum præparatarum, ana unciam ſemis,
Margaritarum præparatarum, drachmas duas,
Raſuræ Eboris præparatæ, drachmas tres,
Smaragdorum in ſalinam conſiſtentiam, Zwelfferiano modo, ſolutione, redactorum, drachmam ſemis,
Succini præparati, ſcrupulum ſemis,
Unicornu veri, ſcrupulum unum.

Miſce fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

SPECIFICUM STOMACHICUM.

*Petri POTERII*, Medici Andegavenſis ſuo tempore celebris, hoc eſt arcanum, cujus præparationem genuinam promiſit qvidem, ſed non præſtitit, eâ fortè de cauſâ, qvod, ut qvidam volunt & præſumunt, Scripta illius ab invido ejus filio caſtrata lucem viderint. Baſin hujus medicamenti ſanè egregii & eximii uſûs & effectûs, pleriqve hodierno die in Antimonii Regulo, ſive ſimplici, ſeu potiùs ſtellato, qværunt, cum Nitri, ſive communi, ſive Claudianâ methodo, qvam *Obſervatione* 133. 134. *Decur. Ephemeridum Germ. Curioſ. 2da, anno 4to, p. 265.* & ſeqq. tradit, depurati & correcti, qvantitate proportionatâ calcinato & fixato, tandemqve per edulcorationem inde rurſus ſeparato. Qvâ ratione ab Antimonio diaphoretico vulgari parùm admodùm differret, magnamqve cum antihectico Authoris ejusdem affinitatem haberet, nec â reſiduo Tincturæ Metallorum inſigni polleret differentiâ. Neqve tamen ſpe prorſus fruſtraneâ, aut â ſenſu Authoris aut revelatione ejusdem obſcurâ, penitûs alienâ, niſi illa illius verba, qvibus in eâdem utitur, *(hæc verò materia ubique reperitur, in uno plus, quam in alio,)* diverſum innuere viderentur, utpote qvæ Antimonio aut illius Regulo qvalicunqve neutiqvàm ſatis commodè qvadrant, ac ſalis catholici

&

SP.

& ætherei indolem potiùs sapiunt & arguunt, præsertim, si cum seqven[illegible]us combinentur & concilientur: Quod Antimonio aut ejus Regulo qvalicunqve etiam, vix tribuendum, nisi reliqva (*si universale desiderat fac Solis splendore illustretur, cujus influentiâ non tantùm ejus tenebræ revertuntur, verùm & ejus beneficio cal[illegible] illius compacta materia attenuatur & verè fermentatur;*) hûc trahere jubeat: Cui tamen edulcoratio post calcinationem & fixationem omnimoda, à plerisqve commendata, obstat; Qvâ Nitri, Salis illius, ê connubio ætherei cum Sale Hermaphroditico, animali nimirùm & vegetabili terreno, nati, virtus & energia, cui effectuum ab Authore tantoperè celebratorum, laus & encomium, si non præcipuè, saltem, si res accuratè pensitetur, magnâ ex parte tribuenda videntur, penitùs eluitur. Satiùs itaqve forté foret, edulcoratione illâ sollicitâ & omnimodâ supersedere, ac modicâ Salis nimiæ copiæ & aliqvali solutione saltem & ablutione factâ à combinato cum Regulo, qvalicunqve tandem, potissimùm tamen stellato martiali, Solis terreni radiis irradiato, aut à Jovis ac Veneris amplexibus ditato, post extractionem Tincturæ Metallorum restante, debitèqve fixato, effectus illos eximios & præstantes, ab Authore arcano suo tributos, expectare.

Aqvam verò ab edulcoratione ejusmodi modicâ restantem, vel evaporatione in Salem aut crystallos redactam, tanqvàm Nitrum Antimoniatum planè egregium, magnarum virtutum, Stomachici specifici titulo aliqvatenùs haud indignum, polychresto usui servare, vel Menstrui Clauderiani, sub Liqvoris præcipitantis nomine ipsi venientis, loco, variarum Tincturarum & Essentiarum extractionibus, insigni cum emolumento, adhibere.

SPERNIOLA CROLLII.

℞. Camphoræ, drachmas tres,
Croci optimi, subtilissimè triti, unciam semis,

SP.

Myrrhæ rubræ selectæ,
Olibani, ana uncias duas.

Misce, fiat omnium pulvis subtilissimus.

Qvem in vitro commodo aqvâ Spermatis Ranarum, mense Martio triduum ante novilunium collecti, ac è balneo maris ex arte destillati, sæpius, vicies fortè, aut pluries etiam, irrora ac imbibe, rursusqve singulis vicibus sponte & exactè exsicca, & tandem probè siccatum, solicitè in vitro optimè clauso serva.

SPIRITUS ABSINTHII.

℞. Absinthii nostratis floridi, qvantùm placet, concisо & conqvassato superfunde Spiritûs frumenti rectificati, aut Vini potiùs, ad supereminentiam duorum digitorum, macera octidûum, postea balneo maris Spiritus, lege artis, evocetur.

*Nota: Qui admixto Sacchari nondùm depurati, aut, uti vocant, refinati, vel etiam mellis, dimidio cum æquali fecum vini, aut cerevisiæ saltem, parte, è summitatibus ejusdem prævià fermentatione, hunc spiritum, cum D. Ludovici parare voluerit, haud à scopo aberrabit. Nos tamen, neque absque omni ratione, modum usitatiorem proposuimus, cuique liberum, quem sequi voluerit, arbitrium relinquentes.*

Eâdem abstractitiâ methodo destillantur & aliorum Vegetabilium nonnullorum Spiritus, uti Anisi, Hyssopi, Melissæ, Menthæ, &c.

SPIRITUS ACETI.

Rec. Aceti Vini optimi, libras octo, vel qvantùm placet, destillentur è Cucurbitâ vitreâ, balneo maris moderato, exibit primùm phlegma, qvod seorsim capiatur, tum, mutato recipiente & igne paululùm auctiori, prodibit Spiritus, qvem elice.

SPIRITUS ÆRUGINIS.

Rec. Viridis æris purissimi, in pulverem

SP.

redacti & cribrati, qvantùm vis, retortæ vitreæ inditum, ad tertiæ partis circiter repletionem, deſtilla, auctо gradatim igne, ex arenâ aut balneo ſicco, ad ignitionem tandem retortæ, Spiritus inde prolectus debitè rectificetur.

SPIRITUS ÆRUGINIS COMPOSITUS.

Rec. Viridis æris, uncias qvatuor,
Gummi Ammoniaci, uncias duas,
Sulphuris, unciam unam ſemis.

In pulverem redacta & miſta deſtillentur ê retortâ vitreâ, ex arenâ, igne cautè & gradatim adminiſtrato. Oleo fœtido à Spiritu ſeparato, hic rectificetur, ut artis eſt, & ſervetur in vaſe clauſo.

SPIRITUS ANGELICÆ.

Rec. Radicum Angelicæ recens ſiccatarum, qvantùm vis, conqvaſſatas & cum Vini Gallici qvantitate proportionatâ aliqvamdiu digeſtas, deſtilla per veſicam.

SPIRITUS ANISI.

Rec. Seminis Aniſi mundati & conqvaſſati, libram ſemis,

Spiritûs frumenti rectificati, aut Vini potiùs communis, Menſuram unam.

Stet in infuſione octidûum, tum per maris balneum Spiritum evoca.

SPIRITUS ANTAPOPLECTICUS & EPILEPTICUS.

℞. Vitrioli Ungarici, aut alias optimi ad flavedinem calcinati, libras qvatuor,
Raſuræ Cornu Cervi ſubtiliſſimæ, libram unam.

Super porphyrite terendo exactè miſce. Mixta Spiritû Vini rectificato irrora & imbibe, ut fiat paſta mediocris conſiſtentiæ, qvam retortæ vitreæ, probè loricatæ, ſi igne aperto, ſin minùs balneo ſicco, cupellâ ferreâ inſtructo, & loricatâ, cui vas recipiens ſatis capax adaptandum, impoſitâ illi Camphoræ, uncis unâ, minutiſſimè concerptæ, inditam, igne priùs moderato, poſt gradatim auctiori, tandemqve fortiſſimo, urge, donec omnes exſtillaverint Spiritus, qvos vaſe idoneo exactiſſimè clauſo exceptos, excellentis virtutis compotes, ſollicitè ſerva.

SPIRITUS ANTIFEBRILIS.

Rec. Spiritus Nitri,
Sulphuris, ana unciam unam,
Aqvæ Cardui benedicti, libram unam; deſtilla ex arenâ per retortam.

SPIRITUS ANTIMONII, SEU CLYSSUS MINERALIS

Supra, ſub hoc titulo poſteriori, jam deſcriptum, ſi qvis paulò mitiorem ac ſvaviorem deſideret, proportionis anaticæ, efficaciorem dantis, ſed minûs qvoqve gratum, Spiritum, loco recipiat:

Nitri puriſſimi, libram unam,
Antimonii optimi, libram ſemis,
Sulphuris flavi, uncias tres,

Ac, ut ibi indicatum, procedat.

SPIRITUS ANTIPARALYTICUS.

℞. Radicum Angelicæ,
Aronis, ana unciam ſemis,
Ireos Illyricæ,
Peucedani, ana unciam unam,
Pyrethri, unciam ſemis,
Herbarum Chamæpityos,
Origani,
Pulegii,
Salviæ,
Serpilli, ana manipulos duos,
Foliorum Nicotianæ recentium, manipulum unum,

Cochle-

Spiritus operativus Seno
zdm Pharm. Wir

℔. Vitrioli Hungarici ad albedinem ca
cinati ℥iv.
tartari albi, solutione et crystalli sa
ne depurati ℥iß.
Tosata et mixta cellae humidae exponen
ut paululum deliquescant, tum igne acr
e retorta destillentur et Spiritus servetur
est Spiritus tartari vitriolati, laudat
ad obstructiones hepatis, lienis et
mesenterii reserandas, sudorifer
et diureticum praebet.
dos. ℈j. ad ℈ß in vehiculo aqu

Spiritus Balsamicus vel Balsami
vitae album. zdm Pharm. Wirt

℔. Olibani, Myrrhae Galbani à ℥ii
Ligni aloes Caryophyllorum Cinamo
N. Moschatum Galangae Zedoariae
Cardiberis. à ℥j.
Baccarum Lauri ℥iv.
Therebinthinae Venetae ℥xii
Spiritus vini rectificat. ℔. x i
m. destillentur post sufficientem
digestionem ex Balneo
aeq. paratur balsamo illi celeb
Anglicanorum. Virtutes sunt sto
machicae, diureticae, carmin
tivae, nervinae tam externe
quam interne adhibetur.
dos. gtts xL ad Lx.

℞. Angelicae zdm. Disp. Wirt.

℔. rd. Angelicae ℥iv.
Spiritus vini rectif. ℔ij. aquae
fontanae ℔ij. M.f.

alexipharmacus est. et carminativus.
habetur ad ℈j. ad ℈ij.

℞ Anisi zdm. Disp. Wirt.

℔. In. anisi contusi. ℔ß.
Spiritus vini ℔iv. ctß.
macerentur p. octiduum et legeartis
spiritus elicitur.
est pectoralis et carminativus.
aqua et saccharo temperatus bibitur.

℞ Anthos zdum Pharm. W.

℔. florum roris marin. recens collec-
torum ℥vj.
macerentur et destillentur cum Spiritus
vini rectificati ℔ij.
est cephalicus et nervinus, interne

Spiritus Balsami Peruviani

℔. Balsi. Peruviani nigri ℥iij Olei ℥i sicissimi ℥j.
teruntur simul, et probe mixtis superfundatur
℥ vini rectificatissimi ℥xv.
post digestionem ℔ triduum, destillentur lento
igne et balneo et spiritus prolectus fragran-
tissimus servetur.
virtute gaudet analeptica et roborante; se-
dorem et uriram movet. Transit cum
Julepo rosato mixtus in syrupum balsa-
micum, si nimirum ℥i. ℔j spiritus
addatur ℥j. Julepi.

SP.

Cochleariæ recentis, manipulos qvinqve,
Florum Anthos,
Chamomillæ,
Cheiri,
Hyperici,
Lavendulæ, ana manipulum semis,
Liliorum convallium,
Primulæ veris,
Stœchados Arabicæ,
Summitatum Abietis recentium, ana manipulum unum,
Baccarum Lauri, unciam semis,
Caryophyllorum, drachmas duas,
Castorei pinguis,
Rasuræ Ligni Sassafras, ana unciam unam,
Seminis Erucæ,
Sileris montani, ana drachmas sex.

Concisa & contusa infundantur Spiritûs Lumbricorum terrestrium, ter super recentibus lumbricis cohobati, libris octo, juncturis optimè clausis, stent in digestione octiduum, tum balneo maris destillentur, Spiritus inde prolectus vase exactissimè obturato servetur.

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS.

℞. Radicum Angelicæ, uncias duas,
Polypodii Qvercini,
Filicis,
Raphani marini, ana unciam unam semis,
Foliorum Cochleariæ, manipulos quatuor,
Nasturtii hortensis,
Beccabungæ, ana manipulos duos,
Menthæ crispæ,
Rutæ,
Salviæ, ana manipulum unum semis,
Seminis Anisi,
Fœniculi dulcis, ana drachmas sex,
Cinnamomi acuti, drachmam unam,
Zinziberis albi,

SP.

Corticum extremorum Citri, ana drachmam semis.
Concisis & contusis affunde:
Vini Gallici, mensuras duas,
Spiritûs Vini, mensuram unam.

Stent loco tepido, vase benè clauso, post destillentur calore moderato arenæ aut balnei, Spiritus abstractus, magnæ adversus Scorbutum efficaciæ, servetur.

SPIRITUS ANTISPASTICUS.

℞. Radicum Angelicæ, unciam semis,
Ireos Illyricæ, unciam unam semis,
Peucedani, unciam unam,
Herbæ Chamæpityos,
Pulegii, ana manipulos tres,
Salviæ,
Serpilli, ana manipulos duos,
Cochleariæ recentis, manipulos qvinqve,
Florum Chamomillæ,
Primulæ veris, ana manipulos tres,
Sambuci,
Hyperici, ana manipulos duos,
Anthos,
Lavendulæ,
Stœchados Arabicæ, ana manipulum semis,
Rasuræ ligni Sassafras,
Castorei, ana unciam unam,
Baccarum Lauri, unciam semis.

Sciffis & contusis omnibus, Spiritum Lumbricorum terrestrium, ter à recentibus lumbricis destillatum, affunde, stent tridûum in digestione, tunc è Cucurbitâ vitreâ maris balneo destilla.

SPIRITUS APERITIVUS PENOTI.

Rec. Vitrioli Ungarici calcinati, libras qvatuor,
Silicum calcinatorum, libras duas,
Tartari albi, solutione & crystallisatione depurati, libram unam semis.

SP.

Subtiliſſimè pulveriſata ac miſta cellæ humidæ exponantur, ut paululùm deliqveſcant, tum ex arenâ per alembicum deſtillentur, ac Spiritus inde ſtillans ter, ſuper reſiduo cohobetur, tandem omne per retortam, igne aperto gradatim adhibito, ſecundùm artem proliciatur. E capite mortuo Sal eliqvetur, cui Spiritum junge ac qvatuordecim dies digere; Demùm, igne rurſus aperto, omnes Spiritus revoca, & rectificatos ſerva.

SPIRITUS AROMATICO-OLEOSUS.

℞. Cinnamomi acuti,
Flavedinis Corticum exteriorum Citri,
Aurantiorum,
Nucis Moſchatæ,
Macis, ana drachmas duas,
Caryophyllorum,
Cardamomi minoris excorticati, ana ſcrupulum unum,
Croci orientalis, ſcrupulum ſemis,
Salis Tartari, unciam ſemis,
Spiritûs Salis Ammoniaci, uncias qvatuor.

Digere vaſe benè clauſo horas viginti qvatuor. Tum affunde Spiritûs Vini Gallici rectificati, uncias duodecim, ſtent denuò in digeſtione diem unum, poſt, ut artis eſt, provoca & diligenter ſerva Spiritum.

SPIRITUS ARTHRITICUS.

℞. Vitrioli viridis, libras tres,
Tartari crudi,
Mumiæ,
Myrrhæ,
Maſtiches,
Thuris, ana unciam unam,
Opopanacis,
Bdellii, ana uncias qvatuor,
Mellis crudi, libram unam,
Spiritûs Vini optimè rectificati, qvantùm ſufficit.

Infunde diem & noctem, poſteà deſtilla.

SP.

SPIRITUS ASTHMATICUS.

Rec. Æruginis, vel, qvod melius, Cryſtallorum ejus, depuratione cum aceto Vini factorum, uncias qvatuor,
Gummi Ammoniaci, uncias duas,
Sulphuris, unciam unam ſemis.

Miſce, & è retortâ vitreâ amplâ, ex arenâ, in vas recipiens capaciſſimum, junctûris optimè clauſis, ut artis eſt, deſtilla, ac Spiritus tandem prolectos rectifica.

SPIRITUS BALSAMI VITÆ.

Hunc qvære ſuo loco, in deſcriptione Balſami vitæ, ab eodem ſeparandum.

SPIRITUS BENZOINUS.

Rec. Gummi Benzoës triti, libram ſemis,
Spiritûs Vini Rhenani, libras duas.

Miſce, & qvatridûum aut diutiùs digere, tum addito ſabulo puro per retortam ex arenâ, igne graduato, deſtilla, ac ſeparato à Spiritu oleo, illum rectifica.

SPIRITUS BEZOARDICUS ET EPILEPTICUS.

Rec. Spiritûs baccarum Juniperi rectificati, libram unam,
Cornu aut Ungulæ Alcis,
Cervi, ana libram ſemis,
Olei Succini, unciam ſemis,
Salis volatilis Cornu Cervi,
Succini, ana drachmas duas.

Miſce, & ſi lubet, deſtilla, aliqvantiſper priùs digeſta, per retortam, igne leni.

SPIRITUS CARMINATIVUS SYLVII.

℞. Radicum Angelicæ, drachmam unam,
Galangæ,
Imperatoriæ, ana drachmam unam ſemis,

Fo-

Spiritus balsamicus [illegible]
vitae albus.

℞. Olibani, Myrrhae Galbani à ℥ij
Lig. Aloes Caryophyllor. cinammom.
X. Moschat. Galangae ℥edoariae
Zinziberis. à ℥j. bacc. Lauri. ℥j
Terebinth. vent ℥XII
⅄ vini rectiss. ℔. XII.
m. d. post sufficientem digestionem
ex Balneo
aequiparatus balsamo illi celebri
augustanorum. vires st. stomach
icae, diureticae carminativae x
rinae. tam externe quam intern
adhibetur.
Dos. gtt. XL ~~gtt. XX~~ usq XX.

Spiritus be℥oardicus Barsii

℞. ⅄. CC. volatilis vel eburn ℥ij
Salis Ammoniaci ℥iv
Cinerum clavellatorum ℥ xii
Succini flavi pulverisati ℥ vj.
olei de Cedro ℥vj.
misceatur Sal ammoniacum cum succi
et oleo quibus adde cineres clavellator
ni libras aquae solutos
⅄ vini rectificati ℔ iij
his adjunge Spiritum CC. et per
ignem arenae e cucurbita probe
luto munita destilla
potenter sudorem atque urinam mov
antispasmodica virtute pollet et sic
reliqua alcalina, acidum nitrosum
Dos. gt. 30 ad. 50.

Spiritus Castorei Compositus Zvid.

Dum pharm. Wirt.

Castorei Zij. fe. Lavendul. Zvj.
Salviae rorismarin à Zij
Cinamom. Zij Macis Caryophyllorum à Zij
Spiritj vini rectificat. tbiß.
Aquae Lavendul. tbß.
Salis Ammoniac. Zij
Zi vel. Cinerum Clavellatorum Zij

Misce, et post digestionem 4. triduum
distillentur et spiritus uncias quindecim
rectificantur. quibus adde
Camphorae Zij
Ol. Rutae
Succini à. ʒß. xx.

usq est tam internus, quam externus; na-
ribus admovetur in affectibus hystericis. Ad
interne in motibus convulsivis, colica hyste-
rica et torminibus à Zj. ad ZB. ex aquae
velissae vel alio vehiculo

SP.

Foliorum Basiliconis,
Majoranæ,
Rorismarini,
Rutæ hortensis,
Summitatum Centaurii minoris, ana manipulum semis,
Baccarum Lauri, drachmas tres,
Seminis Angelicæ,
Anisi,
Levistici, ana unciam semis,
Maceris,
Mucis Moschatæ,
Zingiberis, ana drachmam unam semis,
Cinnamomi, drachmas sex,
Caryophyllorum,
Corticum Aurantiorum, ana drachmam unam.

Concisis & contusis affunde Spiritûs vini Malvatici, vel Hispanici, vel Gallici etiam rectificati, uncias qvadraginta.

Digerantur per biduum in Maris balneo, tunc destillentur ad siccitatem aliqvalem. Qvicqvid ascenderit, magmati reaffundatur rursusqve per biduum digeratur, posteà tres rursus qvartæ partes destillando evocentur, & ad usum serventur.

Residuo Spiritûs Vini simplicis rectificati, unciæ viginti reaffundantur, denuò per biduum digerantur, tum rursus spirituosior ejus pars destillando Maris balneo aut arenâ elicitur, egregiâ carminandi virtute pollens, priori tamen cedens, qvæ *pro Spiritu carminativo secundario* servari potest in solatium pauperum.

SPIRITUS CARMINATIVUS DE TRIBUS.

℞. Nitri,
Tartari, ana libras duas,
Cinerum Clavellatorum, libram unam.

Misce, & per retortam tubulatam, adaptato recipiente capaci, cui Spiritûs Vini rectificati libræ duæ insint, pauxillùm vicissatim ingerendo, circumspectè destilla, tandemqve super capite mortuo rectifica.

SP.

†. *Cira Spiritûs hujus præparationem ante omnia probè notandum est, ut detonatio successivè instituatur, aliàs Spiritus copiosissimi, impetuosè transeuntes, aut vasa probè clausa magno cum periculo disrumpunt, aut per aperta penitus in auras exhalant. Debet autem mixtura ista sub hâc operatione utique accendi, quo simul partes oleosæ Tartari in subtilem fuliginosam substantiam volatilem convertantur, atque Spiritus etiam Tartari sui juris fiat ac simul transcendat, id quod eò citius contingit, quoniam Nitri acidum cum Terrâ alcalica Tartari sub hoc actu plurimum unitur. Tandem etiam Spiritus quidam ardens vel simplex, vel carminativus in vas recipiens anteà immittitur, ut partes volatilisatæ modo nominatæ immediatè se se cum isto unire queant; quoniam verò insimul hâc ratione cum multis aqueis & impuris empyreumaticis partibus inquinatur ille Spiritus, idcircò meritò, absoluto hocce labore, ejus rectificatio super Caput mortuum adhuc suscipitur. Usus ejusdem unicè internus est, dum à guttulis XXX. ad L. legitimè adhibetur, & præcipuè satis egregius est in variis affectibus spasmodicis, imprimis autem in Cardialgiâ & Colicâ flatulentâ, nec non in malo hypochondriaco & hysterico, quippe spasmos & dolores eximiè mitigat, flatus discutit & actum concoctionis promovet.*

SPIRITUS CEPHALICUS.

Rec. Folior. & Florum Lavendulæ,
Rorismarini,
Majoranæ,
Salviæ, ana manipulos duos,
Salis Ammoniaci, uncias qvatuor,
Tartari, uncias tres,
Castorei, uncias duas,
Aqvæ Lavendulæ,
Spiritûs Vini rectificatissimi, ana libras tres.
Misce, octidûum digere, ad medietatem destilla,
Destillati libræ uni cum semisse adde:
Olei stillatitii Rutæ, drachmam unam semis, aut saltem guttas triginta,

SP.

Succini, Scrupulum unum,
Macis,
Juniperi è baccis, ana gutt. duodecim,
Camphoræ, drachmas tres,
Misce, fiat, lege artis, Spiritus.

*Potest etiam sine Castoreo & Camphorâ parari.*

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

Rec. Cerasorum nigrorum maturorum, qvantùm vis.

Contundantur una cum nucleis, & doliolo qverno, aut vasi terreo vitreato, ad id accommodo satisqve capaci, indita, loco tepido, pauxillo fæcum vini aut saltem cerevisiæ albæ addito, stent, donec fermentando acidiusculum aut vinosum spirare cœperint odorem, tum è veficâ cum refrigeratorio lege artis destillentur, Spiritus inde natus, è cucurbitâ vitreâ balneo Maris rectificetur.

SPIRITUS CEREBRI HUMANI.

Rec. Hominis juvenis probæ constitutionis & valetudinis, violentâ morte perempti, Cerebrum cum omnibus membranis & vasis spinæqve medullâ, conqvassatum in mortario lapideo, cucurbitæ vitreæ aut phiolæ satis capaci inde, & adde Aqvarum Cephalicarum ac Spiritûs Vini, ana, ad eminentiam qvatuor aut qvinqve digitorum. Claude vitrum Hermeticè & annum unum aut plures asserva; Posteà balneo roris destilla & cohobando sæpiùs fac, ut tota Cerebri substantia aqvarum ac Spiritûs vehiculo alembicum transscendat. E fæcibus, post sufficientem cohobationem calcinatis, Salem extrahe, qvem satis depuratum deinceps spiritui digerendo conjunge.

SPIRITUS COCHLEARIÆ.

Rec. Herbæ Cochleariæ florentis, qvantùm placet.

SP.

Contunde ac veficæ impositò affunde succi Cochleariæ recens expressi qvantùm sufficit, juncturis, accommodato refrigeratorio ac recipiente commodo, probè clausis ac munitis, destilla igne moderato Spiritum, qvem recenti herbæ reaffusum, semel iterumqve destilla, rectifica ac probè obturatum serva.

*Nota: Cui hunc ad instar Spiritûs Absinthii abstractitii supra descripti, mediante Spiritu frumenti cum Mollenbroccio Cochleariæ curiosæ, c. 12. p. 76. iteratò a recenti Cochleariâ abstracto parare libuerit, utpote qui ab eodem Authore aliisque superiori fermentatitio præfertur, huic dicam haud scribemus, servato tamen etiam prædicto suo, quod meretur, pretio & valore.*

SPIRITUS CORNU ALCIS.

Hunc parandi modus cum Spiritu Cornu Cervi coincidit, qvem sub titulo Salis Cornu Cervi volatilis vide, eodem enim destillandi modo Spiritus unâ cum Sale volatili elicitur è qvocunqve Cornûum aut Ungularum genere, præcipuum negotium, qvoad Spiritus, in eorum à Sale & Oleo commodè separandorum encheiresi ac debitâ rectificatione consistit.

SPIRITUS CORNU CERVI.

Vide de hoc titulum Salis Cornu Cervi volatilis.

Uniùs enim & ejusdem destillationis tâm Sal, qvam Spiritus proles est, certâ illic indicatâ encheiresi ab invicem & Oleo fœtido separanda.

SPIRITUS CORNU CERVI ESSENTIFICATUS.

Rec. Salis volatilis Cornu Cervi, unciam unam,
Spiritûs Vini Gallici rectificati, uncias duas semis.
Misce, & destilla.

SPIRITUS CRANII HUMANI.

E rasurâ recenti Cranii humani, violen-

Spiritus Corticum Aurantiorum

℔ Cortic. Otiorum recentium ℔viß
Spirity vini rectifi. ℔viii.
destillate e vesica, leto igne
et Spirity vini libras octo per-
colentur, qui aqua fortana
dilutus et Saccharo dulcoraty
ferebus.

ad verticulum confortan-
dum et stalus pellendos
sumitur. Non dilutus nec
dulcoratus inservit promen-
struo tinctura corticum
aurantiorum.

lentâ morte peremti, è retortâ terreâ, aut lapideâ potiùs, capaci, probè loricatâ, recipiente amplo inſtructâ, ad inſtar aliorum oſſium aut Cornuum deſtillatur ex arenâ, igne ſucceſſivè graduato, ad ignitionem usqve retortæ, donec nulli amplius eliciuntur fumi. Spiritum ita prolectum, Sale volatili turgidum, ab Oleo per chartam emporeticam duplicem humectatam ſepara, ſpiritumqve ſic ſeparatum, aut ſic cum Sale, aut rectificatione, ut in Spiritu Cornu Cervi dictum, à Sale ſeparatum, ſeorſim ſerva.

### SPIRITUS CYDONIORUM.

Ut omnium aliorum fructûum Spiritus, qvorum normam Spiritus Ceraſorum nigrorum præbet, è malis Cotoneis, raſurâ, aut qvocunqve alio modo, in magma ſine expreſſione redactis, fermentando ac poſteà deſtillando & rectificando fit.

### SPIRITUS FEBRIFUGUS ET DIAPHORETICUS.

℞. Radicum Angelicæ,
Imperatoriæ,
Valerianæ,
Contrayervæ,
Zedoariæ, ana unciam unam,
Dictamni albi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Chelidoniæ majoris, ana drachmas ſex,
Foliorum Cardui benedicti,
Scabioſæ,
Rutæ,
Scordii, ana manipulum unum,
Meliſſæ,
Dictamni Cretici, ana manipulum ſemis,
Florum Hyperici,
Calendulæ,
Sambuci, ana pugillos tres,
Baccarum Juniperi,
Lauri,
Corticis Guajacini,



Ligni Saſſafras, ana unciam ſemis,
Corticis Citri,
Aurantiorum exteriorum, ana drachmas qvinqve,
Seminis Sileris montani,
Apii, ana drachmas duas,
Croci optimi, unciam ſemis,
Nucis Moſchatæ,
Myrrhæ rubræ, Sali ammoniaco, ana ſeorſim mixtæ,
Cardamomi majoris, ana drachmas tres,
Opii correcti, unciam ſemis,
Cinnamomi acuti, uncias tres.
Conciſis ac contuſis affunde:
Spiritûs Tartari, uncias tres,
Vini â radicibus Angelicæ priùs abſtracti, libras octodecim.

Macerentur octidûum vaſe optimè clauſo, Maris balneo calente, tum per emporeticam colentur, colatura ſolicitè ſervetur.

### SPIRITUS FOENICULI.

Rec. Summitatum Fœniculi cum ſemine, qvantùm vis,
Spiritûs Vini Gallici optimi, qvantùm ſufficit.

Infuſæ ſtent diem unum aut alterum, tum deſtillentur ut artis.

### SPIRITUS FORMICARUM.

Rec. Formicarum circa ſolſtitium æſtivum, die ſerenâ, decreſcente lunâ, in cucurbitam unâ cum ovulis collectarum & à feſtucis mundatarum, qvantùm placet. Affunde iis Spiritûs vini rectificati, ad trium digitorum eminentiam, vaſe optimè clauſo, digere bidûum, poſteà impoſito cucurbitæ alembico, & applicato recipiente, junctûris optimè clauſis, ex arenâ deſtilla, donec ſtriæ diſparere incipiant. Spiritum deſtillatum recentibus formicis affunde, digere ac denuò, uti prius, deſtilla.

SP.

SPIRITUS FRAGORUM.

Eôdem, qvo Spiritus Ceraſorum, modo, per fermentationem paratur.

SPIRITUS FULIGINIS.

Rec. Fuliginis Ligni Qverni nigerrimæ, compactæ & ſplendentis, qvantùm vis.

Imple retortæ terreæ optimè loricatæ, tertiam partem, recipiente applicato capaciſſimo & juncturis optimè clauſis, igne aperto, initio leni, poſtea gradatim aucto, deſtilla. Spiritum prolectum, cum Sale volatili ac Oleo è recipiente effuſum, ob Oleo chartâ bibulâ madidâ ſepara, ac, uti in Spiritu Cornu Cervi monitum, è Cucurbitâ alembico & recipiente inſtructâ, ex arte rectifica.

SPIRITUS FUMARIÆ.

Eôdem, qvo Spiritus Abſinthii, mopo fit.

SPIRITUS HÆMATITÆ.

Qvalis communiter paratur non Hæmatitæ, ſed Salis potius Ammoniaci volatilis eſt Spiritus, paucis hæmatitæ floribus imprægnatus. Modus talis eſt:

Rec. Lapidis Hæmatitæ, libram unam,
Salis Ammoniaci, libras duas.

Subtiliſſimè pulveriſata & optimè miſta è cucurbitâ vitreâ, probè in fundo lutatâ, ex arenâ, gradatim aucto igne, ſublima, recipiente accommodato & juncturis exactè clauſis; Prodibit liqvor ſatis parcè, ſeqvente Sale volatili eleganti, floribus hæmatitis imprægnato, crocei coloris & odoris, egregiarum virtutum, Aroph, ſeu Aroma Philoſophorum qvibusdam audiens. Liqvor è retortâ vitreâ rectificatus Spiritus ille eſt, Hæmatitæ communiter dictus, reverà autem Salis Armoniaci volatilis, à floribus qvibusdam hæmatitæ croceo colore ſaturatus.

SP.

SPIRITUS HYPERICI FLORUM.

Rec. Florum Hyperici circa ſolſtitium æſtivum collectorum, recentium ac vegetorum, qvantum vis.

Affunde in vaſe proportionato Spiritûs Vini ad eminentiam qvatuor aut plurium digitorum, ſtent in infuſione octidûum circiter, tum ut artis eſt è balneo Maris organis vitreis deſtillatur Spiritus, ſuper recentibus, ſi fortiorem deſideras, floribus, ſemel iterumqve cohobandus.

SPIRITUS HYSSOPI.

Adinſtar Spiritus Abſinthii fit.

SPIRITUS JUNIPERI è BACCIS.

Rec. Baccarum Juniperi recentium, benè maturarum, qvantùm placet.

Conqvaſſatis in vaſe qverno, aut terreo devitreato, affundatur modicum aqvæ tepidæ, ut probè madeſcant, & pultis liqvidiuſculi conſiſtentiam acqvirant, ac addito pauxillo fæcum vini, aut ſaltem cereviſiæ, ad fermentandum diſponantur, qvâ rite peractâ, ubi acidum aut vinoſum odorem ſpirare incipiunt, deſtilla, ut ſupra de Spiritu Ceraſorum nigrorum indicatum, & rectifica.

SPIRITUS LAVENDULÆ.

Sæpiùs ſuper recens aſſumta Lavendulæ folia & ſpicas cohobatus & rectificatiſſimus reqviritur.

SPIRITUS LEVISTICI.

Rec. Summitatum Leviſtici, qvantùm vis, contuſis affunde Spiritûs Vini Gallici optimi qvantò opus.

Stent dies aliqvot in digeſtione caloris leni, vaſe probe clauſo, tum deſtillentur, ut artis eſt.

SPI.

Spiritus Liliorum convallium

℞. fl. Lil. convall. ℔j. affunde
vini generosi albi ℔x
Spiritus vini rectificat. ℔iß
dimidiae cucurbita depilla, prolectam
quam spirituosam novis affunde floribus
de stilla iterum ad dimidias alq spiritum

ova
aquarum antapoplecticarum et epi-
lepticarum ingrediens sunt convallium
lilia: adscribit ille vis spiritus cor-
dialis et nervina ac memoriam con-
fortans. Loco tñ spiritus valeriana dati,
externe ad convulsiones luxationes
ad dolores rheumaticos utiliter adhibet
varioby attractus adaeque odontalgiam
laudatus.

Spiritus Mastichinus

℞. mastiches ℥iv. Cinnamom. ℥ß.
Caryophyllor. ℔. Moschat. à ℥ij
Cubebarum Galangae Cardamom.
Cort. Winterani à ℥ij
pulverisata infundantq in
spiritus vini rectificati ℔. x.
stent p aliquot dies in digestione
postea addito
aquae ℔. ii evaporā ℔.
Deinde spiritus hj prolecti ℔ij
aquae in qua Saccari ℥x
solutae sunt, libra una
addito, nominatus Elixir Ma-
stichinum, quod loco aquae vitae
haurire solet.

In morbis verticali a causa frigi-
da ortis, colica flatulenta et
motibus eam insigni fructu
dato.

Dos. aquae diluti et edulcorati
ad ℥ß ad ℥j.

SP.

SPIRITUS LIGNI SANCTI.

Rec. Scobis recentis Ligni Sancti, qvantùm cupis.

Imple eâ retortæ terreæ loricatæ mediam circiter partem, deſtilla, recipiente amplo accommodato, juncturis optimè lutatis, igne aperto gradatim aucto, & prodibit cum Oleo liqvor acidus, ab illo ſeparandus & ſeorſim rectificandus.

SPIRITUS LILIORUM CONVALLIUM.

E conqvaſſatâ florum ſufficienti qvantitate, affuſo aqvæ calidæ modico, & addito vini aut cereviſiæ albæ fæcum pauxillo, poſt fermentationem debitam, inſtar aliorum è fructibus fermentatis Spirituum, deſtillando è veſicâ, & rectificando paratur.

SPIRITUS LUMBRICORUM TERRESTRIUM SIMPLEX.

Rec. Lumbricorum terreſtrium ſtupâ depuratorum aut lotorum, qvantùm placet.

Super infunde Spiritûs Vini rectificati ad trium digitorum eminentiam, digere qvatridûum vaſe probè obturato, tandem ex arenâ, juncturis exactè clauſis, deſtilla, Spiritum prolectum aliis Lumbricis reaffunde, digere ac denuò ex arenâ igne moderato revoca.

SPIRITUS LUMBRICORUM TERRESTRIUM COMPOSITUS.

Rec. Lumbricorum terreſtrium per ſtupam depuratorum, qvantùm placet,
Miſce cum medullâ panis triticei, qvantùm ſufficit,
Affunde Spiritûs Vini rectificati, qvantùm ſatis,
Digerantur aliqvamdiu & colentur, idqve ter repete, huic infuſioni tandem addantur recentes lumbrici depurati, qvantitate ſufficiente, hisqve

SP.

Radicum Angelicæ,
Iridis,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana unciam unam,
Herbæ Chamædryos,
Chamæpithyos,
Meliſſæ, ana manipulum unum,
Florum Anthos,
Salviæ,
Tiliæ,
Primulæ Veris,
Liliorum convallium, ana manipulum ſemis,
Croci Auſtriaci, drachmam unam.

In pulverem priùs redactis affunde prædictum Spiritum infuſum & colatum, ſtent unum alterumve diem in digeſtione caloris blandi, tum organis vitreis, ut artis eſt, deſtilla, deſtillatum commodè ſerva.

SPIRITUS LUMBRICORUM TERRESTRIUM VOLATILIS.

Rec. Lumbricorum terreſtrium repurgatorum & conqvaſſatorum, qvantitatem ſufficientem, ſtent vaſe clauſo, donec putreſcant ac fœtore urinoſo putredinem ſufficientem prodant, tunc è retortâ vitreâ igne arenæ deſtilla in excipulum ſatis capax, juncturis optimè clauſis, ſpiritumqve deſtillatum debitè rectifica.

SPIRITUS MASTICHINUS.

Rec. Maſtiches electæ, tenuiſſimè tritæ, libram ſemis,

Spiritûs Vini rectificati, qvantùm ſufficit ad eminentiam duorum digitorum, digere octidûum, vaſe probè clauſo, poſteà è Maris balneo deſtilla, juncturis optimè munitis.

SPIRITUS MATRICALIS.

℞. Cinnamomi acerrimi,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Zingiberis,
Caryophyllorum,

SP.

Granorum Paradiſi,
Cubebarum,
Cardamomi, ana unciam unam ſemis,
Piperis longi, unciam ſemis,
Galangæ,
Zedoariæ, ana unciam unam,
Foliorum Salviæ minoris,
Menthæ criſpæ,
Fœniculi,
Meliſſæ, ana manipulum unum.

Pulveriſanda pulveriſentur ſingula ſeorſim, tum mixtis omnibus affunde Spiritûs Vini generoſi, menſuras tres; Digerantur, vaſe optimè clauſo, aliqvamdiu, tum lege artis deſtillentur, ac vel ſeorſim ſerventur, ſub titulo ſupra ſcripto; Vel, ſi camphoratum volueris, roſtro alembici Camphoræ, qvantùm placet, cum paucis granis Kermes nodulo incluſis inde, ſic inter deſtillandum Camphoram abſorbebit Spiritus ac â granis Kermes gratum ruborem induet, hâcqve ratione SPIRITUS MATRICALIS CAMPHORATI titulum merebitur; ſine Camphorâ autem maximâ cum Aquâ Vitæ Mulierum affinitate pollet.

SPIRITUS NITRI.

℞. Nitri puriſſimi, libram unam,
Laterum pulveriſatorum, libras duas.

Pulveriſata miſce exacte & ê retortâ lapideâ aut vitreâ probè loricatâ, igne gradatim adminiſtrato, in receptaculum valde capax, cui paululùm aqvæ ſimplicis inſit, deſtillentur, ut artis eſt, donec rubor omnis ceſſet, ac Spiritus reſederint, qvos, refrigeratis omnimodè vaſis, exime ac ex arena rectifica.

SPIRITUS NITRI ANTICOLICUS.

℞. Spiritûs Nitri rectificati, libram ſemis,
carminativi Sylvii, libram unam,
Eſſentiæ carminativæ, uncias duas.

Wed.

SP.

Miſceantur ac digerantur, ac ê retortâ vitreâ terno cohobio, ut probè uniantur, evocentur.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritûs Nitri concentrati, vel Aqvæ fortis communis, libram ſemis,
Vini rectificati, libras duas.

Miſta digerantur tridûum, poſteà deſtillentur, ac cohobentur retortâ vitreâ ter, ut optimè uniantur, Spiritusqve Nitri miteſcat. Si Spiritum Nitri fumantem ſumis, proportio Spiritûs Vini rectificati ad Spiritum Nitri erit ut 1. ad 10. vel 12.

†. *Cum Spiritus Nitri per ſe, in quantum adhuc acidus & non dum alteratus eſt, meritò inter corroſiva fortiſſima referri ſoleat, utpote qui etiam propriè baſin Aquæ fortis conſtituit, utique quam maximè opus eſt, ut eundem, ſi internè exhibere velimus, prius ab omni iſtâ nimium corroſivâ qualitate liberemus, ne forſitan eadem illa pericula, quæ tali medicamento removere intendimus, adhuc magis adaugeamus. Uſitatiſſima hucusque methodus, noxiam iſtam corroſivam qualitatem invertendi & Spiritum hunce acidum dulcificandi, cum modo allegatâ plenariè coincidit, utpote quam in omnibus Chymiæ pharmaceutica Collectaneis ita deſcriptam invenimus: An vero juxta illam Spiritus hic mineralis verè & perfectè dulcificetur, aut annon potius ſuſpectam aliquam acrimoniam adhuc tectam & latitantem contineat, iis notiſſimum erit, qui tali ratione dulcem hunc Spiritum præparare & frequenter in uſum vocare ſolent. Hinc præplacet nobis illa potius methodus, quam Dn. SIEGESBECK in* Annal. Phyſ. Med. Wratislav. Ann. 1721. M. April. Claſſ. IV. Artic. 12. *cordatè deſcriptam dedit: Sumit nempe Spiritûs Nitri crudi, legitimè deſtillati, libram unam, & Spiritus vini aut frumenti rectificatiſſimi libras duas. Hos Spiritus ſucceſſivè in Cucurbitâ vitreâ proportionatâ*

SP.

*tâ commiſcet, ac impoſito alembico, cujus roſtrum ſubere probè obturatum & junctura undiquè exquiſitè clauſæ ſunt, eandem in loco frigido arenæ imponit, ibique per quatuor vel ſex hebdomadum ſpatium relinquit, poſtmodum verò convenienti ignis gradu libras duas cum ſemiſſe ex arena deſtillat, hâcque ratione egregium Spiritum Nitri dulcem, gratiſſimo odore & ſapore præditum, nec cum ullo unquam Spiritu alcalino effervescentem, obtinet, qui, ſi ſecundum ETTMüLLERI conſilium, cum plantis aromaticis & ſtomachicis, aut, quod adhuc melius eſt, cum Oleis deſtillatis aromaticis & carminativis denuò infunditur & abinde poſtmodum abſtrahitur, admodum efficax carminativum & anticolicum remedium præbet. Quod vero in hâc Spirituum mineralium cum Spiritu vini dulcificatione* digeſtio frigida *præferatur* calidæ, *utpote pro extractione Sulphurum & Tincturarum magis neceſſariæ, eam maximè ob cauſam factum eſt, quoniam Spiritus vini, qui unicum & principaliſſimum agens eſt, quod Spiritus minerales acidos corrigit & mitigat, ſub digeſtione calidâ ſubinde ab his ſeparatur & exaltatur, adeoque in actione ſuâ impeditur & turbatur; mediante frigidâ verò digeſtione magis concentratur, arctius cum iisdem combinatur & in tacitâ ſuâ operatione magis ſublevatur & adjuvatur, ſicque ad minimum dimidia illa Spiritûs acidi portio, quæ ſimul ſub deſtillatione transſcendit, verè dulcificata & correcta eſt, cum è contra priori methodo, poſtquam blando igne Spiritus vini avocatus fuit, ſtatim ſub auctiori ejus gradu Spiritus acidus & corroſivus, nihil ferè immutatus, iterum prodire ſoleat.*

SPIRITUS RORISMARINI.

℞. Summitatum Rorismarini recentium, conciſarum, cum floribus, libras duas.

Spiritûs Vini, libras qvatuor.

Stent in digeſtione, vaſe benè clauſo, tridûum vel octidûum, tum è veſica, juncturis probè clauſis, igne moderato, ex arenâ deſtilla,

SP.

SPIRITUS ROSARUM.

℞. Roſarum fragrantium, nondum plenè hiantium, ſufficientem qvantitatem.

Contunde probè & in vaſe vitreato vel ligneo, pauxillo Salis, aut, ſi cum Ludovico mavis, Sacchari, ana adjecto, impaſtentur, ſicqve ſtent, donec fermententur. Ubi fermentatæ acidum ſpirare incipiunt, Veſicæ impone & affusâ, qvantùm ſufficit, ad præcavendum empyrevma, Aqvâ Roſaceâ, capitello ac refrigeratorio cum recipiente accommodatis, juncturisqve exactè clauſis & munitis, igne moderato deſtilla, deſtillatum recentibus Roſis fermentatis reaffunde, ac deſtilla, idqve bis terve reitera, tandem è maris balneo rectifica.

SPIRITUS RUBI IDÆI.

E baccis conqvaſſatis ac fermentatis, aliorum inſtar fructûum Spiritûs, prouti in Spiritu Ceraſorum nigrorum normæ illorum deſtillandorum cernitur, parandus.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

℞. Salis Tartari optimè depurati & coagulati, vel, loco hujus, cinerum clavellatorum, Salis Ammoniaci pulveriſati, ana qvantùm vis.

Sal Tartari indatur Cucurbitæ vitreæ, cui Sal Ammoniacus, Aqvâ fontanâ puriſſimâ ſolutus, affundatur, moxqve impoſito alembico ac adaptato excipulo, juncturis debitè munitis, ex arenâ igne moderato deſtilletur. Reſiduum filtratum, ad ſiccitatem evaporatum Sal, præbet aperitivum & antifebrile Sylvii.

*NB. Si major Spiritûs quantitas obtinenda, duplùm vel triplùm Salis Tartari, vel cinerum clavellatorum ſumendum & ante deſtillationem per 24. horas leni digeſtioni committendum.*

SP.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS.

℞. Spiritûs Salis Armoniaci rectificati, uncias ſex,
Vini Aniſati rectificatiſſimi, libram unam,
Olei deſtillati Aniſi, drachmas duas.

Mixta digerantur in phialâ optimè obturatâ octidûum, poſteà è cucurbitâ igne arenæ deſtillantur.

*Alii, loco Spiritûs Salis ammoniaci rectificati, ſumunt Cinerum clavellatorum vel Salis Tartari, partes tres, Salis ammoniaci partem unam, Seminis Aniſi partes quatuor, quibus Spiritûs vini rectificati libra una affundatur & in Balneo Mariæ ad ſiccitatem deſtillentur, hâc ratione Spiritus Salis Ammoniaci minoribus ſumtibus paratur.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE VIVA.

℞. Salis Ammoniaci in ſufficienti qvantitate aqvæ communis ſoluti, libras tres.

Infunde cucurbitæ capaci vitreæ, cui celeri manu calcis vivæ tantumdem inſperge & actutùm impoſito alembico, ad id ante adaptato, ac appoſito recipiente, junctûras qvam potes citiſſime muni, tum igne initio leniſſimo deſtilla, donec omnis Spiritus fuerit evocatus.

*Nota: E capite mortuo Salem quære Ammoniacum fixatum.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS.

Paratur, Spiritûs Salis armoniaci vinoſi (de qvo mox) libræ uni, olei ſtillatitii Succini unciam ſemis jungendo, qvatridûum digerendo, rurſusqve deſtillando.

Alii Spiritum Salis Ammoniaci rectificant ſupra Succinum pulveriſatum.

Item alii Succinum ſubtiliſſimè tritum cum lixivio Salis Tartari digerunt, tandem Sal Ammoniacum addunt, & per arenam Spiritum Salis Armoniaci ſuccinatum eliciunt.

SP.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

Paratur, ſi Spiritui Salis Ammoniaci cum Sale Tartari, aut ſaltem calce vivâ parando, in recipiente Spiritûs Vini proportionatam qvantitatem adjeceris, & Spiritum inde natum, duplicatum ſimul, è cucurbitâ, igne arenæ, rectificaveris.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS RECTIFICATUS.

℞. Salis Marini, libras qvatuor,

Solvatur aqvæ fontanæ, qvantùm ſufficit, ac filtrando purgetur, purgatus exhalet ad cuticulam ferè. Muriæ huic Boli vulgaris, aut argillæ ſaltem toridæ ac pulveriſatæ, qvantùm ſufficit, libræ circiter decem aut duodecim, impaſtentur, ut fiat maſſa ad formandum globulos apta, qvi parandi ac probè ſiccandi. Tunc retortæ indendi, ac adaptato recipiente ampliſſimo, igne aperto gradatim adhibito, tandemqve vehementiſſimo, ut retorta omnis intenſiſſimè candeat, Spiritus omnes eliciendi, qvi retortâ poſtmodum vitreâ rectificandi.

Qvod ſi huic, Spiritum hunc parandi modo communi, Ludovicianum, cum Salis & Aluminis ana, præferre malueris, copioſiorem fortè, ſed rurſus ſuper Sal marinum rectificandum, nanciſceris.

Loco Aluminis ſumi poteſt Oleum Vitrioli in anatica portione, & impetratur *Spiritus Salis fumans.*

E capite mortuo elixivari poteſt *Sal mirabile Glauberi.*

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritûs Salis prædicti rectificati, libram unam,
Vini rectificati, libras tres.

Di-

SP.

Digerantur & circulentur vase commodo priùs octidûum, posteâ retortâ vitreâ, ex arenâ, igne gradatim suppeditato, avocentur, ac semel iterûmqve pro arctiori unione cohobentur.

SPIRITUS SAMBUCI è BACCIS.

Fermentationis beneficio, ad normam Spiritûs Cerasorum nigrorum, fit.

SPIRITUS SAMBUCI è FLORIBUS.

Adinstar Spiritûs Rosarum destillatur.

SPIRITUS SANGUINIS CERVI.

℞. Sangvinis Cervi mense Majo jugulati, qvantitatem sufficientem, calentem, si fieri potest, cucurbitâ vitreâ exceptam, destilla maris balnei calore moderato ad medietatem. Liqvori destillato adde Spiritûs Vini rectificati uncias tres, & sic super residuo semel iterumqve cohobando, rectifica.

Alii sangvinem putrefactum sumunt, secundùm artem destillant & rectificant.

SPIRITUS SCELOTYRBICUS, SEU ANTISCORBUTICUS.

Rec. Herbæ recentis Cochleariæ,
Trifolii palustris,
Beccabungæ, ana manipulos tres,
Nasturtii aqvatici,
Nummulariæ, ana manipulos duos,
Persicariæ,
Rutæ, ana manipulum unum semis,
Radicum Raphani marini recentis,
Ari recentis, ana unciam unam semis,
Seminis Anisi mundati, unciam semis,
Cochleariæ, drachmas duas.

SP.

Corticum Citri exteriorum recentium, drachmas sex.

Concisis & conqvassatis affunde Spiritûs baccarum Sambuci per fermentationem parati, qvantûm sufficit ad eminentiam qvatuor digitorum, digere triduûm vel qvatriduûm vase benè obturato, tandem leni calore arenæ aut maris balnei Spiritum evoca, in vase optimè clauso servandum.

SPIRITUS SERPILLI.

In hoc parando eadem, qvæ in Spiritu Lavendulæ, acribeia desideratur.

SPIRITUS SULPHURIS.

Vide supra titulum *Olei Sulphuris per campanam.*

SPIRITUS TARTARI.

Rec. Tartari qvaliscunqve, solutione, colaturâ & coagulatione depurati, qvantùm vis, imple illo tertiam retortæ lapideæ partem, ac igne aperto in recipientem satis capacem, probè adaptatum ac lutatum, gradatim aucto igne, Spiritus omnes unà cum Oleo fœtido destilla, & Spiritus ab Oleo, chartâ emporeticâ duplicatâ humectatâ, separa.

SPIRITUS TEREBINTHINÆ.

℞. Terebinthinæ depuratæ claræ, qvantùm placet.

Affuso in vesicâ cupreâ, aut cucurbitâ vitreâ humili, aqvæ limpidæ triplo, destilla igne initio moderato, phlegmatis aciduli parum, mox oleum album, qvod Spiritûs nomine venit, seorsim excipiendum, cui succedit, continuato parumqve aucto igne, flavum, tandemqve auctiori rubrum, demùm rectificandum.

SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

Rec. Theriacæ Andromachi, uncias decem,

SP.

Croci Orientalis, unciam unam,
Myrrhæ rubræ, uncias qvinqve,
Spiritûs Vini rectificatissimi, libras duas.

Stent vase exactè clauso loco tepido tridûum, tum è cucurbita, impositâ alembico Camphoræ unciâ semis, junctûris solicitè clausis ac munitis, è balneo maris, calore successivè aucto, destillentur Spiritus omnes.

SPIRITUS DE TRIBUS.

Vide *Mixtura simplex.*

SPIRITUS TRIFOLII AQVATICI.

Rec. Trifolii aqvatici recentis, conqvassati, qvantitatem sufficientem, affuso pauxillo aqvæ calidæ & fæcum vini, vel cerevisiæ addito, prævîâ fermentatione, è vesicâ, accommodato capitello, refrigeratorio & recipiente, junctûris debitè occlusis, igne moderato, ut empyreuma præcaveatur, destilletur. Spiritus prolectus recentibus herbis reaffundatur, ac è vesicâ revocetur, idqve aliqvoties, bis terve, reiteretur, tandem omnis inde natus Spiritus è cucurbitâ vitreâ balneo maris rectificetur.

SPIRITUS VENERIS CONTRA EPILEPSIAM.

℞. Cryſtallorum Viridis æris, qvantùm vis.

In pulverem redactas retortæ vitreæ exactè loricatæ inde, & igne aperto aut balneo ficco, initio leni, sed gradatim aucto, destilla, donec omnis sit prolectus Spiritus, qvem per alembicum ex arenâ rectifica.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

Rec. Spiritûs Vini optimè rectificati, libram unam, in qvâ solvatur,
Camphoræ, uncia una semis.

SP.

Stent in digestione leniſſimâ, donec Camphora omnis sit soluta.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

Rec. Spiritûs Vini, qvantùm vis.

Infunde Cucurbitæ excelsæ, ac optimè adaptato alembico cum recipiente, junctûrisqve solidissimè lutatis, medietatem ejus debito calore avoca, & probè obturato vitro serva.

Qvod si hujus denuò medietatem balnei roridi calore leniſſimo abstraxeris, phlegmate omni liberatum Alcohol Vini audit, vel Spiritus Vini rectificatissimus.

SPIRITUS VINI TARTARISATUS.

Rec. Spiritûs Vini optimè, ut dictum, rectificati, libras duas,
Salis Tartari probè depurati & siccati, vel Cinerum clavellatorum, uncias qvatuor.

Misce, & è cucurbitâ vitreâ, junctûris exactè munitis, igne arenæ moderato destilla.

Non opus est, ut ad siccitatem urgeatur destillatio, relinqvitur enim in fundo phlegma nudum, evaporatione separandum, sic Sal alcali rursus impetratur, qvod siccandum. Et solâ digestione *Spiritus Vini tartarisatus* paratur, nempe si Cineres clavellati depurati cum Spiritu Vini rectificato infundantur.

SPIRITUS VITRIOLI ANT-EPILEPTICUS.

Rec. Vitrioli Ungarici, ad albedinem sponte calcinati & pulverisati, libras tres,
Limaturæ Cranii humani violentâ morte peremti,

Ra-

Spiritus Theriacalis

℔ ℥ Angelic. Imperatoriae Serpe
tariae Virginianae Zedoariae
℔ Scordii ℥ij Cort. Citri Bacc. A
Myrrhae r. à ℥j. Corr. Orient.
Theriac. Andromach. ℔ß.
Rorini Simplicis ℔ vij

radices, herbae et reliqua pulverisa
Rorini impura, digeratur ℔. tridu
qty additus Theriacae et lento igne
℔ iv spiritus abstrahatur
cui pro lubitu ad. ℥j. camphorae ℥
additur et tunc vocatur Spiritus
Theriacalis camphoratus.

est Alexipharmacus, sudorife
et anodynus. Datur a ℈ß. 30 ad
ingredit Rad. Serpent. Efficax ob
pretium raro adhibetur, cum Ro
rini camphoratus eadem praestet

Spiritus vini rectificatus

e vesica cuprea, ℔ alembicum
stanneum, destillatur et a phle
gmate foetido separatur. et si de
licatior, atq; ab omni foetore lib
expetitur, demum bis vel. ter ad
tu ℔ tertia parte aquae fontanae

SP.

Raſuræ Ungulæ Alcis,
Cornu Alcis,
Cervi, cum Cranio vicino,
Coralliorum rubrorum,
Viſci Qverni pulveriſati,
Seminis Pœoniæ, ana uncias duas.

Mixtis his omnibus exactè, ac retortæ vitreæ ſatis capaci optimè lutatæ inditis, affunde Spiritûs Vini rectificati, qvantùm ſufficit, libras circiter tres aut qvatuor, tum igne aperto, aut balnei ſicci, qvod tutiùs, gradatim adhibito ac ſùcceſſivè aucto, ad candeſcentiam usqve retortæ omnimodam, Spiritus omnes elice. Spiritum egreſſum ex arenâ rectifica, eiqve adde:

Salis Pœoniæ,
Rutæ,
Succini volatilis, ana drachmam unam.

Digerantur menſem integrum & circulentur, donec exactè uniantur.

SPIRITUS VITRIOLI PHILOSOPHICUS.

Rec. Aqvam à præcipitatione & edulcoratione Mercurii Vitæ redundantem, bibulâ colatam infunde retortæ vitreæ, ac balnei ſicci calore leniſſimo primùm phlegma omne ſuperfluum evapora, donec guſtu percepperis Spiritum ſatis acrem lingvam tentantem, tunc admoto ac adaptato recipiente & lutatis juncturis, igne pedetentim aucto omnem Spiritum ad ſiccitatem usqve evoca.

SPIRITUS VITRIOLI SIMPLEX.

E calcinati ad albedinem usqve Vitrioli qvantitate ſufficienti, è retortâ vitreâ optimè lutatâ, recipiente capaciſſimo munitâ, cui tertia fortè pars, ponderis Vitrioli ad hoc opus aſſumti, inſit aqvæ ſimplicis, commiſſuris exactiſſimè clauſis, igne aperto, primùm leni, phlegmatis parum deſtilla, tum aucto gradatim ac ſucceſſivè igne urge, ac ad candorem usqve retortæ ſummum perge, qvo intenſiſſimo ignis gradu continua dies noctesqve, donec omnes nebulæ, ſimulqve Spiritus ceſſent. Tum recipientem, candente adhuc retortâ, cautè ſepara, ocyſſime obtura, Spiritus prolectos in Maris balneo dephlegma, tandem è retortâ vitreâ ex arenâ aut balneo ſicco rectifica.

Caput mortuum à deſtillatione reſiduum, ſolutum & elotum, præbet *Sal Vitrioli & Terram Vitrioli dulcem.*

SPIRITUS VITRIOLI TARTARISATUS.

℞. Vitrioli Ungarici, aut Salisburgenſis, vel Goslarienſis, libras duas,
Cryſtallorum Tartari, libram unam.

In pulverem redacta & exactè mixta, ac Spiritu Vini irrorata, atqve retortæ optimæ lutatæ indita, igne ſufficienti ſatisqve vehementi, in excipulum capaciſſimum, exactiſſimè lutatis juncturis, propelle, iterumqve ex arenâ rectifica.

SPIRITUS VITRIOLI VOLATILIS.

Rec. Vitriolum commune, ſolvendo, filtrando & coagulando depuratum, inde cucurbitæ humili terreæ, alembico & recipiente inſtructæ, atqve balneo phlegma, qvod Roris nomine venire ſolet, abſtrahe, qvo abſtracto, reliqvum arenæ impone ac igne moderato Spiritum ſubtiliſſimum elice, qvem volatilem vocant, qviqve hujus loci. Qvod reliqvum in cucurbitâ, Spiritui adhuc ſimplici Vitrioli, modo ſupra edocto, deſtillando ſufficit.

Paratur etiam alio modo *Spiritus Vitrioli volatilis*, ſive *dulcis*, ex Oleo Vitrioli & Spiritû Vini rectificatiſſimo, in modum aliorum Spiritûum acidorum dulcificatorum.

†. *Quod Chymici omnes illos Spiritus minerales acidos, cum optimo Spiritu ardente ita mitigatos, ut omnis eorum acor veluti dispareat,* dulces, *aut* dulcificatos *nuncupent, cuilibet notum est; quod verò rhetorica magis & tropica, quam verè physica & chymica sit illa locutio, vel exinde patet, quoniam, licet justâ quantitate & debitâ tractatione compositio talis ne vestigium quidem aciditatis præcedentis exhibeat, nequaquam tamen illum saporem acquirit, quem proprio & nihil ambiguo* dulcedinis *nomine consensus communis designare solet. Similis æquivocatio occurrit etiam circa prædictum* Spiritum Vitrioli volatilem, *quem quidam itidem* dulcem *vocant, cum tamen non solum cochlear argenteum tectâ suâ aciditate arrodere, sed insuper quoque argentum vivum aggredi, imo ipsum Aurum solutum ita tenuiter arripere soleat, ut ipsis ferreis lamellis instillatus, has deauret, teste Illustr.* STAHLIO, Experim. Observ. & Animadvers. Chymic. & Phys. p. 408. *qui non solum experimenti hujus, quod ab annis adhuc paucioribus pro novo in scenam prodiit, & certè theatrali rhetoricâ & phaleratâ personâ ludit, præparationem, cum variis utilissimis cautelis, l. c.* p. 104. & 106. *sed & Historiam de ejus elogiis* p. 410. *fusius descripsit, unde etiam colligere licet, quod toties decantata hactenus, pro insigni arcano venditata, & plerumque sub nomine* die Chur-Mayntzische Essenz *occultata quorundam Chymicorum Panacea, eadem prorsus cum hoc Spiritu Vitrioli volatili sit. Plura adhuc de ejus præparatione & virtutibus extant in Excell.* HOFFMANNI Observ. Physico-Chym. Lib. II. Obs. 13. *ubi sub Titulo* Olei Vitrioli dulcis *describitur, & in* DD. Norimbergens. Commerc. litterar. ad rei med. & scient. natur. increment. instituto, Specim. XLIX. Ann. 1731. p. 387.

## SUCCI EXPRESSI CONDENSATI ET FLUIDI.

Succos enumeratorum in catalogo vegetabilium secundùm artem exprimendi, depurandi, sicqve vel fluidos conservandi, vel sine corruptione aut



empyreumate ad justam ac servabilem consistentiam inspissandi negotium, cum ad artem & encheiresin Pharmaceuticam præcipuè spectet, eamqve reqvirat, Pharmacopœorum dexteritati meritò relinqvimus.

## SULPHUR AURATUM ANTIMONII FIXUM DIAPHORETICUM.

Rec. Scorias Reguli Antimonii Martialis, sub hoc titulo supra descripti, primæ fusionis: Pulverisentur refrigeratæ, aut qvod meliùs, exponantur aëri libero mox à fusione, loco à pulvere & pluviâ semoto, diem unum aut alterum, donec in pulverem nigrum satiscant. Hunc pulverem in vitrum capax impone, ac ex eo, affusâ aqvâ sufficiente simplici fontanâ aut pluviâ, fac lixivium, pulverem aliqvoties bacillo subruendo, donec Sulphur Sali combinatum, successivâ affusione & effusione aqvæ, omne sit extractum. Extractiones omnes confusæ stent horas viginti qvatuor immotæ, posteà per chartam emporeticam trajiciantur. Filtrato huic lixivio in vitro, aut ollâ mundâ debitè vitreatâ, cochleatim infunde Tartari albi purissimi, in aqvâ fervidâ & probè filtratâ, factam solutionem, qvâ successivè copiâ satis magnâ affusâ, præcipitabitur Sulphuris Antimonii initio rubri & saturati coloris, mox magis aurei, tandemqve citrini & pallidioris; omne sic præcipitatum Sulphur, præsertim primæ præcipitationis, à supernatante aqvâ separatum, in filtro restans pulveris formâ, solis aut alio moderato calore sicca, qvod sulphuream indolem prunæ injectum flammâ cæruleâ satis demonstrat. Siccatum in vitro aut ollâ priori purâ cum aqvâ calcis vivæ saturatâ & satis acri horas qvatuor continuas igne sufficienti strenuè coqve, absumtæ evaporando aqvæ recentis calcis aquam identidem reaffundendo, donec fixatum continuâ coctione Sulphur illud Antimonii fixum fundum sponte petat, nec ad

su-

## Succinum praeparatum

Succinum in subtilissimum teratur pulverem, atque addita aqua fontana super marmore, sicuti reliqua praeparata laevigetur.

Leniter adstringit et calefacit; ad capitis et uteri affectus, catarrhos et menses virtute commendatur.

Dos. ℈j. ad ℈j

## Sulphur Dⁿⁱ aurati.

Prima praecipitationis sulphur vim plenius emeticam, et hinc raro ejus usus est.

Secundae praecipitationis autem ad alios

Tertiae vero teretae aetati praeberi pl. insignes st. vires hoc sulphuris aurati ben praeparati ad contumaces et chronicas affectiones, praesertim quae ex stagnatione & corrupt ne Lymphae proveniunt; ad pertinaces nim rum glandularum rebelles tumores, ulcera veterata, alios cutaneos morbos interpo to decocto diluente et sanguinem depura ad asthma porro convulsivum, catarrhos suffocativos hemicraniam, febres inter mittentes pertinaces, scabiem malign quia et parva ex hac venerea incommo hoc pharmaco profligata esse celeberrim Hoffmannus pertibet

Augentur vires si cum exercitio dulc administratur, requisitus vero continuatu usus, etiam si primis diebus nauseam excita observatum sit, tn diebus subsequis nullam amplius stomacho molestiam facesst.

Dos. in tenera aetate gr. j. ij ad. iij
in adultioribus gr. vj. ad ℈ß

Suppositorium compositum u

℞. Specierum Hierae picrae ʒß
Salis Gemmae ℈j.
Mellis ad spissitudinem cocti ʒij
m. f. Suppositoria varicae magnitudinis

superficiem ulteriùs ascendat, qvod tum demùm à restante lixivio separatum in crucibulo forti tecto, igne satis valido ignito, per qvadrihorium integrum & continûum calcinandum ac reverberandum, & bacillo ferreo subinde cautè agitandum, qvò, si qvid illi adhuc Sulphuris phlogisti inhæreat, igniendo hâc ratione penitùs exhalet, relicto pulvere purpureo, omnem flammæ vim stupendâ fixitate eludente.

†. *Est equidem numerus illorum productorum, quæ* Sulphura fixa *à Chymicis vocantur, ferè indefinitus, uti egregiè hoc demonstravit Celeb. D. POTT in Dissertat. suâ inaugur.* de Sulphuribus Metallorum, *ubi insimul varios modos, eadem per varia menstrua & singulares operationes chymicas elaborandi, fusius adducit; ast, cum Chymici nondum inter se conveniant, quid propriè tam quoad essentiam, quam ipsas proprietates tale Sulphur fixum sit, nec non, utrum talis substantia mixtionem metallicam verè ingrediatur, insuper etiam verè demonstrare haud possint, quod ejus modi substantia ex Metallis per artem ab illis componentibus principiis separari queat: Imò, cum experimentis & rationibus abundè demonstrari possit, quod producta talia nihil aliud sint, quam particulæ minimæ totius substantiæ Metallorum istorum, diversimode per alias Sulphureas aut salinas combinatas alteratæ, coloratæ aut occultatæ, simul etiam indoles istorum cum concretis verè sulphureis minimè unquam conveniat; hinc meritò utique prius accuratius inquirendum & indagandum erit, utrum eadem titulo isto reverâ digna, an vero potius inter Non-entia chymica referenda sint. Interim hujus medicamenti usus internus, quando ad grana duo vel tria, cum Cinnabari nativâ, aut Mercurio dulci fixato, aliisve præcipitantibus, terreis ac nitrosis, &c. debito modo, inprimis cum convenientibus Infusis aut Decoctis aquosis adhibetur, securus ac præstantissimus esse dicitur, ipsumque hoc medicamentum à quamplurimis Chymicis inter polychresta ac generosa refertur, quippe quo speciatim multos morbos*



*chronicos, admodum rebelles ac obstirmatos, v. g. Luem veneream, Scorbutum, Scabiem, Arthritidem, Rhevmatismos, Cephalæam, Hemicraniam, Asthma convulsivum, Contracturam & ulcera antiqua, aliasqvè fœdas cutis impuritates, mitioribus reliquis medicamentis non ita obtemperantes, feliciter auferri posse & sæpius jam jam ablatas esse, audacter promittunt & asserunt.*

### SUPPOSITORIUM COMMUNE.

Ex Mellis, Vitelli & Salis, qvantùm sufficit, ut artis est, paratur, cum pulveris Aloës, Rutæ ac Cumini, anà qvantùm sufficit, pro re natâ acuendum.

### SYRUPUS ABSINTHII COMPOSITUS.

Rec. Absinthii Romani, libram semis,
Florum Rosarum rubrarum, uncias duas,
Spicæ Indicæ, drachmas tres.

Infundantur in Vini albi generosi libras duas, ac in cucurbitâ alembico cæco clausâ digerantur horis viginti qvatuor, tum vinum, virtutibus Specierum inprægnatum, cum expressione aliqvali coletur.

Colaturæ adde Succi Cydoniorum per residentiam depurati, libras duas,
Sacchari albissimi, libras tres cum semisse,

ac bulliendo sub alembico, tandemqve, ut artis, clarificando, in Syrupum justæ consistentiæ reduc.

### SYRUPUS FLORUM ACACIÆ.

Rec. Florum Acaciæ vulgaris, libras duas.

Infundantur in libris qvatuor aqvæ calentis, digerantur per noctem; Aqva à floribus leni expressione separa-

ta recentium Acaciæ florum, libris duabus rursus affundatur, digeratur ut ante & separetur, idqve tertiâ vice repetatur; Huic tandem aqvæ, leni expressione à floribus tertiâ vice separatæ, adde:

Sacchari albissimi, libras qvatuor.

post debitam, ex arte, clarificationem, Syrupum justæ consistentiæ confice.

### SYRUPUS ACETOSÆ EX SUCCO.

Rec. Succi Acetosæ recentis expressi & per residentiam depurati, libras tres,
Sacchari albi libras duas.
Coqvantur igne convenienti ad Syrupi consistentiam.

### SYRUPUS ACETOSELLÆ.

E succo Acetosellæ eodem, qvo præcedens de Acetosâ, modo paratur.

### SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

Rec. Succi Citri, aut Limonum potiùs recentis, sine expressione, per pannum rarum colati, libram unam semis.

Sacchari albissimi clarificati & ultrà tabulati consistentiam cocti, libras tres, unicâ super igne moderato ebullitione fiat Syrupus justæ consistentiæ.

### SYRUPUS AGRESTÆ.

E succo Uvarum, paulò ante maturitatem expresso & per residentiam depurato, fit, hujus libras tres
Sacchari albissimi libris duabus addendo & ad Syrupi consistentiam coqvendo.

### SYRUPUS ALTHÆÆ FERNELII.

℞. Radicum Althææ, uncias duas,
Asparagi,



Graminis,
Glycyrrhizæ, ana unciam semis,
Cymarum Althææ,
Adianthi utriûsqve,
Malvæ,
Parietariæ.
Pimpinellæ,
Plantaginis, ana manipulum unum,
Cicerum rubrorum, unciam unam,
Uvarum passarum exacinatarum, unciam semis,
Seminum qvatuor frigidorum majorum & minorum, ana drachmas tres.

Coqvantur in aqvæ fontanæ libris sex, ad casum tertiæ partis; Colaturæ libris qvatuor adde Sacchari albissimi libras totidem, ac coqvendo &, ut artis, clarificando, redigantur in Syrupum.

### SYRUPUS AQVILEGIÆ.

Paretur juxtà modum in Syrupo florum Acaciæ præscriptum, è floribus Aqvilegiæ.

### SYRUPUS DE ARTEMISIA COMPOSITUS.

℞. Artemisiæ, manipulos duos,
Betonicæ,
Buglossi,
Calaminthæ,
Chamædryos,
Centaurii minoris,
Dictamni Cretici,
Hyperici cum floribus,
Ivæ Artheticæ,
Majoranæ,
Matricariæ, cum floribus,
Melissophylli,
Origani,
Persicariæ,
Pulegii,
Rutæ,
Sabinæ, ana manipulum semis,
Radicum Apii,
Asparagi,
Calami aromatici,
Cyperi,

Radi-

Syrupus de Ammoniaco. Mist.

℞. ℥ Ammoniaci electi ʒij
Solve in Vini albi. ℥x.
Solutioni admisce Sacchari albi ad
consistentiam tabulati cocti ℥xvi.
Agitentur, ut ʒ dum refrigescant Syrupus
asservetur.

validissime incidit, detergit et purgat pulmones; eleganter confert inveteratis affectibus a crassa et lenta pituita ortis; in asthmate conferre perhibetur.

Dos. per se ℈ß. ℈vj. ad ʒj.

℞. Julapii rosati ℔ij vel ℥xij
addantur Essent. balsami Peruviani
m. servetur.

Est. stomachicus et vere balsamicus
prodest vulneratis, et ubicunq; sanie
icie ulceris interni est, sine no-
tabili tamen calore febrili; tussi-
et asthmaticis conducit.

Vide ʒiij

SY.

Radicum Enulæ,
Fœniculi,
Iridis,
Petroſelini,
Pimpinellæ,
Rubiæ,
Ruſci, ana unciam ſemis,
Baccarum Juniperi,
Seminis Aniſi,
Apii,
Nigellæ,
Petroſelini,
Cardamomi,
Caſſiæ ligneæ,
Coſti amari,
Macis, ana drachmas duas.

Pulveriſata omnia infundantur in aqvæ puræ libris qvinqve, ſtent diem & noctem in digeſtione caloris leniſſimi; in cucurbitâ aliqvâ minori obturatâ, remoto obturaculo alembicum impone, junctúras claude, ac aqvæ ſpirituoſioris libram forte ſemis excipe, reliqvum igne intenſiori coqve, ad duarum tertiarum conſumtionem; tum exprime, ac ovi albumine clarificatum, additis Sacchari albi libris duabus, ad tabulati ferè conſiſtentiam coqve, cui aqvam illam ſpirituoſiorem redde, & unicâ fortè ebullitione aut alterâ ad conſiſtentiam juſtam redige.

SYRUPUS AURANTIORUM CORTICUM.

℞. Corticum Aurantiorum extimorum recentium, libram ſemis,
Aqvæ Naphæ, libram unam.

Digere in cucurbitâ operculatâ optimè clausâ, ne qvid exhalet, horas viginti qvatuor, poſtea exprime ac cum Sacchari albiſſimi librâ unâ ſemis in eâdem cucurbitâ obturatâ ſolvendo tantùm, blando calore in Syrupi conſiſtentiam redige.

SYRUPUS BERBERUM.

℞. Succi Berberum recentis depurati,

SY.

Sacchari albiſſimi, ana libras duas,

Coqvantur ſecundùm artem in Syrupum.

SYRUPUS DE BETONICA.

℞. Succi recentis Betonicæ per reſidentiam depurati, libras duas,
Sacchari albi, libras duas.

Fiat coqvendo in Cucurbitâ opercuſatâ, poſt debitam clarificationem, juſtæ conſiſtentiæ Syrupus.

SYRUPUS BORRAGINIS.

Paretur è floribus, juxtà modum in Syrupo florum Acaciæ præſcriptum.

SYRUPUS DE BRYONIA.

℞. Succi radicum Bryoniæ, libram unam ſemis,
Mellis deſpumati, libram unam,
Sacchari albi, libram ſemis.

Coqvantur, lege artis, ad juſtam Syrupi conſiſtentiam.

SYRUPUS BUGLOSSÆ.

Perindè eâdem methodo è floribus paratur.

SYRUPUS BYZANTINUS COMPOSITUS.

Rec. Roſarum rubrarum, uncias duas,
Glycyrrhizæ raſæ, unciam ſemis,
Spicæ Indicæ, drachmas duas,
Seminis Aniſi,
Apii,
Fœniculi, ana drachmas tres.

Contuſis ac cucurbitæ vitreæ inditis affunde:

Succi expreſſi & depurati Apii,
Endiviæ, ana libras duas,
Bugloſſi,

SY.

Lupuli,
Aceti deſtillati, ana libram unam.

Coqvantur ſub Alembico, igne ſufficienti; Aqvæ primò exſtillantis libra una ſervetur ſeorſim. Reliqva abſtrahatur ad trium circiter librarum remanentiam. Qvæ exemta è cucurbitâ & expreſſa cum albumine ovi clarificetur, cui Sacchari puriſſimi libras qvatuor adde, ac ad conſiſtentiam tabulato ſpiſſiorem coqve, tumqve aqvæ primò abſtractæ libram redde, ſicqve ulteriori unâ alterâve ebullitione Syrupum juſtæ conſiſtentiæ ex arte paratum, ſerva.

SYRUPUS BYZANTINUS SIMPLEX.

℞. Succorum recentium & per reſidentiam depuratorum,
Apii,
Endiviæ, ana libras duas,
Bugloſſi,
Lupuli, ana libram unam,
Sacchari, libras qvatuor.

Coqve, deſpuma &, ut artis eſt, clarifica, ac ad inſtar Syrupi de Betonicâ, in Syrupum reduc.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS COMPOSITUS.

℞. Capillorum Veneris, uncias qvinqve,
Lingvæ Cervinæ, manipulum unum,
Malvæ, manipulum ſemis,
Radicum Aſparagi, unciam unam,
Glycyrrhizæ, uncias duas.

Macerentur libris tribus aqvæ fontanæ ſimplicis, & digerantur loco calido, per noctem. Mane coqvantur ad conſumtionem medietatis. Reſiduo expreſſo & ſecundùm artem clarificato, adde Sacchari albi puri libram unam ſemis, & ad juſtam Syrupi conſiſtentiam coqvendo reducatur.

SY.

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS SIMPLEX.

Eodem, qvo præcedens, modo, omiſſo ſolum ſpecierum reliqvarum additamento, parari poterit, ex unciis ſex Capillorum Veneris & Aqvæ libris tribus ad medietatem coctis, expreſſis & additâ Sacchari albi libra unâ ſemis, clarificatis ut artis, tandemqve ad debitam Syrupo conſiſtentiam coctis.

SYRUPUS CARDUI BENEDICTI.

E ſucco expreſſo & per reſidentiam depurato, cum Sacchari albi ana coqvendo, & ut artis clarificando, ut reliqvi è ſuccis herbarum, paratur.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

℞. Succi Ceraſorum acidorum per reſidentiam depurati, libras qvinqve,
Sacchari albiſſimi, libras tres.

Coqvantur igne moderato ad juſtam Syrupi conſiſtentiam.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM CUM FLORIBUS TUNICÆ.

℞. Succi Ceraſorum acidorum maturorum ritè deſpumati, libras undecim,
Succi florum Borraginis,
Bugloſſi, ana libram ſemis.

His bene mixtis infunde foliorum florum Tunicæ rubrorum plenorum, uncias duas, ſtentqve in infuſione bidûum, dein colentur ac leviter exprimantur, idqve novis aſſumtis floribus ter minimùm iteretur, poſteà cum Sacchari clarificati libris ſex, fiat lege artis Syrupus, ſub finem coctionis,

Pul-

Syrup. Capill. Ven. ist ein specifisch
viscerale, und thut sehr wohl in hypo-
condrischen Zufällen, bey dem Essen
ein paar Löffeln voll getrunken.
pro edulcoratione infusi Thee utuntur.

Syrupus ℈ Cichorio c. Rhabarbaro W.

℞. rd. Cichorii ℥iiß
coque in aquae fontanae ℔ ß ad remanentiam libras unius huic adde
Rhabarbar. minutim incisi ℥iij
Salis tartari gr. XX.
colliant lento igne, exprimantur, in expresso
dissolve sacchar. alb. ℥ XVj. clarificato et
colato syrupo adde
aquae Cinamm. spirituosae. ℥j.
misceatur.

bilem leniter subducit; pueris recens natis et infantibus ℈j. ad ℈ij ℥ij ad ℥ß. ad educendum meconium, et in formidis videy ortis motibus convulsivis, commode dat.

Syrupus Corticum Aurantiorum

℞. Corticum aurantiorum recent ℥j
vini albi generosi ℔j.
macerentur ℞ XXIV. horas in loco calido, bene obturato vase; postea vinum decant, filtret et cum
sacchari clarificati atq; ad consistentiam tabularum coct.
unciis octodecim permisceatur

f. Syrup.

ventriculum roborat, flatus dissipat, et virtute gaudet analeptica et carminativa exhibetur in potionibus

Syrupus Corticum Citri.

℞. Corticum citri recentium ℥iv
Granorum chermes ℈j
vini albi generosi ℔j
Macerentur loco calido vase bene tecto
℞. XXIV. horas; postea vinum decantetur
filtretur atque cum
sacchari clarificati, et ultra consistentiam tabularum coct. ℥ XVj.

f. Syrup.

Est cordialis. elegi pharmacus, carminativus ad febres epidemicas catarrhales malignas laudat. Addi m pl. potionibus

SY.

Pulveris Xylaloës,
Santali citrini, ana drachmis duabus,
Cinnamomi electi & acuti, drachmis tribus,

in petiâ subtili ligatis, aromatisandus.

SYRUPUS CICHORII EX SUCCO.

Fit adinstar aliorum Syruporum, è succo Cichorii per residentiam depurato, cum Sacchari albi puri ana, ebullitione unicâ & clarificatione.

SYRUPUS DE CICHORIO CUM RHABARBARO.

Rec. Endiviæ utriùsqve, hortensis & campestris, ana manipulos duos cum semisse,
Cichorii,
Taraxaci, ana manipulos duos,
Fumariæ,
Hepaticæ fontanæ,
Lactucæ domesticæ,
Lupuli summitatum,
Sonchi lævis, s. Cicerbitæ, ana manipulum unum,
Capillorum Veneris, uncias duas semis,
Adianthi albi, s. Rutæ murariæ,
Radicum Apii,
Asparagi,
Fœniculi, ana uncias duas,
Glycyrrhizæ,
Ceterach,
Cuscutæ,
Halicacabi, ana drachmas sex,
Hordei, uncias duas.

Coqvantur in sufficienti qvantitate aqvæ simplicis fontanæ, ad mediæ partis consumtionem. Colaturæ clarificatæ libris decem infunde,

Pulveris Rhabarbari electi, uncias octo,
Spicæ Indicæ, unciam semis.

SY.

Stent in infusione vase clauso diem & noctem, tum cum leni expressione cola, ac additis Sacchari albi ac puri libris decem, unicâ ebullitione ad justam Syrupi consistentiam redige.

SYRUPUS DE CINNAMOMO.

℞. Pulveris crassi Cinnamomi electi & acuti, uncias qvinqve;
Affunde in cucurbitâ vitreâ:
Aqvæ Cinnamomi cum vino destillatæ optimæ, libras duas,
Rosarum fragrantissimæ, uncias tres.

Digerantur vase optimè obturato, loco tepido bidûum. Tum colentur ac cum Sacchari albissimi clarificati, ac ad consistentiam tabulati & ultra cocti, libris duabus cum semisse, solâ dissolutione fiat justæ consistentiæ Syrupus.

SYRUPUS CITRI CORTICUM.

℞. Corticum Citri aut Limonum recentium, extimorum, minutim concisorum, libram semis,
Granorum Kermes, drachmas duas.

Infunde in Vini albi Rhenani generosi, librâ unâ, stent in infusione, vase exactè clauso, horas viginti qvatuor, colato cum aliqvali expressione vino, adde Sacchari clarificati & ultra tabulati consistentiam cocti, libram unam, fiat, leniissimo calore ac sine peculiari ebullitione, Syrupus justæ consistentiæ, cujus medietati, si lubet, pro iis qvi odoris delectantur, Moschi, tantillo vini illius citrati distemperati, etiam Ambræ grana tria adde.

SY.

SYRUPUS è CITRO TOTO.

Rec. Pulpæ Citri benè maturi & ſuccu-
lenti, libram unam,
Aqvæ ex ſucco pomorum redolen-
tium,
Acetoſæ deſtillatæ,
ana libras duas,
Radicum Scorzoneræ, uncias duas,
Contrayervæ, unciam ſe-
mis,
Seminis Carduibenedicti, drachmas
duas,
Spiritûs Vitrioli rectificati, drachmas
duas,
Foliorum Scordii Cretici, pugillos
duos.

Trita, affuſis liqvoribus, digerantur octidûum, vaſe vitreo benè clauſo, decantentur & depurentur per reſidentiam; in colaturâ infunde Florum Citri vel Aurantiorum, qvantùm lubet, & additâ dimidiâ Sacchari parte, leni igne ad Syrupi liqvidioris conſiſtentiam in alembico vitreo exhaletur.

*Nota: Syrupus hic, ex intentione D. Prævotii Febribus malignis præcipuè dicatus, hactenus uſualis hic fuiſſe fertur; Ob additionem verò Radicum Contrayervæ, foliorum Scordii Cretici, ſeminis Carduibenedicti, ſaporis paulò ingratioris fit, illis omiſſis acceptior, ac uſus magis polychreſti foret.*

## Breviori modo etiam

SYRUPUS è TOTO CITRO PARARI POTEST SEQVENTI RATIONE.

Rec. Sacchari albi, libras tres,
Succi Citri recentis, libras duas.

Fiat lege artis Syrupus, ultimo adde:

Flavedinem trium malorum citreo-
rum,
Aqvæ Florum aurantiorum, drá-
chmas duas.

Colatura ſervetur uſui.

SY.

SYRUPUS DE TOTO CITRO ESSENTIFICATUS.

Rec. Malorum Citreorum, qvantùm ſufficit; Decortica qvàm potes ſubtiliſſimè flavedinem eorum, hanc cucurbitæ plani fundi immitte, reſidûum corticem album à medullâ curiosè ſepara, hanc linteo mundo capaci exceptam ſufficienter exprime, Seminum omnium granula ab utroqve cortice exteriori ſedulò liberata, in mortario lapideo exactè contuſa ac in maſſam qvaſi redacta, flavedini, in cucurbitâ contentæ, hisqve ſuccum expreſſum affundendo junge, digere leni calore qvatridûum, à digeſtis calore balnei Maris phlegma paulatim abſtrahe, donec in mellagineam redacta ſint conſiſtentiam. Hinc qvod in cucurbitâ ſupereſt, abſtractum illud ſuaveolens phlegma reſtitue, illiqve hâc ratione cum colore eſſentiam omnem ac virtutem extrahe, qvod ternâ reaffuſione obtinebis. Separato tunc bibulæ adminiculo omni à fæcibus liqvore, remanens in filtro reſidûum in arenâ ab omni humiditate cautè libera, & blando calore exſiccatum, in cineres calcinando reduc; è qvibus ſalem, cum phlegmate ultimâ extractione obtento, elixivia, & purificatum Tincturæ ſuæ redde, qvæ tridûo aut qvatridûo leni digeſtionis calore illum ſolvet & imbibet. Qvo facto, à duobus aut pluribus malis Citriis recentibus Saccharo Canarienſi puriſſimo flavedinem omnem ſolicitè deterendo abrade, ac liqvori ſupradicto Sale ſuo imprægnato atqve phiolæ idoneæ infuſo, Saccharum hoc flavedini miſtum ſuperadde, pratereàqve ſi ſucci illius fuerint libræ qvinqve, Sacchari candidi ſubtiliſſimè pulveriſati libras tres junge, ac octidûum calore blando digere, ſic Syrupum habebis, odore & ſapore gratiſſimum. Qvod ſi mox initio flavedini decorticatæ florum Citri recentium partem proportionatam, priùs conqvaſſatam, addidiſ-

ſes,

ſes, ſimulqve cum ſucco, uti dictum, digeſſiſſes, ſvaviorem adhuc & efficaciorem nactus fuiſſes in febribus omnibus ardentibus, etiam maligniſſimis, longè gratiſſimum.

Eodem procedendi modo parari etiam Syrupus de Aurantiis malis totis eſſentificatus poſſet, ſapore autem præcedentem haud æqvans.

### SYRUPUS COCHLEARIÆ.

Succo Cochleariæ recens expreſſo, ac per reſidentiam, in vaſe optimè clauſo, clarificato, tantundem Sacchari puriſſimi adde, atqve in cucurbitâ, impoſito alembico & adaptato recipiente, junctūrisqve benè clauſis, aliqvantiſper, donec conſiſtentiam Syrupo ſpiſſiorem acqvirat, igne moderato coqve, cui Spiritum interea prolectum tandem redde, ad juſtam usqve Syrupi durabilis conſiſtentiam.

### SYRUPUS CORALLIORUM.

℞. Coralliorum rubicundiſſimorum groſſè contuſorum, libram ſemis.

Extrahe eſſentiam tridūanâ digeſtione balnei, cum ſucco Berberum, poſt lenem ebullitionem per pannum colato & ad aliqvalem eminentiam affuſo. Extractum per inclinationem effunde, & recentem ſuccum reaffunde, digere, decanta, idqve tertiò aut qvartò repete, donec Corallia ferè ſoluta & conſumta. Extractiones omnes confunde, ac tantundem ponderis Sacchari albiſſimi adde, atqve leni ebullitione aut evaporatione ſaltem Syrupum para, probæ & durabilis conſiſtentiæ.

### SYRUPUS CYDONIORUM.

Rec. Succi Cydoniorum acidorum dedurati & clarificati, libras tres,
Sacchari albi puriſſimi, libras duas.
Fiat coqvendo lege artis Syrupus.



### SYRUPUS DIACODII MONTANI.

Rec. Capitum Papaveris albi cum ſeminibus, numero viginti,
Siliqvarum dulcium, uncias tres,
Glycyrrhizæ raſæ, uncias duas.

Eximantur Siliqvis grana, & cum aqvæ fontanæ libris decem coqvantur, ad qvartæ circiter partis remanentiam, reſidūum coletur cum expreſſione; Colaturæ libris duabus cum ſemiſſe adde:

Sacchari Candi rubri, libras duas;

Coqvantur ad conſiſtentiam Syrupi inſtar mellis ſpiſſi.

### SYRUPI DIASEREOS ANDERNACI.

℞. Radicum Polypodii Qverni, unciam unam,
Glycyrrhizæ raſæ, drachmas ſex,
Apii,
Aſparagi,
Fœniculi, ana unciam ſemis,
Herbarum Adianthi albi,
Agrimoniæ,
Capillorum Veneris,
Ceterach,
Fumariæ,
Lupuli, ana manipulum ſemis,
Cichorii,
Endiviæ, ana manipulos tres,
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Violarum, ana pugillum unum,
Seminis Carthami, unciam unam ſemis,
Seminum qvatuor frigidorum majorum, non rancidorum, ana drachmas duas,
Hordei integri, pugillos duos,

SY.

Prunorum Damaſcenorum, numero viginti,
Myrobalanorum Chebularum,
Citrinarum, ana unciam ſemis,
Agarici recens trochiſcati, unciam unam,
Foliorum Senæ à ſtipitibus repurgatorum, unciam unam ſemis,
Rhabarbari electi, uncias duas ſemis,
Cinnamomi,
Zinziberis, ana drachmam unam.

Coqvantur in ſufficienti aqvâ ad remanentiam librarum trium, colaturæ expreſſæ adde Sacchari albi libras duas. Clarificetur, ut artis eſt, ac coqvatur ad conſiſtentiam Syrupo debitam, cui tandem adde Syrupi Roſarum ſolutivi, uncias tres.

SYRUPUS EMETICUS.

℞. Vitri Antimonii hyacinthini ſubtiliſſimè triti, drachmas duas,
Vini albi generoſi, libras duas.

Stent in infuſione & digeſtione lenis caloris tridûum. Colaturæ per chartam bibulam duplicatam factæ, adde Sacchari albiſſimi libras duas, ac ſolâ diſſolutione & aliqvali evaporatione fiat Syrupus conſiſtentiæ durabilis.

SYRUPUS DE ERYSIMO LOBELII.

Rec. Eryſimi totiùs, recentis, conqvaſſati, manipulos ſex,
Radicum Enulæ,
Farfaræ ſucculentarum,
Glycyrrhizæ raſæ, ana uncias duas,
Herbarum Borraginis,
Capillorum Veneris,
Cichorii, ana manipulum unum ſemis,
Florum Cordialium,
Anthos,
Betonicæ, ana manipulum ſemis,

SY.

Seminis Aniſi, drachmas ſex,
Paſſularum mundatarum, uncias duas,
Coqvantur inciſa & contuſa in
Aqvæ Hordei &
Hydromelitis, ana libris qvatuor,
Succi Eryſimi, librâ ſemis,

ad remanentiam tertiæ circiter partis. Colaturæ expreſſæ adde Sacchari albi & puri, libras duas. Clarifica, ut artis eſt, & in debitæ conſiſtentiæ Syrupum coqve.

SYRUPUS DE FARFARA.

E ſucco Tuſſilaginis depurato fiat, juxta legem cæterorum ê ſucco parabilium, veluti Acetoſæ.

SYRUPUS FLORUM PERSICORUM.

Trinâ florum horum infuſione & expreſſione paretur, adinſtar Syrupi florum Acaciæ.

SYRUPUS FRAGORUM.

Eôdem modo, qvo Syrupus Ceraſorum acidorum, è ſucci fragorum depurati libris qvatuor, & Sacchari albiſſimi libris totidem, ſecundûm artem clarificatis, fiat.

SYRUPUS DE FUMARIA.

E ſucco Fumariæ eodem paretur modo, qvo Syrupus de Betonicâ.

SYRUPUS DE GLYCYRRHIZA.

Rec. Radicum Glycyrrhizæ, uncias duas,
Capillorum Veneris, unciam unam,
Foliorum Hyſſopi, unciam ſemis.

Conciſa in aqvæ ferventis libris qvatuor infunde, ac horas viginti qvatuor digere, tum ad medietatis circiter conſum-

sumtionem coqve, colaturam expressam additâ mellis despumati, ac Sacchari albi, ana libra unâ, clarificatam ex arte, ad Syrupi spissioris & tabulati ferè consistentiam ulteriùs percoqve, cui tandem additis sub finem aqvæ rosarum fragrantis, unciis sex, justam Syrupi consistentiam concilia.

### SYRUPUS GRANATORUM.

Paretur juxtà modum aliorum Syruporum, è Succis acidis, Berberum nimirum, aut similium, parandorum.

### SYRUPUS HEDERÆ TERRESTRIS.

Eâdem methodo fit, qvâ aliarum herbarum, è Succis.

### SYRUPUS HYSSOPI.

Rec. Hyssopi, in umbrâ mediocriter siccati,
Radicum Apii,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ,
Petroselini, ana drachmas decem,
Capillorum Veneris, drachmas sex,
Seminis Cydoniorum,
Malvæ,
Tragacanthi, ana drachmas tres,
Hordei mundati, unciam semis,
Cibebarum exacinatarum, unciam unam semis,
Dactylorum,
Ficûum pinguium, ana numero decem,
Jujubarum,
Sebesten, ana numero triginta.

Coqvantur in Aqvæ fontanæ libris octo, ad tertiæ partis remanentiam; Colaturæ expressæ &, ut artis, clarificatæ, adde Sacchari albi, aut Candi, libras duas cum semisse, ac unâ alteràve ebullitione fiat ex arte Syrupus.

### SYRUPUS JUJUBINUS.

Rec. Jujubarum, numero sexaginta,



Capillorum Veneris,
Hordei mundati,
Radicum Glycyrrhizæ, ana unciam unam,
Florum Violarum,
Seminis Malvæ, ana drachmas qvinqve,
Cydoniorum,
Lactucæ,
Melonum,
Papaveris albi,
Gummi Tragacanthi albi, ana drachmas tres.

Coqvantur in Aqvæ fontanæ libris octo, ad consumtionem duarum tertiarum. Colaturæ cum aliqvali expressione factæ adde:

Sacchari albi, aut Candi alterutriûs, libras duas.

Clarificata ex arte ad debitam consistentiam coqvendo redige.

### SYRUPUS LENITIVUS DE TRIBUS.

Syrupus hic viginti & uniûs ingredientium, minus commodè de tribus, ob ternam foliorum Sennæ infusionem dictus, cum Dominorum Augustanorum sit, juxta modum ab iis præscriptum paretur.

### SYRUPUS DE MANNA SOLUTIVUS.

Rec. Radicum Polypodii Qverni,
Passularum minorum, ana drachmas sex,
Foliorum Sennæ electæ, uncias duas,
Florum qvatuor cordialium, ana pugillum unum,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana drachmam unam,
Macis,
Galangæ, ana drachmam semis,
Zinziberis, scrupulos duos,
Specierum decocti Florum & fructûum, unciam unam.
Coqvantur in qvantitate sufficiente aqvæ simplicis purissimæ;

SY.

Colaturæ ſufficienter coctæ, libræ uni adde:

Mannæ Calabrinæ, qvam poteſt haberi recentis, uncias tres,

Sacchari, unciam unam.

Fiat lege artis Syrupus.

SYRUPUS MASTICHINUS.

Rec. Maſtiches electæ, uncias duas,

Coqvantur in ſufficienti qvantitate aqvæ Maſtichinæ ſuprà edoctæ, qvibus colatis adde Sacchari albi, libram unam,

Aqvæ Menthæ, unciam unam.

Coqvantur lege artis ad juſtam Syrupi conſiſtentiam.

SYRUPUS MELISSÆ.

E ſucci Meliſſæ Citrariæ, per reſidentiam depurati, & Sacchari albi, ana libris tribus, poſt lenem ebullitionem, clarificando, ut artis, modo reliqvorum è ſucco parabilium Syruporum, fit.

SYRUPUS DE MENTHA.

Eôdem fit modo è ſucco Menthæ criſpæ.

SYRUPUS MYRTILLORUM.

E ſucco baccarum Myrtilli noſtratis, reliqvorum è ſucco Syruporum, Berberum nimirum, inſtar paratur.

SYRUPUS MYRTINUS COMPOSITUS.

Rec. Baccarum Myrti, uncias duas cum ſemiſſe,

Berberum,

Balauſtiorum,

Roſarum rubrarum,

Sumach,

Santali albi,

rubri, ana uncias duas,

Meſpilorum maturorum, nondum vietorum, uncias ſex,

Succi Cydoniorum,

Pomorum agreſtium, ana libram ſemis,

Aqvæ fontanæ, libras octo.

SY.

Coqvantur ad caſum duarum ferè tertiarum, in colaturâ expreſſâ & clarificatâ, ſolve Sacchari puri libras tres, & levi ebullitione fiat lege artis Syrupus.

SYRUPUS DE NICOTIANA.

℞. Succi Nicotianæ, libras qvatuor,

Hydromellis ſimplicis, libram unam,

Oxymellis ſimplicis, uncias qvatuor.

Digere in balneo Maris, ut defæcetur, hinc decanta, rurſùs digere, donec ab omni fæculentiâ ſit depuratus ſuccus; huic adde Sacchari albi, libras tres, clarifica, ut artis, & coqve ad Syrupi durabilis conſiſtentiam.

SYRUPUS NUCISTÆ.

Rec. Nucum Moſchatæ electarum, uncias tres,

Macerentur conciſæ vini Malvatici, aut ſaltem Hiſpanici generoſi, libra unâ cum ſemiſſe.

Vaſe optimè clauſo digerantur tres dies & noctes, cum levi ſeqvente decoctione; Colaturæ addantur Sacchari albiſſimi, unciæ duodecim, aut libra potiùs una cum ſemiſſe.

Leniſſimâ coctione, in vaſe vitreo clauſo, ad Syrupi conſiſtentiam exhaletur, ſub finem Olei ſtillatitii Nuciſtæ, guttis octo aromatiſetur.

SYRUPUS NYMPHÆÆ.

Rec. Florum Nymphææ albæ, libras duas.

Infunde in Aqvæ Nymphææ, aut ſaltem fontanæ ferventis, libris qvatuor, ſtent in digeſtione caloris balnei horas viginti qvatuor, tum exprimantur valide, expreſſum recentibus reaffundatur floribus, digeratur, exprimatur, idqve tertiâ vice repetatur; Expreſſioni poſtre-

Syrup mororum.

℞. Succi mororum matarorum ℥xx.

℞ albissimi ℥xxxii

f. syrupus.

ita in paratur. Syrup. Myrtillorum

ſtremæ addantur Sacchari, libræ totidem, qvot ſucci ſunt, ac clarificando & ebulliendo, ut artis, fiat Syrupus.

### SYRUPUS PAPAVERIS ALBI.

Rec. Capitum Papaveris albi recentium, cum ſeminibus, libram unam ſemis.

Coqvantur in libris ſeptem aqvæ pluviæ puriſſimæ, ad remanentiam librarum duarum. Qvibus colatis & expreſſis adde Sacchari albi, libram unam cum ſemiſſe, coqve, clarifica, ut artis, & ad conſiſtentiam Syrupo convenientem reduc.

### SYRUPUS DE PAPAVERE COMPOSITUS.

Rec. Capitum utriùsqve Papaveris recentium, cum ſemine, uncias ſeptem,
Capillorum Veneris, unciam unam cum ſemiſſe,
Glycyrrhizæ raſæ, drachmas ſex,
Jujubarum, numero triginta,
Seminis Lactucæ, uncias qvinqve,
Cydoniorum,
Malvæ, ana drachmas ſex.

Coqvantur in aqvæ fontanæ libris ſeptem, ultrà dimidii evaporationem. Colaturæ expreſſæ, & debitè clarificatæ, adde Sacchari Candi albi, libras tres, fiat coqvendo lege artis Syrupus durabilis.

### SYRUPUS PAPAVERIS ERRATICI FLORUM.

Paretur trinâ florum infuſione ad inſtar Syrupi florum Acaciæ.

### SYRUPUS PASSULARUM LAXATIVUS.

Rec. Paſſularum minorum, libras duas,
Coqvantur cum aqvæ fontanæ ſimplicis, ſufficienti qvantitate;
Colaturæ leniter expreſſæ recipe libras tres, qvibus adde:
Foliorum Sennæ Alexandrinæ, uncias duas cum ſemiſſe,



Seminis Aniſi mundati, unciam ſemis,
Cinnamomi acuti, drachmas duas.
Digere aliqvantiſper, tum cola, huic colaturæ adde:
Sacchari albiſſimi, libram unam,
Mannæ Calabrinæ, qvam haberi poteſt, recentis, libram ſemis.

Coqvantur lege artis adjuſtam Syrupi conſiſtentiam.

### SYRUPUS PŒONIÆ FLORUM.

Eâdem normâ, qvâ Papaveris erratici, trinâ nimirum infuſione, fiat.

### SYRUPUS POMORUM.

E ſuccis Pomorum acidorum & dulcium, ana libris qvinqve,

ad dimidias coctis, deſpumatis, & per reſidentiam depuratis, cum libris qvatuor Sacchari albiſſimi, ebulliendo & clarificando, ſecundùm artem, fiat Syrupus commodæ conſiſtentiæ.

### SYRUPUS DE PORTULACA COMPOSITUS.

Rec. Seminis Portulacæ triti, libram ſemis,
Succi Endiviæ depurati, libras duas,
Granatorum acidorum, uncias novem.

Infuſum cum Succis ſemen macera horas viginti qvatuor, poſteà igne leni coqve ad conſumtionem mediæ partis, in colaturæ librâ unâ cum ſemiſſe ſolve Sacchari tantundem, ac unicâ ebullitione & clarificatione ex arte Syrupum confice durabilem.

### SYRUPUS DE PULSATILLA.

E floribus Pulſatillæ, ad modum florum Acaciæ, paratur.

SY.

SYRUPUS DE DUABUS RADICIBUS.

℞. Radicum Petroſelini,
Fœniculi, ana uncias qvatuor,
Aqvæ, libras qvatuor.

Coqvantur ad conſumtionem medietatis; Colaturæ expreſſæ adde Sacchari albiſſimi, libras duas. Clarifica ex arte, ac ebulliendo Syrupum para juſtæ conſiſtentiæ.

SYRUPUS DE QVINQVE RADICIBUS APERIENTIBUS.

℞. Radicum Apii,
Aſparagi,
Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci, ana uncias duas,
Aqvæ fontanæ, libras qvinqve,
Aceti Vini albi, uncias octo.

Coqvantur ad conſumtionem tertiæ circiter partis; Colaturæ expreſſæ adde Sacchari, libras tres. Clarificando ex arte & coqvendo fiat Syrupus.

SYRUPUS RIBIUM.

E ſucco expreſſo depurato fiat ad inſtar Syrupi Berberum.

SYRUPUS ROSARUM EX INFUSIONE.

Paretur trinâ Roſarum rubrarum in ſufficienti qvantitate aqvæ ferventis infuſione, digeſtione per horas viginti qvatuor, & colaturâ cum expreſſione aliqvali; Cui factæ ad ſingulas expreſſi liqvoris libras, libram Sacchari addendo, clarificando & unicâ fortè ebullitione ad conſiſtentiam Syrupo congruam, artis lege, redigendo.

SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

Eâdem, qvâ præcedens, ratione, ad

SY.

libram unam florum, libras tres aqvæ ferventis addendo, digerendo & exprimendo, ac infuſionem cum digeſtione & expreſſione ter, additis ſemper novis floribus ſiccis, repetendo, fiat cum ſ. q. Sacchari, ut artis eſt, Syrupus.

SYRUPUS ROSARUM SOLUTIVUS, SEU EX INFUSIONE MULTIPLICI, AUREUS SIC DICTUS.

Juxta veterem procedendi modum è Roſis Damaſcenis paratur ad inſtar Syrupi Roſarum rubrarum ex infuſione.

*Nota: Poterit tamen tam hic, quàm ille, cum inſigni laboris compendio, è libris ſex circiter foliorum recentium contuſis, ac in aqua limpidiſſimæ ferventis libris tribus per horas viginti quatuor infuſis, ac digeſtis, poſteàque expreſſis & albumine ovi, ut artis eſt, clarificatis, additâ Sacchari libra unâ cum ſemiſſe, aut etiam duabus, ſub alembico, recipiente munito, in cucurbitâ vitreâ balnei calore, pro recuperandâ aquâ odoratâ, ad Syrupi convenientem conſiſtentiam coqui.*

SYRUPUS RUBI IDÆI.

Ad normam Syrupi Berberum, ex ſucci depurati & Sacchari clarificati partibus æqvalibus, paretur.

SYRUPUS SCELOTYRBICUS FORESTI.

E ſucci Cochleariæ & Beccabungæ recens expreſſi & per reſidentiam in vaſe probè obturato depurati, æqvali proportione commixti, cum Sacchari, ad conſiſtentiam tabulati cocti ana, unicâ ebullitione ſub alembico factâ, ad juſtam conſiſtentiam redigatur.

SYRUPUS DE SCORDIO.

Fit, ad inſtar Syrupi de Betonicâ, ex ſucco Scordii.

SYRUPUS DE SCORDIO COMPOSITUS.

℞. Florum Borraginis,

Citri,

Syrupus de Rhabarbaro Decolati

℔. Rhabar. veri. foliorum Sennae à ℥iß
cinamom. ℥iß Salis ℈i. ℈ij Zinziber ℈
infunde incisa in

aquae Cichorii ℥x. rosarum. ℥iv.
stent in digestione ℔ triduum in loco cal
donec unica ebullitione facta exprima

in colaturae, albumine ovi clarifica
unciis novem. dissolve
Saccheri albi unciàs sedecim
fiat Syrupus.

alvum leniter subducit, bilem evac
et praecipue recens natis ad educ
dum meconium utiliter datur.

Dos. teneris ℥ß. ad ℥ij ad. ℥i. adultioribus
℥i.

Pectoricum Willisii

℞. epatis sulphuris ℥ß. Solve in
aqua fontanae et
foeniculi. à ℥iv℈ß
de Sacchari albi. ℥ xvj.
unica ebullitione coquatur in Syrupum
qui per pannum colatus servetur.

Laudatur a celeberrimo autore ad asth-
ma tussim, phthisin
Dos. ℥ß. ad ℥j.

Syrupus Violarum Nicol.

℞. fl. violarum recent. mundatorum ℔ij
contundantur in mortario lapideo et super
affundantur, in vase figulino optime vitre-
ato aquae fontanae ferventis ℥viii
post digestionem, ℞ aliquot horas, expri-
mantur et colentur
℞. succi hujus colati ℥xx. adde
Sacchari alb. Caniens. ℥xxx
teni et unica ebullione, in Aeneo vel fi-
ulino vase facta, fiat Syrupus, qui per
annum colatus, servetur.
tenera aetati potissimum dicatur, ad aph-
thas, pectoris infarctus, ardorem urinae
et calorem praeter naturam temperandum
commendatur. Cum aqua cerasorum ple
rumq commendatr, vel cum ℔ß Amygdalarum

SY.

Citri,
Nymphææ,
Roſarum, ana drachmas qvinqve,
Foliorum Acetoſæ,
Borraginis,
Pimpinellæ,
Sonchi, ana pugillos qvinqve.
Coqve in aqvæ Hordei libris duabus, ad mediæ partis conſumtionem;
Colaturæ expreſſæ libræ uni adde:
Succi Scordii recens expreſſi & depurati, libras tres,
Sacchari albi, totidem.
Coqve ex arte, clarificato ſub finem addendo:
Camphoræ, ſcrupulum ſemis,
ad exactam Syrupi conſiſtentiam.

SYRUPUS DE STOECHADE.

Rec. Florum Stœchadis, uncias qvatuor,
Rorismarini, unciam ſemis,
Calaminthæ,
Origani,
Thymi, ana drachmas decem,
Betonicæ,
Salviæ, ana unciam ſemis,
Seminis Aniſi, drachmas ſeptem,
Pœoniæ, drachmas tres,
Calami aromatici,
Cinnamomi,
Zingiberis, ana drachmas duas.

Infunde aqvæ libris ſeptem, in cucurbitâ alembico & recipiente inſtructâ, ſtet in digeſtione horas viginti qvatuor, tum auctiori igne deſtilla partem ſpirituoſiorem, ad libram circiter unam, qvâ ſeparatâ, alembico remoto, coqvatur reſidûum ad conſumtionem medietatis; Qvod tandem exemtum cum expreſſione coletur, & additis Sacchari puri libris qvatuor, clarificetur, ut artis, ac coqvatur ad ſpiſſam tabulati conſiſtentiam, cui aqvæ ſpirituoſæ primùm ſubtractæ libra addatur, ac ſolvendo ſolùm in Syrupum probæ & durabilis conſiſtentiæ redigatur.

SY.

SYRUPUS DE SYMPHYTO FERNELII.

℞. Summitatum ac Radicum Symphyti majoris, manipulos ſex,
Roſarum rubrarum,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana manipulos duos.

Conqvaſſatis & contuſis omnibus exprime ſuccum omnem, qvem clarificatum coqve ad remanentiam trium librarum, qvibus adde libras, Sacchari albi & puriſſimi, duas cum ſemiſſe, ac bulliendo congruam Syrupo conſiſtentiam concilia.

SYRUPUS TUNICÆ FLORUM.

Juxta methodum aliorum, è Floribus, Syruporum, ut Acaciæ, Roſarum, &c. paratur.

SYRUPUS VERONICÆ.

Ex ſucco expreſſo, ad exemplar Syrupi de Betonicâ, fiat.

SYRUPUS VIOLARUM SOLUTIVUS.

Perinde, uti Roſarum ſolutivus, paratur, è Succo Violarum recentium eo, qvi illic docetur, modo expreſſo, & convenienti Sacchari qvantitate additâ. Alii

SYRUPUM VIOLARUM SOLUTIVUM, hâc ratione parant:

℞. Florum Violarum purpurearum recentium, uncias duodecim,

TA.

Foliorum Sennæ Alexandrinæ electæ, uncias sex.

Infundantur Aqvæ communis ferventis qvantitate sufficienti, stent in digestione horas viginti qvatuor, tum colentur cum aliqvali expressione, Colatura recenti Violarum qvantitati eidem denuò affundatur, digeratur, decantetur ac coletur, idqve tertiâ vice iteretur, tandem additis colaturæ libris sex, totidem Sacchari Canarienſis libris, unicâ ebullitione in Syrupi justam consistentiam reducatur, sicqve ex arte Syrupus fiat Violarum verè solutivus.

TAMARINDORUM PULPA.

E Tamarandis, pauxillo aqvæ subinde irroratis, per setaceum convexâ cochlearis parte agitando trajectis, uti vel tyronibus Pharmaceuticis notum, conſit.

TARTARUS CHALYBEATUS.

℞. Crystallorum Tartari, uncias qvatuor, solve aqvâ calidâ, solutioni adde Vitrioli Martis, drachmam semis,

digere forti calore, filtra, & per evaporationem in fundo collige crystallos Tartari martialis.

TARTARI CREMOR, vide CREMOR TARTARI.

TARTARI CRYSTALLI, vide CRYSTALLI TARTARI.

TARTARUS EMETICUS.

℞. Crystallorum Tartari supra edoctorum, Vitri Antimonii (cujus parandi modum supra qvoqve vide,) in pollinem subtilem terendo redacti, aut Croci Metallorum, ana unciam unam.

Infunde in uncias sex aqvæ pluviæ, aut fluvialis limpidissimæ, stent in digestione caloris leniſſimi per biduum; posteà ebulliant, ut Tartarus solvatur, tum ferventem adhuc ocyus per chartam emporeticam trajice, ac leniſſimè evapora ad siccitatem.

TARTARUS NITRATUS, seu potius NITRUM REGENERATUM.

℞. Olei sic dicti Tartari per deliqvium, aut Salis saltem Tartari aqvâ pluviâ soluti, & per bibulam colati, qvantùm vis;

Instilla paulatim & guttatim in vase vitreo capaci Spiritûs Nitri rectificati, donec ebullitio omnis cesset. Sal illud Tartari, Spiritu Nitri sic saturatum, evapora ad cuticulam & ad crystallisandum loco frigido sepone, crystallis à liqvore separatis reliquum rursus ad cuticulam evapora, & ut priùs sepone, idqve pro ratione qvantitatis, si opus, etiam tertiâ vice repete.

Loco Salis Tartari qvodcunqve Sal alcali sufficit.

TARTARI OLEUM PER DELIQVIUM.

Minus hoc aptè sic dictum, cum liqvor potiùs sit, qvàm Oleum, fit è Sale Tartari in furno figulino igne acerrimo ad albedinem calcinato, aut in tabulâ vitreâ in cellâ frigidiori & humidiori, aut in manicâ Hippocratis laneâ, aëre humido, à pluviâ tamen & sole remoto, solutioni exponendo, & destillantem inde liqvorem vitro commodo, superimpoſito ipsi infundibulo cum chartâ emporeticâ, excipiendo, sicqve limpidissimum servando.

Vel Sal Tartari diluatur sufficienti portione aqvæ.

TAR-

℞. emetic. Wirt

℞. Croci metallorum
Gypsallorum tartari à ℥vj.
Affundantur aquae fontanae ℔iß
stent per unum alterumque diem pro
subito.

Est emeticum universale, et datur teneri-
oribus à grano dimidio, ad unum et semis;
robustioribus gr. ij. iij usq; iv
Optime modo, tartarum hunc exhibendi
est, cum grana iij in ℥iij aquae sol-
vuntur, hq̃ soluto nisi haustui ad-
yer dimidiam partem vel duas
tertias; si effectu vobi non respon-
deat, reliqua portio dari pt.
sic hyperemesis periculosa evitatq.

TA.

TARTARI SAL.

℞. Caput mortuum Tartari, à deſtillatione Spiritûs & Olei omnimodâ, in retorta reſidui, qvantùm vis.

Ac ollæ figulinæ non vitreatæ inditum & in furno reverberii aut figulino aut laterum etiam, ad albedinem calcinatum aqvâ calidâ ſolve, filtra & in vaſe vitreo aut terreo, ad lapideam duritiem ac ſoliditatem excocto, igne cinerum aut arenæ exhalando, coagula.

TARTARI SAL VOLATILE.

Varias illiùs ſpecies ac parandi modos D. Ludovici in Pharmaciâ ſuâ, Diſſert. I. editionis Hamburgenſis, p. 175. proponit, inter illas cæteris hunc præferre videtur, qvi ex Oleo Tartari nigro, cum Sale Tartari aliqvamdiu negligenterqve digeſto, ex arenâ per retortam deſtillando elicitur.

†. *Præter hos à Celeb. b. m. LUDOVICI communicatos modos, Sal illud volatile parandi, etiam alii quidam à LANGELOTTO in* Epiſt. ad Nat. Cur. *HELBIGIO, in ſimili* Epiſt. ad Nat. Cur. *& P. THILE in* Diſſ. de Sale Tartari volatili coagulato *proponuntur; meritò autem his præferendus eſſe videtur ille, quem ETTNERUS* in dem entlauffenen *Chymico, & STABELIUS in* Chym. dogmat. exper. *tradunt, quoniam ſecundum illum hoc Sal compendioſius & ſine magnis ſumtibus ac laboribus, in ſatis notabili quantitate, ejusdem inſuper indolis & ſimilium effectuum cum prioribus, obtinetur. Sumitur nempe fœcum vini, inprimis Hungarici, expreſſione à liquore vinoſo liberatarum, quantum placet, eæque aëri in loco umbroſo per 3. circiter menſes exponuntur, usque dum flocculi ſalini albicantes excreſcere appareant; tum retortæ loricatæ hæ immittuntur, & l. a. tamdiu deſtillatio inſtituitur, usque dum nullæ amplius appareant nebulæ. Tum liquores prolecti effunduntur vaſaque cum Spir. vini elutriantur & l. a. Oleum à reliquo liquore ſeparatur. Dein liquor iſte Cucurbitæ vitreæ immittitur & l. a. rectificatur, ubi in applicatum alembicum prius Sal volatile ſiccum aſcendit, quod tandem Spirit usvolatilis ſeqvitur, ubi pro lubitu aut prius ſeorſim, removendo alembicum, colligi, aut cum ſubſequente Spiritu immediatè uniri poteſt. De reliquo internus hujus Salis uſus equidem ſatis egregius eſt, inprimis quando pro robuſtioribus adhibetur, ſiquidem obſtructiones omnes potenter reſolvit, acidum corrigit & temperat, viſcidosque humores incidit & attenuat; aſt, hoc non obſtante rarius tamen, ad minimum ita ſimpliciter, adhiberi poteſt, partim ob ſaporem & odorem valdè ingratum, partim ob qualitatem ejus orgaſticam humoresque nimium commoventem, partim denique ob acrimoniam majorem, quâ ipſâ tenuiores partes facilè lædit. Si verò cum aliis ſalinis fixis ac ſpirituoſo-ſulphureis prius uniatur, utique majori cum utilitate adhiberi poteſt, quemadmodum etiam uſu externo, tam excitantem, in affectibus ſyncopticis, ſoporoſis, hyſtericis, &c. quam reſolventem in tumoribus ſcirrhoſis, obſtructionibus, &c. nec non nervinum & roborantem, in paralyticis morbis, ſatis inſignem effectum exſerit.*

TARTARUS TARTARISATUS, ſeu REGENERATUS.

Rec. Olei Tartari per deliqvium, aut ſaltem Salis Tartari optimè depurati, atqve in ſufficienti qvantitate aqvæ limpidiſſimæ pluviæ aut deſtillatæ ſoluti, qvantùm placet; huic ſucceſſivè inſperge Tartari modo ſupra dicto depurati, ad punctum usqve ſaturationis. Ceſſante ebullitione aqva ſuperflua lentè exhalet ad ſiccitatem, & in pulverem abibit, in qvovis liqvo facilè ſolubilem, hinc vaſe benè clauſo ſervandum.

TARTARUS TARTARISATUS LIQVIDUS CITRATUS.

℞. Tartari albi optimè depurati, partes tres,
Salis Tartari, partes duas.
Aqvâ limpidâ ſoluta & confuſa le-

ni igne coqve, cavendo ne ebulliant, donec paululùm inſpiſſentur, liqvida tamen maneant. Liqvorem hunc Corticibus Citri aut Aurantiorum recentibus comminutis affunde, qvo virtutes illorum imbibat, verùm ne ſitum contrahat, tantillo Eſſentiæ ſuprà edoctæ Corticum Citri aut Aurantiorum condiendo, præcaveas.

### TARTARI TERRA FOLIATA.

Vide ſupra Arcanum Tartari.

### TARTARUS VITRIOLATUS.

Fit eodem, qvo Tartarus nitratus, modo, loco Spiritûs Nitri Spiritum Vitrioli ſumendo ac guttatim Oleo Tartari per deliqvium inſtillando, donec non ampliùs in ſe agant aut ebulliant, tum liqvorem aliqvantiſper igne moderato exhalando, & ad cryſtalliſationem ſeponendo.

Minori ſumtu ejusdem efficaciæ Sal obtinetur, ſi methodo Tacheniană ſolutiones Cinerum clavellatorum & Vitrioli communis miſceantur, filtrentur & cryſtalliſentur.

Notetur 1. qvòd ſolutio Cinerum clavellatorum in ſuperfluâ qvantitate addatur, aliàs acido Vitriolico adhuc impurum Sal impetratur, qvod tamen denuò ſolutione alcalinâ ſolutum depurari poteſt.

2. Meliùs cryſtalliſatione, qvàm inſpiſſatione præparatur: Priori modo Cryſtalli fiunt puriores & elegantiores ac ſuperfluum alcali manet in fundo.

Ipſi cineres clavellati, repetitâ ſæpiùs depuratione, filtratione & cryſtalliſatione, largiuntur Sal neutrum, Tartaro Vitriolato plane analogum.

Sal Tartari & qvodcunqve aliud Sal alcali aqvâ ſolutum, vel per deliqvium, & aëri aliqvamdiu expoſitum, poſteà cryſtalliſatum, Sal medium Tartaro vitriolato ſubſtituendum, præbet.

### TARTARUS VITRIOLATUS CRYSTALLINUS.

Fit, Tartarum Vitriolatum Aqvâ de-



ſtillatâ ſolutum, filtratum, rurſusqve ad cuticulam evaporatum, in loco frigido iteratis vicibus collocando, atqve cryſtallos ita natas ſigillatim colligendo.

### TARTARUS VITRIOLATUS TACKENII.

Eôdem penè modo ſolutiones Vitrioli Martis & Cinerum clavellatorum, æqvâ proportione ſucceſſivè confundendo, ſed punctum ſaturationis, ceſſante ebullitione, accuratè obſervando, filtrando & ad cuticulam evaporando, tandemqve loco frigidiore lege artis cryſtalliſando, fit.

### THERIACA ANDROMACHI.

℞. Pulpæ Scillæ, è Scillâ decorticatâ, in clibano priùs juſtâ methodo coctâ, ſecundum artem paratæ, uncias ſex,
Radicum Dictamni albi,
Trochiſcorum de Viperâ, aut ſi haberi poſſint, pulveris potiùs, è Viperis aut ſerpentibus ſaltem noſtratibus, detractis exuviis, capite & caudâ truncatis, ac exenteratis, corde tamen & epate ſervatis, debitèqve in vitro calore Balnei Maris ſiccatis, parati,
Piperis longi,
Opii, aqvâ ſolùm pluviâ ſoluti, filtrati ac ad debitam conſiſtentiam rurſus inſpiſſati, ana uncias tres,
Olei nucis Moſchatæ expreſſi, loco Opobalſami, ſi ejus, uti ſolet, non detur copia,
Cinnamomi acuti, ana unciam unam, drachmas qvinqve,
Roſarum rubrarum exſiccatarum,
Radicum Iridis Florentinæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Seminis Napi agreſtis, ſeu Buniadis,
Comarum Scordii Cretici, aut ejus defectu noſtratis,
Agarici recens trochiſcati, ana unciam ſemis,

Myrr-

TH.

Myrrhæ electæ,
Croci Austriaci,
Seminis Citri decorticati,
Cassiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ, ana unciam semis,
Schœnanthi,
Costi odorati, aut Zedoariæ, ana drachmas septem,
Olibani selecti,
Piperis albi,
nigri,
Foliorum Dictamni Cretici,
Comarum Marrubii,
Rhabarbari optimi,
Stœchados Arabicæ,
Calaminthæ montanæ,
Seminis Petroselini Macedonici,
Terebinthinæ Cypriæ,
Zinziberis,
Radicum Pentaphylli, ana drachmas sex,
Calami aromatici,
Macis,
Caryophyllorum,
Valerianæ, seu Phu Pontici, ana drachmas qvinqve,
Comarum Chamædryos,
Chamæpityos,
Polii Cretici,
Nardi Celticæ,
Hyperici comarum,
Radicum Angelicæ,
Meu paluſtris, seu Olsenichii,
Gentianæ,
Seminis Anisi,
Ammeos,
Cardamomi minoris,
Cubebarum,
Fœniculi Romani,
Seseleos Massilienſis,
Thlaspios,
Succi Acaciæ,
Hypocystidis,
Gummi Arabici,
Styracis Calamitæ,
Sagapeni,
Vitrioli Martis, loco Chalcitidis, dubiæ fidei,
Terræ Lemniæ veræ, ana unciam semis,
Radicum Aristolochiæ rotundæ veræ,

TH.

Comarum Centaurii minoris,
Seminis Dauci Cretici,
Bituminis Judaici,
Opopanacis,
Galbani,
Castorei, ana drachmas duas,
Camphoræ,
Xylobalsami, aut Ligni Aloës, ana drachmam unam,
Aspalathi,
Asari,
Amaraci,
Mari veri, ana scrupulos duos,
Mastiches, scrupulum unum,
Mellis optimi despumati, libras qvindecim.

Dispensatis singulis & in classes suas, ut moris & artis est, ritè dispositis, atqve debitè trutinatis ac examinatis, fiat, juxtà præscriptum artis, Electuarium.

*Nota:* 1. *Cum Trochisci Hedrychroi pro Theriacæ compositione à Galeno requisiti, antiquati sint, nec ubivis in Officinis prostent, illorum ingredientia congruâ proportione, licet haud absoluto omnibus numeris calculo, (quem exactè subducere irriti res laboris & nullius momenti,) suo quæque loco computata sunt.*

2. *Distributionem omnium hujus Theriacæ ingredientium in peculiares classes, atque augmentationem dosium pro proportione & quantitate majori, (quâ Domini Augustani & hic, ut supra in Mithridatio, laudabilem admodùm in Pharmacopœâ suâ ac solertem navárunt operam, atque hactenus illo nos labore commodè sublevárunt, præsertim cum & Pharmacopolæ nostrates artis suæ periti, facilè illa, illorum ope adjuti, in Classes suas dispescere valeant; minorum verò oppidorum, ob impensarum ac laborum onus haud leve, operosi hujus ac sumtuosi Medicamenti dispensationem vix suscipiant,) speciatim his subjungere supervacaneum duximus.*

3. *Cum proportionem mellis ad quantitatem ingredientium reliquorum insufficientem Pharmacopæi nonnulli judicârint, licet antiquitùs, testibus Antido-*

TH.

*tariis antiquissimis, à nobis assignata dosis; ab ipso Andromacho, imò & Augustanorum assignatam aliquatenùs superet, recipiant, qui illà non contenti, juxtà quædam vetusta Apothecariorum luminaria, quantum sufficit, conscientiæ intemeratæ, non lucri concupiscentiæ nimiæ, rationem habendo.*

THERIACA DE CITRO, SEU CITRATA.

Rec. Corticum Citri conditorum, uncias duas,
Theriacæ Andromachi,
Mithridatii Damocratis, ana drachmas duas,
Specierum de Gemmis frigidis, scrupulum unum,
Lapidis Smaragdi præparati,
Terræ Sigillatæ præparatæ, ana drachmam semis.
Cum sufficienti qvantitate Syrupi Corticum Citri,
fiat Electuarium.

THERIACA COELESTIS.

Speciosum hoc Medicamenti hujus & sublime nomen primus ejus Author, Qvercetanus, Galliæ Regis Medicus suo tempore celeberrimus, illi imposuit; Cum autem & nostro usualium Catalogo insertum, danda qvoqve illius aliqva descriptio.

Ingredientia illius cum Theriacæ Andromachi maximam partem coincidunt, nisi qvod Auctarium illis haud exiguum accesserit. Enumerabimus primo loco qvæ prioris generis sunt, & ab Authore parandæ Theriacæ suæ reformatæ, qvam benedictam vocat, destinata; dein qvæ accesserunt, ac cum omnia in diversas classes distribuerit, ejus ductum ex parte secuti, turbato tamen non absre paululùm illius ordine, sequentes damus:

PRIMA CLASSIS

EORUM, QVÆ BASIN QVASI CONSTITUUNT.

℞. Pulpæ Scillæ, aut Quercetani methodo in vitro, balneo maris tepido, aut vulgari tantùm modo, pani in clibano incoquendo, secundùm artem paratæ, uncias quatuor,
Allii, unciam unam,
Carnis Viperinæ, juxtà modum in Theriacâ Andromachi indigitatum præparatæ & optimè in pulverem comminutæ,
Serpentinæ, seu Colubrinæ nostratis, eodem modo præparatæ,
Opii puriſſimi in ramenta subtiliſſima cultro redacti, ana uncias tres.

SECUNDA CLASSIS

GUMMI & SUCCORUM.

Succi Glycyrrhizæ, unciam unam semis,
Gummi Arabici,
Succi Acaciæ,
Hypocystidis,
Myrrhæ electæ rubræ
Olibani,
Sagapeni,
Sandaracæ, seu Gummi Juniperi,
Styracis Calamitæ, depuratæ, ana unciam semis,
Asphalti,
Camphoræ,
Galbani in granis,
Mastiches electæ,
Opopanacis, ana drachmas duas.

TERTIA CLASSIS

AROMATUM, IN PULVEREM SUBTILISSIMUM, CROCO EXCEPTO, CONTUNDENDORUM.

Piperis longi, uncias tres,
Croci optimi, uncias duas,
Cinnamomi electi acutiſſimi, unciam unam semis,
Calami aromatici,

Ze-

TH.

Zedoariæ,
Zinziberis albi, ana drachmas ſex,
Cardamomi minoris,
Carpobalſami, ſi adſit, veri,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Folii Indi, ſeu Malabathri,
Galangæ,
Maceris,
Spicæ Celticæ, ana unciam ſemis.

QVARTA CLASSIS

LIGNORUM IN SCOBEM SUBTILISSIMAM REDACTORUM.

Ligni Aloês optimi, drachmas duas,
Aſpalathi,
Santali citrini,
Agarici, ana unciam unam ſemis.

QVINTA CLASSIS

VEGETABILIUM RELIQVORUM IN PULVEREM, AUT ALIAS MINUTISSIME COMMINUENDORUM.

Baccarum Paridis, uncias duas ſemis,
Juniperi, unciam ſemis,
Lauri, drachmas duas,
Myrobalanorum Chebularum,
Emblicarum,
Florum Roſarum rubrarum, ana unciam unam ſemis,
Hyperici, drachmas ſex,
Anthos,
Calendulæ,
Centaurii minoris, ana drachmas duas,
Herbarum Calaminthæ montanæ,
Cardui benedicti,
Dictamni Cretici,
Marrubii,
Rutæ,
Scordii Cretici & noſtratis, ana drachmas ſex,
Abrotani,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Galegæ,

TH.

Origani,
Polii Cretici,
Rorismarini,
Salviæ minoris,
Scabioſæ, ana unciam ſemis,
Majoranæ,
Mari veri,
Radicum Iridis Florentinæ, ana unciam unam ſemis,
Angelicæ,
Pentaphylli,
Rhabarbari,
Tormentillæ, ana drachmas ſex,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Aſari,
Carlinæ,
Contrayervæ,
Cyperi rotundi,
Enulæ Campanæ,
Gentianæ,
Imperatoriæ,
Meu paluſtris, ſeu Oſſenichii,
Petaſitidis,
Phu Pontici,
Pimpinellæ,
Scorzoneræ,
Serpentariæ,
Succiſæ,
Vincetoxici,
Ariſtolochiæ longæ,
Cruciatæ.
Seminum Buniadis,
Ammeos,
Amomi,
Aniſi,
Aqvilegiæ,
Cardui benedicti,
Citri,
Dauci Cretici & noſtratis,
Fœniculi Cretici & noſtratis,
Hyperici,
Naſturtii albi, ſeu Thlaſpi,
Petroſelini Macedonici & noſtratis,
Seſeleos,

TH.

Sileris montani, ana unciam ſemis.

SEXTA CLASSIS

LIQVIDORUM & MEDIÆ CONSISTENTIÆ.

Ambræ liqvidæ, drachmam unam,
Balſami Indici,
Caſtorii Eſſentiæ, Spiritu Vini tartariſato extractæ,
Olei nucis Moſchatæ expreſſi, ana unciam unam ſemis,
Gelatinæ Cornu Cervi, unciam unam,
Spiritûs Terebinthinæ,
Vitrioli rectificati, ana unciam ſemis,
Olei Caryophyllorum,
Succini, ana drachmam unam ſemis.

SEPTIMA CLASSIS

POSTREMO ADDENDORUM AD PLENAM CONSUMMATIONEM.

Coralliorum rubrorum,
Margaritarum,
Matris Perlarum,
Oculorum Cancri, omnium, ſolutione commodo menſtruo factâ & coagulatione, in ſalinam formam redactorum,
Lapidum Bezoar Orientalium,
Occidentalium, præparatorum, ana unciam ſemis,
pretioſ. Chryſolithi,
Granati,
Hyacinthi,
Rubini,
Smaragdi,
menſtruis ad id aptis (de qvibus in illorum ſolutione actum,) ſolutorum,
Terræ ſigillatæ Lemniæ, ana drachmas ſex,
Ambræ gryſeæ, drachmam unam,
Bezoardici mineralis,

TH.

Cinnabaris Antimonii, optimè præparatæ,
nativæ, per ſublimationem correctæ & præparatæ, ana drachmas tres,
Oſſium de Corde Cervi præparatorum,
Raſuræ Cornu Alcis ſubtiliſſimæ,
Unicornu veri,
Foſſilis, ana drachmam unam ſemis.

*Claſſibus ita diſtributis,*

1. E prima claſſe Opii ramenta;
2. Claſſem integram tertiam, aromatum nimirum omnium pulverem ſubtiliſſimum;
3. Quartam, lignorum ſcobem ſubtiliſſimam,
4. Quintam pariter totam, vegetabilium nimirum omnium, baccarum, florum, herbarum, radicum, ſeminum pulverem omnem, connumeratis quoque ê fructûum genere Myrobalanis, in minutiſſimas particulas ſcindendo diſcerptis.

Cuncta vaſis ad id idoneis pluribus indita, affuſo Spiritu Vini, aut baccarum Juniperi rectificato, ut quatuor ad minimùm aut qvinqve digitos transverſos ſuperemineat. Vaſis optimè clauſis, ne qvid exſpiret, leni calore digere, ad extractionem particularum Spiritui Vini obedientium; Spiritum primo affuſum, ac eſſentiâ ſpecierum ſatis imprægnatum, cautè deple & recentem Spiritum affunde, digere, deple, idqve toties, donec Spiritus nullam ampliùs aut paucam Eſſentiam extrahat, nec colorem ſufficientem induat.

II. Relictis in fundo ſpeciebus, ſuccos aqvâ ſolubiles, claſſe ſecundâ contentos, Glycyrrhizæ nimirùm, Acaciæ, Hypocyſtidis, minutim ſciſſos adde, ac aqvam pluviam deſtillatam, aut ſimplicem ſaltem, unciâ illâ ſemis Spiritûs Vitrioli rectificati imprægnatam, affunde, ut perinde ac prior Spiritus digi-

tos

TH.

tos aliqvot ſuperemineat, digere rurſùs horas viginti qvatuor, poſteà per horam igne auctiori coqve, cola & exprime. Extractionem utramqve ſeorſim per emporeticam ſtillatam confunde, ac ê cucurbitâ vitreâ, unâ aut pluribus,(qvod tutius,) juncturis probè occluſis, igne leniſſimo caloris balnei maris aut roris deſtilla; Spiritum ſtriatim primò prodeuntem, & ſeorſim (ſi opus) rectificatum, ſerva. Tum recipiente mutato,igne auctiori & aqvam evoca, qvam ſeorſim qvoqve ſuis uſibus ſerva. Extractum magma ſuperſtes ad conſiſtentiam melleam redactum, in ſuos etiam uſus tantiſper ſepone.

III. Reſidûum ab extractione & expreſſione primâ retortæ vitreæ ſatis capaci inditum, igne balnei ſicci per gradus urge, donec retorta tota candeat, ut, ſi qvid virium adhuc latuerit, id formâ phlegmatis, (ſeorſim excipiendi, & mutato recipiente, jam arctiùs retortæ committendo & exactiùs muniendo, aqvæ poſteriori reddendi,) Spiritùs empyreumatici & Olei evocetur. Spiritum hunc & Oleum à capite ſuo mortuo calcinato & ad albedinem reverberato aliqvoties cohoba & rectifica. Sicqve depurata tandem pro uſu mox indicando ſerva.

IV. A cohobiis his relictos cineres, igne, uti dictum, aperto, calcinatos ac reverberatos, aqvâ ſecundâ ſtillatitiâ numeri 2di ſolve, ſicqve ſalem ex iis fixum extrahe iteratis affuſionibus. Lixivium inde natum aqvæ illi ſecundæ deſtillationis, cujus aliqvotâ parte illud fuit extractum, redde & commiſce.

V. Ejusdem aqvæ,ante lixivii additamentum, ſufficienti qvantitate, gummi qvoqve Arabicum ſolve, ſuo tempore toti maſſæ reſtituendum.

VI. Gummi-reſinoſa claſſis ſecundæ, Maſtichen, Olibanum, Sandaracam, ut & Styracem,inSpiritu primæ extractionis ac deſtillationis rectificato, & ſpiritu tertiæ deſtillationis è retortâ prolecto, o ve, ac ſolutioni huic Eſſentiam Caſtorii, hoc ipſo ſpiritu, aut vini rectificato extractam, combina, tandemque

TH.

ſpiritum ſuperfluum balneo roris leniſſimo ad melleam,aut paulo liquidiorem conſiſtentiam rurſùs abſtrahe.

VII. Reliqua ejusdem claſſis gummi, Myrrham, Sagapenum, Galbanum & Opopanacem, in aceto deſtillato ſolve, ac ad conſiſtentiam aliqualem demùm acetum revoca.

VIII. Aſphaltum in Spiritu Terebinthinæ, cui oleum ſtillatitium, per retortam prolectum, ſit maritatum, ſolve.

IX. Huic oleum ſtillatitium Caryophyllorum, Succini, Camphoræ additione & ſolutione camphoratum, oleum nucis Moſchatæ expreſſum, leni igne liquatum, ut & Liquidambram exactiſſimè commiſce.

Omnibus his ita comparatis ac præparatis, accipe magma, ſeu extractum melleum ab extractione primâ & ſecundâ ſuperſtes, illudque cum pulpâ Scillæ & Alli exactè uni; his adde gummi numero ſeptimo aceto deſtillato ſoluta, Myrrham, Sagapenum, &c. Quibus omnibus optimè commixtis ac unitis gummi-reſinas, numero ſexto ſolutas, Maſtichen, Olibanum, Sandaracam, Styracem, tandem & Aſphaltum, cum Oleis & balſamis numeri octavi & noni unitam, conjnuge atqve exactiſſimè ſuper igne leni commiſce.

Huic Maſſæ probè commixtæ & ſubactæ tandem & Gelatinam Cornu Cervi, ſeorſim Aqvarum cordialium ac alexipharmacarum beneficio, non neglecto & Citri aut Limonum ſucco, ſollicitè & ex arte paratam, demùm pulveres carnis Viperarum & Colubrorum, Terræ item Lemniæ & ſigillatæ Strigenſis, Lapidis Bezoar Orientalis & Occidentalis, Salium Coralliorum rubrorum, Margaritarum & Matris Perlarum,Oculorum item Cancrorum, Bezoardici mineralis, Cornu Alcis, offium de Corde Cervi, Unicornu veri & foſſilis, Cinnabaris nativæ & Antimonii, Ambræ gryſeæ; Poſtremò, qvod vulgi, offucias amantis, opinioni dandum, ſolutiones lapidum qvinqve pretioſorum adde, ac qvâ fieri poteſt maximâ induſtriâ conjunge.

Omnia hæc dictâ ratione ac metho-

TH.

do, induſtriâ & indefeſſâ manu ritè ſucacta & intimè junèta & commixta in pilularis maſſæ aut paulò mollioris conſiſtentiam ſecundùm artem reducantur, ac in vaſe ad id apto, ſub titulo *Theriacæ cœleſtis*, aſſerventur.

*Nota; 1. Spiritus à primâ extractione relictus, vt & aqua à ſecundâ extractione abundans, bezoardicâ virtute pollentes, pro vehiculis Theriacæ huic adminiſtrandæ valdè accommodis, aliisque uſibus, ubi bezoardica deſiderantur, aptis æſtimentur.*

2. *Quercetanus primus, uti dictum, hujus Medicamenti Author, qui potiorum ingredientium præparationem & præcipuè Menſtrui ad eam requiſiti, peplo ſilentii, ut vocant, Philoſophici involvit, nec niſi ænigmata hâc in parte, à quovis ſuo modo interpretanda, poſteris reliquit, maſſam illam à primâ extractione, cum adjunctis reliquis, præter poſtrema illa ultimo loco addenda, reſultantem, quam Theriacæ benedictæ titulo inſignit, denuò jubet ſpiritu Juniperino ac aqua typhorum Cervinorum extrahere, ac ſpiritum & aquam ab extractionibus conjunctis ad conſiſtentiam melleam balneo roris avocare, eamque ſervare. Reſiduo ab his extractionibus prioribus, aquam Theriacalem ſecundam, id eſt, à prioribus illis extractionibus, poſt ſeparatum ſpiritum primo aſcendentem, huic ſuccedentem, aut aliam quamcunque denuò affundere, & quicquid illa ſolvere & extrahere poteſt, deplere, & exhalatâ ad mellis conſiſtentiam aquâ, hanc pro aquâ bezoardica, extractum autem ulteriori uſui reſervare. Tandem & aceto, ſpiritu, quem balſamici ſalis vocat, quique menſtruum aliquod univerſale ſapere videtur, (veruntamen vix attingit, hoc enim ſocios non admittit,) impregnato, reſiduum extrahere, extractiones omnes confundere & evaporato ad debitam conſiſtentiam menſtruo ſuperfluo, pulveres demum ac reliqua acceſſoria ultimo loco enumerata, interque ea Magiſteria Coralliorum, Margaritarum, Hyacinthorum &c. ſed menſtruo ſupradicto, ſibi inter myſteria reſervato, paranda, addere, ſicque Theriacam ſuam cœleſtem conſummare, cujus vires ac virtutes, utpote ſublimes & cœleſtes, ſuper aſtra evehit. Cum autem præcipuorum ingredientium præparationem veram, menſtrui ſui myſtici nebulâ velatam texerit, adeoque ſalivam poſteris tantùm moverit, plurimi in eruendo hoc myſterio occupati, quâ poterant, iverunt, quâ non poterant, ſubſtiterunt, & ne nihil egiſſe viderentur, ſuccedaneam, non planè aſpernandam, genuinæ ſubſtituerunt. Horum veſtigia legentes & nos præcedentem famoſi hujus medicamenti deſcriptionem dedimus, noſtræ intentioni, quæ proximi commodum & ſalus, ut ſperamus, ſi non omnium exſpectationi, ſatisfacturam. Iteratam autem Theriacæ, Authori benedictæ dictæ, per Spiritum Juniperi aut Theriacalem extractionem, exhalationem & inſpiſſationem, cum ut entia, ſic labores & impenſæ, non ſint multiplicanda præter neceſſitatem; præterea hæc iteratio vix absque aut Spiritûs, aut reſidui virtutum exhalantium jacturâ contingat, & augendo tantùm medicamenti pretio ſerviat, non modo ſupervacaneam, ſed & inutilem duximus. Si quis tamen laborem illum & jacturam, ſpiritu & aquâ theriacalibus eximiis inde reſultantibus ex parte reparabilem, ſubterfugere noluerit, huic non reluctabimur.*

3. *Cui operoſa hæc cœleſtem parandi methodus diſplicet & compendioſiorem deſiderat, Dominorum Auguſtanorum ſatis ſuccinctam, editione noviſſimâ p. 308. deſcriptam, ſuâ laude non carentem, per nos licet, ſequatur.*

TH.

THERIACA DIATESSARON.

Rec. Radicum Ariſtolochiæ rotundæ,
Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ electæ, ana uncias duas,
Mellis deſpumati, libras duas.

Fiat lege artis Electuarium.

THERIACA PRO FAMILIA.

Rec. Pulveris radicum Angelicæ,

Gen-

℞ Amara Condiens.

℞. rd. Gentiae ℥ij glaveolinis Stiorum ℥ij.

Cardamom. min. ℥ß.

Spiritus vini tbiß

digerantur et post extractionem saffi-
cientem exprimantur et filtrentur.

Stomachica et tonica est
Dos. gtt. ℒ. ℒx.

℞ tinct. acris Hoffmanni

℞. Seguli tinct. martialis
Vi purissimi à tbj.

pulverisata et mixta detorquentur in cu-
cibulo cel operculo tecto, tortiter ℣. horam
calcinentur, atque, dum adhuc calet ma-
teria, in mortario calefacto illico con-
fundatur, vitroque digestorio, itidem cale-
facto, immittatur.

Spiritus vini rectificati tbiß
affundatur atque ope caloris, tinctura re-
cipienda extrahatur.

Est potentissimum resolvens et in affectibus
lymphae rebellibus tumoribus frigidis
piceis, suppressione urinae, et ve-
nereis hinc datur.

Dos. xxx. xℒ. ℒ. in vehiculo aquoso.

℞ tinct. acris
vid. diss. D. D. Schultzii de ℞
tinct. Stal. ℔ß ist ℈ß vel ℥j in
copioso vehiculo. In gonorrh. fr.
cum balsam. de copaiv. et ℔ß. Succi

Testes ego praeparati
e vivo equo exempti, vino albo ab
endi, exsiccentur cito et in pulveren
terantur.

In epilepsia calculo, colica, sud
mortuo pellendo, partu difficili e
lochiis suppressis commendat.

Dos. ℈j. ad ℈ij

TA. TI.

Gentianæ,
Olsenichii,
Petasitidis,
Zedoariæ, ana unciam unam,
Herbarum Carduibenedicti,
Fumariæ,
Scordii, ana drachmas sex,
Baccarum Lauri, unciam semis,
Rob Juniperi libram unam,
Sambuci,
Ebuli, ana libram semis,
Mellis despumati, qvantùm sufficit,
Misce fiat lege artis Electuarium.

TINCTURA ANODINA.

℞. Extracti Opii, simplici aqvâ parati, unciam unam,
Aqvæ Apoplecticæ,
Roris Vitrioli, ana uncias qvatuor.

Misce & digere, donec Opium omne sit solutum, tum liqvorem probè tinctum per chartam bibulam cola.

*Nota: Quod suprà de aquis compositis ac Essentiis monitum, hic quoque applicandum, ac notandum de Spiritu Vini venit, illum nimirùm sumerimus, non abstractitium aut phlegmate adhuc abundantem, ad Tincturas extrahendas adhibendum, multò minus illi Spiritum frumenti substituendum.*

TINCTURA ANTEPILEPTICA.

℞. Salis volatilis Succini,
Cranii humani, ana scrupulum unum,
Castorii, drachmas duas.

Infunde in sufficiente qvantitate Spiritûs Liliorum convallium & Cerasorum nigrorum optimi, digerantur & circulentur, donec fiat Tinctura.

TINCTURA ANTIFEBRILIS.

Rec. Corticum Chinæ Chinæ optimæ, uncias tres,

TI.

Radicum Gentianæ, uncias duas,
Imperatoriæ,
Serpentariæ Virginianæ, ana unciam unam,
Herbæ Absinthii,
Cardui benedicti,
Centaurii minoris, ana uncias qvatuor,
Aloës succotrinæ,
Myrrhæ electæ, ana unciam semis,
Baccarum Lauri, unciam unam,
Caryophyllorum aromaticorum,
Salis Absinthii, ana drachmas duas.

In pulverem redactis omnibus, affunde Vini Hispanici optimi uncias qvinqvaginta.

Stent infusa in digestione octidûum, post per emporeticam cola pro Tinctura.

TINCTURA ANTIMONII ACRIS SIMPLEX.

Rec. Scorias à Regulo Martiali tertiâ detonatione factas, Succinum colore æmulantes, aut regulum ulteriùs in scorias reductum, qvibus scoriis, à fusione adhuc calentibus, Spiritum vini affunde, ac digerendo Tincturam extrahe.

TINCTURA ANTIMONII REGULINA.

℞. Reguli Antimonii martialis purissimi,
Nitri depurati optimi, ana.

Pulverisata & mixta detonentur in crucibulo ignito ac cæmententur horæ spatio: Cæmentatum pulverisetur in mortario calido & tunc Tinctura extrahatur in cucurbitâ, cum sufficienti qvantitate Spiritûs Vini rectificatissimi.

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA.

℞. Antimonii optimi, libram semis,
Salis Tartari, libram unam.

Pulverisata misce exactè, & igne satis

TI.

valido liqva, liqvata in fluore per horam fortè ſerva, ſed proſpice, ne crucibulum perforetur & jacturam patiaris. Tum effuſam, in mortarium ferreum calefactum, maſſam adhuc calentem in pulverem reduc ſubtilem, hunc illicò, antequam ex aëre humiditatem attrahat, vitro commodo inde, ac Spiritûs Vini rectificatiſſimi, qvantùm ſufficit, affunde, ut qvatuor aut qvinqve digitos ſupereminеat, digere, donec optimè tingatur. Poſſunt etiam Scoriæ à Regulo martiali, vel ſimplici, cum Tartaro & Nitro factæ, adhuc candentes contundi, Spiritui Vini rectificatiſſimo immergi & digeri ad ſufficientem Tincturæ extractionem. Spiritus Vini ad hoc negotium debet eſſe optimè dephlegmatus, minimè ſupra Sal Tartari vel cineres clavellatos abſtractus.

TINCTURA ANTIPHTHISICA.

℞. Cryſtallorum Sacchari Saturni, aceto deſtillato ſimplici parati,
Vitrioli Martis arte facti, ana unciam ſemis,
Spiritûs Vini rectificati, uncias duas.

Mixta in vaſe apto optimè clauſo digere in Tincturam rubicundam, chartâ emporeticâ à fæcibus ſeparandam.

*Nota: WEDELIUS, cui hanc Tincturam quidam, alii D. GARMANNO, tribúunt, monet 1. Illam melius in frigido loco, quàm calido, parari.*

*2. In minori potiùs, quam majori doſi præparandam eſſe, facilè aliàs, particulis ad fundum ſecedentibus, corruptioni obnoxiam. Alii tamen cauſam vitii illius aceto, quod ille Spiritui Vini proportione anaticâ addi jubet, tribuentes, majorem ſibi conſtantiam, ſi modo præſcripto abſque aceto paretur, pollicentur.*

TINCTURA AQUILEGIÆ FLORUM.

℞. Florum Aqvilegiæ in umbrâ marceſcentium, manipulum unum,
Aqvæ florum Aqvilegiæ, Spiritûs Vitrioli drachma circiter ſemis acidulatæ, libram ſemis.

Digerantur loco calido, donec ſaturatè tincta ſit aqva, qvæ exprimatur validè & filtretur.

*Nota: Quidam aquæ Aquilegiæ, Betulinam fermentatam, juſto tempore collectam, ſubſtituunt, arcanum inde ſibi in Variolis remedium promittentes.*

TINCTURA BALSAMI SULPHURIS.

℞. Balſami Sulphuris Terebinthinati, qvantùm vis.

Affunde illi in retortâ aut cucurbitâ humili duplùm aqvæ ſimplicis, ac calore convenienti moderato Spiritum Aqvæ maritatum, ad aliqvalem balſami remanentis conſiſtentiam, avoca, reſiduo balſami Spiritûs Vini rectificati (ſi vis etiam Tartariſati) qvantùm ſufficit ad aliqvam, digiti fortè unius aut alterius transverſi, eminentiam affunde, atqve Tincturam extrahe.

TINCTURA BELLIDIS FLORUM.

℞. Foliorum, ſeparitas cupellis, Bellidum rubrorum minorum campeſtrium, aut eorum defectu hortenſium, in umbra aliqvousqve ſiccatorum, manipulum unum,
Roris Vitrioli, ſi adſit, uncias qvinqve.

Sin minus, Aqvæ Florum Bellidis tantundem, drachmâ ſemis Spiritûs Vitrioli imprægnatæ, digerantur horis viginti qvatuor, tum validè expreſſa filtrentur.

TIN-

℞ anti phthis.

℔ ist eine ungesüßte Composition: vid
Stahl. Colleg. pract. p. 944.
Junckerus dicit de hac ℞: multa dam-
na infert, qa nh. aliud est, quam so
lutio quædam Oli martis; et si quid
forte de saccharo Veni in ea remanserit, etiam hg" usum nemo peritus
adprobare sustinebit.
In fluxibus ignis cohibendis nihil
sin uns recommendat.

Ra benzoes

in der medicin hat sie denen
nützen wenn sie zum
schneiden u. pesseniren

Ra bezoardica

Es ist nichts anders als ein Saft
simpl. compos. dos. gr. 15 - 20 p.

## TI.

### TINCTURA BENZOES.

℞. Gummi Benzoës ſelecti, qvantùm vis.

Solve in ſufficienti qvantitate Spiritûs Vini rectificatiſſimi & extrahe Eſſentiam colore rubicundo commendabilem, qvæ, emporeticâ à fæcibus ſeparata, Tinctura nomine venit.

*Nota: Si huic aquam affuderis Roſarum, lacteſcit, & præcipitatur Magiſterium Benzoës, florum ejus vices, majori tum ſaporis, fortaſſis & virtutis gratiâ ſupplens, prouti in deſcriptione hujus Magiſterii Benzoës ſupra monitum.*

### TINCTURA BEZOARDICA.

℞. Radicum Angelicæ,
Calami aromatici,
Carlinæ,
Dictamni albi,
Enulæ,
Pimpinellæ,
Valerianæ,
Vincetoxici, ana unciam unam,
Herbarum Scordii noſtratis, manipulos tres,
Cardui benedicti,
Meliſſæ,
Millefolii,
Rutæ, ana manipulum unum,
Baccarum Juniperi,
Cinnamomi electi,
Corticum Citri, ana unciam unam,
Theriacæ optimæ, libram unam.

Infunde in Spiritûs Vini rectificati menſuris duabus, ſtent in digeſtione per octidûum, poſteà abſtrahantur in arenâ libræ circiter duæ, qvæ Spiritûs bezoardici nomine venire poſſunt.

Huic Spiritui bezoardico adde:
Spiritûs Tartari, è Tartaro depurato igne moderato ritè deſtillati, aut ſaltem vulgaris rectificati, libram unam,
Spiritûs Vitrioli volatilis, libram ſemis.

## TI.

Miſce, digere aliqvantiſper.

Hujus Spiritûs in qvantitate ſufficiente ſolve ſeorſim qvodlibet ſeqventium, & leni calore digerendo extrahe, nimirùm:
Opii optimè depurati, uncias duas,
Carnis Viperinæ præparatæ, uncias tres,
Pulveris nucis Moſchatæ, unciam unam,
Baccarum Uvæ verſæ, ſeu Herbæ Paris,
Croci Orientalis optimi,
Ligni Santali rubri, ana uncias duas.

Solutiones & extractiones omnes Spiritui ſupradicto adde, tandem in partes duas divide, cujus alterutri Camphoræ, in qvantitate convenienti Spiritûs Vini rectificatiſſimi diſſolutæ, unciam ſemis adde, atqve digerendo aliqvantiſper, donec exactè uniantur, miſce.

*Nota: Si cui ad evitandum odorem ac ſaporem Spiritûs Tartari gravem & ingratum, Spiritum Salis Armoniaci, juxtà Domini Doct. Ludovici methodum, ſubſtituere libuerit, huic, ob non enervatas, ſed emendatas potiùs hâc ratione medicamenti virtutes, non repugnabimus.*

### TINCTURA BEZOARDICA CUM SPIRITU CORNU CERVI.

Rec. Corticis Citri exterioris, ſcrupulos duos,
Baccarum Herbæ Paris, drachmas tres,
Juniperi,
Radicis Serpentariæ Virginianæ,
Contrayervæ, ana drachmam ſemis,
Helenii, drachmam unam,
Tormentillæ,
Scorzoneræ, ana drachmam unam ſemis.

Inciſa & contuſa, extrahe loco calido cum Spiritûs Vini unciis qvatuordecim. Colaturæ cum expreſſione adde:

TI.

Rob Juniperi,
Sambuci optimi, ana unciam ſemis.

*Seorſim*

Rec. Myrrhæ rubræ ſelectæ, drachmas duas,
Spiritûs Vini, uncias qvatuor,
Mixturæ ſimplicis, uncias ſex;

digerantur loco calido, ultimo adde:

Spiritûs Cornu Cervi rectificati, drachmas duas;

Colentur, & colaturam immiſce extractioni primæ.

TINCTURA CATHARTICA.

℞. Radicis Jalappæ reſinoſæ, uncias duas,
Hellebori nigri, unciam ſemis,
Mechoacannæ albæ, drachmas tres,
Cinnamomi, acuti, drachmas duas,
Macis, drachmam unam.

Fiat omnium pulvis, cui in phialâ affunde Spiritûs Vini rectificati, uncias decem, digerantur in arenâ dies aliqvot, Tincturam extractam leniter decanta, ac Spiritûs Vini denuo uncias ſex affunde, rurſus digere, & in Tincturam ultimò extractam infunde Scammonii pulveriſati uncias ſex, poſt digeſtionem & expreſſionem miſce cum Extractione priori.

TINCTURA CATECHU.

E pulvere ſubtiliſſimo Succi compoſiti, Terræ nempè ſic dictæ Japonicæ, cum ſufficienti qvantitate Spiritûs Vini parari ſolet.

Pro Medici intentione etiam cum menſtruo variari, & loco Spiritûs Vini, Spiritus Nitri dulcis, aut Spiritus Salis Ammoniaci vinoſus, adhiberi poteſt.

TINCTURA CONFORTATIVA.

℞. Balſami Peruviani optimi, grana duodecim,

TI.

Extrahe cum Spiritûs Rubi, Idæi rectificati unciâ ſemis.

2. Seorſim ℞. Ambræ gryſeæ, ſcrupulum ſemis,
Solve bulliendo cum Spiritûs Rubi Idæi rectificati, unciâ unâ.

3. ℞. Moſchi, ſcrupulum ſemis,
Extrahe cum Spiritûs Rubi Idæi rectificati, unciâ ſemis.

4. ℞. Sacchari Canarienſis pulveriſati, drachmam unam,
Olei Cinnamomi deſtillati, guttas qvatuor,
Caryophyllorum, guttas tres,
Ligni Rhodii, guttas duas,
Zibethi, grana qvinqve.

Miſce exactè, & extrahe cum Spiritûs Rubi Idæi rectificati, unciâ unâ. Tandem Extractiones confunde, & Tincturam per inclinationem ſeparatam vaſe probe clauſo ſerva.

TINCTURA CORALLIORUM.

Harum infinitus ferè numerus, ſed inter has paucæ admodùm genuinæ, pleræqve ſolutiones potiùs, qvam Tincturæ, nec rarò adulterinæ, ad ſpeciem magis & oſtentationem atqve emolumentum authoris, qvàm commodum utentis elaboratæ ac comparatæ. In hâc copiâ ac varietate delectus difficilis, uſus dubius, effectus incertus, ſæpiùs fruſtraneus. Verùm cum & hìc mori parendum ac opinioni, vulgi præſertim, aliqvatenùs ſerviendum, pro ſcopi & intentionis diverſitate unâ aut alterâ acqvieſcemus, & qvidem

*Pro adſtringente in hæmorrhagiis.*

Rec. Coralliorum rubrorum groſſè contuſorum, qvantum vis.

Affunde Spiritûs viridis æris rectificati, aut modo Zwelfferiano è cryſtallis ejusdem cum Spiritu Vini digeſtis parati, ad trium circiter digitorum eminentiam, ſolve leni calore digerendo, horas ad minimùm viginti qvatuor. Si non-

℞ Hyperici fl.
in sananda Mania Melancthol.
epilepsia, ist Salb und darvon dos.
40 50 gtt. wenn mir dann setze
in Stellung mit Blut ist, wenn dem
sie eine ursach ad vulnera in
tel Balsama vulneraria

℞ Gingivalis Balsamica
Terrae Japonicae Myrrh. elect. à ℥j.
℥ß. trita irrorentur balsami Peruviani
℥j.
perfundantur.
Spiritus Cochleariae
Vini rectiss. à ℥iij
cruentis, et per chartam filtrata ℞ Sorbet.
Commendatur ad stomacacem, seu scorbutum
oris, Capitatem, et purulentam affectionem
gingivarum, atque cum melle rosato mista
applicari solet.

℞ ℔ Lacca
adhibetur ubi in gingivis est la
bitas. Wenn jemand es mit dem Mille
rosarum zu thun hat, und das Maul
damit ouß zu gurgeln, wenn man
sich wirdt sol.

TI.

nondum sint soluta omnia, recentem affunde Spiritum, sed parciori manu, sicque continua, donec omnia ferè sint soluta, ac nil nisi fæces supersint. Tinctas hâc ratione solutiones, & à fæcibus bibulâ separatas, retortæ vitreæ infunde, ac igne convenienti blando menstruûm à coralliis solutis ad mellaginem lentè abstrahe. Huic Spiritum Vini, qvantùm sufficit, affunde, ac digerendo rursus dilue; Spiritum substantiâ Coralliorum solutâ imprægnatum ac tinctum per chartam emporeticam cola, ac â sedimento separa. Si dilutior tibi appareat, aliqvotam, sed leniſſimo balnei calore, partem abstrahe, reliqvum serva. Qvòd si sapore fortè austeriori non satis grato se commendet, Syrupo Violarum, aut Rubi Idæi, proportione commodâ addito, illam emendare poteris.

*Pro sanguine emendando.*

Rec. Coralliorum rubrorum grossè contusorum, Sacchari Candi albi, ana qvantitatem moderatam, uniùs alteriùsve unciæ.

E retortâ vitreâ, igne arenæ blando, evoca Tincturam rubicundam spissam, butyri instar Antimonii, qvam Aqvâ cordiali gratâ aliqvousqve dilutam filtra per chartam, ac, si vis, Syrupo cordiali edulcora.

*Nota: Qua Cera flava liquata beneficio è fragmentis Coralliorum rubrorum extrahitur, ac Sacchari albi admixti adminiculo, atque Aquarum cordialium aspersarum ope à Cerâ recuperatur & à quibusdam pro genuinâ venditatur, ab aliis, ut fucatâ, traducitur, blanda est, & aliquod, sobrium tamen, meretur encomium.*

TINCTURA GRANORUM ACTES.

Rec. Granorum è baccis Sambuci, uncias octo,

TI.

Conqvassatis affunde,
Spiritûs Vini Gallici rectificati, libras duas;
Additis Vitrioli, drachmis duabus.

Stent infusa octidûum, tum per emporeticam filtra & serva.

TINCTURA GRANORUM KERMES.

Rec. Granorum Kermes selectorum, qvantùm placet,
Aqvæ florum Tunicæ, pauxillo,
Spiritus Vitrioli acidulatæ, qvantùm sufficit, paululùm digerendo extrahe Tincturam, ac vase probè obturato serva.

TINCTURA HÆMATO-CATHARTICA.

Vid. Essentiam Fuliginis.

TINCTURA HYPERICI FLORUM.

Rec. Florum Hyperici circa solstitium æstivum collectorum, qvantitatem sufficientem.

Affunde iis, in vase commodo, Spiritûs eorundem Florum abstractitii, ad eminentiam qvatuor digitorum, digere vase exactè clauso, loco tepido, tridûum aut qvatridûum & tinget colore saturatè rubro, qvi, si non sit satis saturatus, novis Floribus additis acqviri potest, postea per emporeticam filtretur.

TINCTURA LACCÆ GUMMI.

Rec. Gummi Laccæ selecti & in pulverem redacti, unciam unam,
Aluminis crudi, unciam semis.
Misce, & affunde Aqvæ pluviæ destillatæ, uncias sex;

Bulliendo parùm solve Gummi & Alumen, qvibus refrigeratis adde
Aqvæ Salviæ,
Rosarum, ana uncias duas,
ac per bibulam colata serva.

TI.

TINCTURA MARTIS HELLEBORATA.

Rec. Limaturæ Martis,
Pulveris Tartari, ana libram ſemis:
Affunde Aqvæ pluviæ, libras viginti octo,
In ollâ novâ coqve, ſemper agitando rudiculâ, donec exhalando in magma qvaſi reducatur, cui adde:
Fibrarum Hellebori nigri, unciam unam,
Radicum Pimpinellæ majoris, drachmas ſex,
Aqvæ pluviæ, libras tredecim.

Coqvantur denuò, ſæpiùs agitando, donec ad remanentiam librarum octo exhalârint, tunc filtra, &, melioris conſervationis ergò, Spiritûs Cochleariæ qvantitatem ſufficientem adde, ſicqve ſerva.

TINCTURA MARTIS MYNSICHTI.

Rec. Limaturæ Chalybis, partem unam,
Salis Armoniaci, partes duas.

Miſce & ex retortâ per gradûs deſtilla, igne primùm lento, dein fortiori, ſic Martis Eſſentia in fundo remanebit. Hanc exemtam optimè edulcora, edulcoratam cucurbitulæ inde, & affuſo Spiritu Vini, digerendo Tincturam extrahe, donec non ampliùs tingatur Vini Spiritus. Tinctos Spiritus junctos è cucurbitâ igne lento ad medietatem avoca, reſidûum per chartam bibulam cola & pro Martis Tincturâ ſerva.

TINCTURA MARTIS CUM ARCANO TARTARI.

Rec. Arcani, ſive Terræ foliatæ Tartari nigri, uncias tres,
Vitrioli Martis puri, uncias duas ſemis;

Solve cum ſufficienti qvantitate aqvæ communis in vaſe ferreo, poſteà aqva

TI.

rurſus exhaletur leni calore, agitando ſpatulâ; Sub refrigeratione Spiritûs Vini menſura ſemis immiſceatur, atqve indatur filtro tota mixtura, filtratumqve reaffundatur aliqvoties, donec Tinctura optimè ſaturata eſſe videatur.

TINCTURA MARTIS CUM VINO MALVATICO.

Rec. Vitrioli Martis, è limaturâ, modo infra docendo, Oleo aut Spiritu Vitrioli parati,
Tartari optimè depurati, aut Cryſtallorum ejus, ana libram ſemis.

Coqvantur in aqvâ ſimplici, qvantùm ſufficit, ac agitando continuè ſenſim exhalent, ad mellis ſpiſſioris conſiſtentiam, cui affundantur vini Malvatici, aut Canarienſis, libræ ſex. Miſce optimè, ac digere bidûum aut tridûum, tandem per chartam emporeticam deſtilla.

*Nota: Qui loco Tartari aut Cryſtallorum ejus, terram illius foliatam,* Sal Eſſentiale vini ZWELFFERO P. I. c. 3. p. 337. *dictam, acceperit, ac cum Vitriolo Martis prædicto, exactâ in mortario vitreo aut lapideo triturâ combinaverit, atque in patellâ vitreâ ſparſim diſtributa aprico aliquamdiu expoſuerit, donec efflorescant, ac rubicundo colore imbuantur, tum Spiritum Vini Cinnamomiſatum, aut Aquam ſ. ltem Cinnamomi vinoſam ſpirituoſam affuderit, Tincturam elegantem Martis, pro verâ à ZWELFFERO agnitam, nanciſcetur, quæ optimo jure audiet*

TINCTURA MARTIS ZWELFFERI.

TINCTURA MARTIS CUM SUCCO POMORUM BORSDORFFIORUM.

Affunde magmati prædicto loco vini, ſucci pomorum Borsdorffiorum expreſſi,

TI.

preſſi, per reſidentiam depurati & clarificati, dictam qvantitatem. Mixta digere dies aliqvot, tum filtra & aliqvotam ſucci qvantitatem, ſextam fortè, abſtrahe maris balneo, reſiduo durationis ergo tantundem Spiritûs Vini rectificati reſtitue.

TINCTURA MARTIS EX CROCO ZWELFFERI.

Hunc in finem præparandus primo Zwelfferi ille Crocus Martis, ſeqventi modo:

Rec. Nitri puriſſimi, libram unam.

Qvam in crucibulo igne convenienti liqva, liqvato injice ferri limaturam caletactam ſucceſſivè, donec Nitrum illâ ſaturetur ac qvaſi ficceſcat, nec qvicqvam limaturæ ſuperaddi poſſit. Tùm aliqvantulùm adaucto igne, ſpontè Nitrum accendetur ac totum qvaſi deflagrabit. Qvo facto maſſam crucibulo exemtam aqvâ calidâ affusâ digere, & aqvam colore rubicundo tinctam deple, atqve per filtrum trajectam loco qvieto ſepone, ſic ſubſidebit pulvis rubicundus, qvem ab aqvâ, majorem partem decantatâ, per bibulam ſepara, & probe ſiccatum recipe, affunde illi Spiritum Veneris ê viridi æris deſtillatum & rectificatum, aut è Cryſtallis Æruginis, Zwelfferi modo, paratum, ad eminentiam trium aut qvatuor digitorum transverſorum, digere calore leni, qvousqve rubro tingatur colore, tinctum deple, alium reaffunde, effunde, idqve repete, donec non amplius tingatur Spiritus. Tinctos hos omnes conjunctos in Maris balneo fervente, ad Olei conſiſtentiam aut mellis liqvidioris abſtrahe. Reſiduo Spiritum Vini rectificatum affunde, digere, deple, idqve toties hîc qvoqve itera, qvoties Spiritus Vini colorem contrahit. Tincturas omnes confuſas in balneo Maris rurſus ad liqvoris ſpiſſiusculi, rubicundo colore ſemet commendantis, conſiſtentiam abſtrahe.

TI.

TINCTURA MARTIS TARTARISATA D. LUDOVICI.

Rec. Vitrioli Martis, Tartari depurati, ana libram ſemis.

Coqvantur, forti bulliente fervore, aqvæ ſimplicis libris ſex, agitando continuè, donec ad conſiſtentiam mellis exhalet; huic magmati affunde Spiritûs Vini gallici, libras ſex, filtra, & ſi vis, libram unam Spiritûs affuſi balneo Maris abſtrahe, aut absqve abſtractione, pro lubitu, Papaveris erratici eſſentiâ ulteriùs tingendam, acqvires Eſſentiam egregiam.

TINCTURA MARTIS VITRIOLATA ANTISCORBUTICA.

℞. Vitrioli Martis artificialis, Florum Salis Ammoniaci martialium, ana unciam ſemis, Spiritûs Cochleariæ, libram ſemis.

Mixta ſtent dies aliqvot in digeſtione caloris blandi, donec omnia extracta, tum per emporeticam colata, vaſe idoneo benè clauſa ſerventur.

TINCTURA METALLORUM.

℞. Reguli Antimonii martialis, uncias duas, Jovis Anglici, Veneris depuratæ, ana unciam unam.

Liqvefiant in crucibulo forti, igne ſatis valido, primo loco Venus optimè depurata & in bracteolas tenues exiguas diminuta, tum huic liqvefactæ & ſatis liqvidè fluenti Regulum Antimonii martialem ſuperadde, tandem & Jovem, qvæ probè liqvefacta miſceantur, tum infundantur in conum fuſorium, ac in pulverem ſubtiliſſimum redigantur.

TI.

Hujus pulveris recipe uncias duas,
Nitri optimè depurati ac ſiccisſimi, uncias duodecim.

Commiſceantur exactè, & paulatim injiciantur in crucibulum ſatis capax probè candens, qvo facto crucibulum tege & ignem auge, ut fluant inſtar aqvæ, qvò diutiùs eò meliùs, donec tota maſſa in ſcorias ſit redacta è cæruleo virideſcentes. Tunc in conum effuſa, qvàm primùm induruerit in mortario ferreo calefacta, in pulverem redigatur, & vitro commodo, dum adhuc calet pulvis, inditæ, Spiritûs Vini rectificatiſſimi libræ duæ, aut tres affundantur ac digerantur, donec Tinctura ſit extracta pulcherrimè rubens, ſalibus metallorum imprægnata.

†. *Parum equidem differt hæc Tinctura ratione effectus medicamentoſi, à Tinctura Antimonii acri dictâ, quæ nempe ex Regulo martiali & ex Nitro paratur, imò plurimum etiam ratione virtutis convenit cum illâ Tinctura, quæ ex Coralliis & ex Nitro hâc ratione paratur; nihilo tamen minus egregium utique variis in morbis præſtat effectum, ſi legitimè adhibeatur, dum nempe humores acres corrigit & temperat, viſcidos incidit & attenuat, diureſin & diaphoreſin quadantenus promovet, adeoque in malo hypochondriaco, affectibus venereis & ſcorbuticis, aliisque hujus generis, egregium ordinariè præſtat uſum.*

*Nota: Si loco Spiritûs Vini, Spiritum baccarum Juniperi rectificatum affuderis, exſurgit, quæ nonnullis placet,*

TINCTURA METALLORUM JUNIPERATA.

TINCTURA OPII D. CRAANII.

℞. Opii in aqvâ pluviâ ſoluti, per emporeticam colati, ac ad mellaginem inſpiſſati, unciam unam.

Huic Salis Tartari puriſſimi, ſubtiliſſimè in mortario calido pulveriſati, drachmam unam miſce, ac viginti qvatuor horas digere, tum Spiritûs Vini rectificati uncias ſex affunde, atqve in loco tepido Opium ſolve & Tincturam ejus extrahe, decanta & filtra. Reſiduo unam adhuc atqve alteram Spiritûs Vini unciam affunde, digere, & filtratum priori extractioni adde, ac partem aliqvam, tertiam fortè vel qvartam Spiritûs, Maris balneo abſtrahe, reliqvum pro Tincturâ ſupradictâ ſerva.

TINCTURA PAPAVERIS ERRATICI.

Paratur juxta modum Tincturæ florum Bellidis ſupra deſcriptæ, in defectu roris Vitrioli, Spiritum hujus, cum ſufficienti qvantitate aqvæ Florum Papaveris rhœados diſtemperatum, recipiendo.

TINCTURA PROPRIETATIS MYNSICHTI.

℞. Spiritus Vini aniſati, uncias ſedecim,
Elixir. Proprietatis, unciam unam,
Confectionis Alkermes, ſine Moſcho & Ambrâ, unciam ſemis,
Florum Tunicæ, drachmam unam.

Stent in digeſtione, donec Spiritus perfectè tingatur.

*Nota: Moſchum & Ambram omiſimus, ut & iis, qui odora ferre nequeunt, uſui eſſe poſſit. Iis, qui talia amant, facilè pauxillo eorundem, aut Confectionis Alkermes completæ addito, ſatisfieri poteſt.*

TINCTURA RHABARBARI.

Rec. Pulveris Rhabarbari optimi, unciam unam,
Salis Tartari, drachmas tres,
Aqvæ Cichorii,
Cinnamomi buglossatæ, ana uncias ſex.

Infu-

Autor eam laudat, in melancholia, hemicrania, vertigine, paralysi, catarrho asthmate, tussi, cardialgia, et caeteris morbis

Est a. stomachicum, carminativum et pectorale remedium contemnendum

Prima Rhabar.

Non nisi in casu necessario parari debet, quod extempore in vase figulino, igne leni fiat pt.

Hypochondriacis et veteroi conducit resolvit, et majori dosi exhibita alvum laxat, quo scopo ad ℈j. vno ℈ij dari pt. scopo alterando sufficiunt ℈ij

℞ Stomachica Lipsiensis

℞ Olei armoniaci vinosi ℥ij
℞ vini rectificatissimi ℥j
℞ ℔. veri absynthii ℥iij
Caryophyllorum aromaticorum ℥ß.

Digerantur et digerantur addatur.

℞ Rae Sardali rubri ℥j.

Efficacissima est in affectibus ventriculi, frigidis, tonum reparat, digestionē promovet, flatus discutit, et anthelmintica existit.

TI.

Infusa stent loco tepido horas viginti qvatuor, postea per bibulam colentur.

*Nota: Cum Essentiâ ejusdem supra descriptâ coincidit. Tinctura Rhabarbari etiam absque aquâ & Sale Tartari, cum Spiritu Vini rectificato, vel si placet, rectificatissimo, parari potest.*

TINCTURA ROSARUM.

E foliis Rosarum saturatè rubrarum, qvæ aceto rosaceo parando destinari solent, in umbrâ siccatis, paratur methodo modo dictâ, ope roris Vitrioli, aut Spiritum ejusdem, aqvæ rosarum, qvantùm sufficit largiter dilutum, illi substituendo.

TINCTURA SALIS VOLATILIS OLEOSA.

Rec. Olei Caryophyllorum, scrupulum unum,
Macis,
Nucis Moschatæ, ana scrupulum semis,
Cinnamomi guttas sex.
Corticum Citri,
Aurantiorum, ana guttas qvindecim,
Salis Tartari, unciam unam,
Cornu Cervi, unciam semis,
Spiritûs Vini Gallici rectificati, libram semis,
Cornu Cervi, uncias tres.

Infusa digere aliqvamdiu.

TINCTURA SOLARIS.

Harum innumeræ occurrunt, sed vera oppidò rara, nigroqve simillima cygno: Cum dentur adhuc, qvi eam inter non entia numerent, deqve ejus existentiâ etiamnum, utut fortasse gratis, dubitent, qvia menstrûum illud, Solem blandè & radicaliter, ut ajunt, solvens, non corrosivum & intimè illum sibi ac indissolubili connubio copulans, in Democriti adhuc dum puteo profundè reconditum latere sustinent. Succedaneæ admodùm variant: Nos, ut vulgi iterum opinioni & voto aliqvatenùs satisfiat, seqventem, si non Tincturam, saltem solutionem Tincturæ æmulam, non inconcinnam, nec usu suo & effectu penitùs destitutam, dabimus:

TI.

Rec. Croci Solis, methodo supra descriptâ, cum Mercurio & Sulphure parati, aut, ejus defectu, Auri per Antimonium ritè purgati, seu obryzi & lamellati, in Aqvæ Regiæ qvantitate sufficiente dissoluti, ac Spiritu Salis Ammoniaci præcipitati, aliqvatenùs edulcorati, & absqve calore actuali ullo, ne Solis qvidem, cautè siccati, pulverem subtilissimum cautissimè, leni tantùm triturâ, comminutum. Qvorum alterutro affunde aut Spiritum Salis communis dulcem, aut Spiritum Salis Ammoniaci vinosum rectificatum, ad trium digitorum eminentiam, in vase proportionato digere, calore leni, donec saturatâ Tincturâ Spiritus affusus imbuatur, qvem decanta, alium affunde, digere & deple, idqve toties, donec nullum amplius colorem emergere deprehendas. Tincturas omnes conjunge, ac leniissimo balnei roris calore aliqvotam Spiritûs partem abstrahe, ad usqve Tincturæ, grato colore commendabilis, consistentiam.

TINCTURA SULPHURIS.

℞. Sulphuris flavi communis, unciam unam,
Liqvefac igne leni in patinâ aut cacabo terreo vitreato, huic liqvefacto adde, paulatim:
Salis Tartari optimè siccati & pulverisati, unciam semis.

Misce, donec ebullitio Sulphuris cesset. Huic Sulphuri Sale Tartari nutrito, & anteqvàm planè refrigeretur, in pulverem contuso, affunde in vase commodo Spiritûs Vini libram circiter unam, digere vase optimè clauso, calore moderato, usqve dum Spiritus sufficienter sit tinctus.

## TI.

### TINCTURA TARTARI.

Rec. Salis Tartari cauſtici bene calcinati, qvantùm vis, pulveriſato adhuc calido in mortario calefacto, ac phiolæ indito, affunde Spiritûs Vini rectificatiſſimi ad eminentiam trium qvatuorve digitorum, digerendo & aliqvando movendo Tincturam extrahe, qvam à reſiduo bibulâ ſeparatam in vaſe benè clauſo ſerva.

### TINCTURA TARTARI ANISATA.

Eodem proceſſu producitur, ſed, loco Spiritus Vini, Spiritus Aniſi rectificatiſſimus, & adhuc Oleo Aniſi optimè ſaturatus, adhibetur: Undè colorem ſpiſſum plane contrahit, modò Sal alcali fuerit bene cauſticum.

### TINCTURA VENERIS VIRIDIS.

℞. Vitrioli Veneris, unciam unam,
Salis Ammoniaci, drachmas duas.

In pulverem redacta funde in crucibulo igne moderato, & qvando materia incipit liqvari, agita ſpatulâ, & ex viridi nigreſcet, qvo ſigno apparente è crucibulo exemtæ & in pulverem contritæ, in vitro commodo Spiritum Vini affunde rectificatiſſimum, ad digitorum duorum eminentiam, digere calore leni, ac viridem nanciſceris Tincturam, qvam per emporeticam cola & ſerva

### ALIA CYANEI COLORIS.

Rec. Lunæ vulgaris non cupellatæ, qvantùm placet, ſolve eam in Aqvæ fortis, qvantùm ſufficit,

Solutam præcipita Aqvâ ſalſâ, calcem præcipitatam edulcora & ſicca, cui in vitro commodo affunde Spiritûs Salis Ammoniaci vinoſi, ad eminentiam duorum aut trium digitorum,

## TR.

digere, donec eleganti colore cœleſti imbuatur menſtrûum, ſolutionem tinctam decanta, ac recentem Spiritum affunde, digere, effunde, idqve itera, donec non ampliùs tingatur Spiritus. Tinctos omnes confunde, atqve menſtrui partem, pro lubitu, donec color ſatis tibi arrideat, leniſſimo balnei calore abſtrahe.

### TRAGEA ALBA.

Rec. Zingiberis albi,
Cinnamomi acuti, ana unciam unam,
Nucum Moſchatarum,
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum, ana unciam ſemis,
Galangæ, drachmas duas,
Seminis Coriandri, ſcrupulum unum,
Sacchari albiſſimi, libras tres.

Miſce, fiat omnium pulvis pro Tragêâ.

### TRAGEA OPHTHALMICA.

℞. Specierum Diapleris,
Seminis Fœniculi, ana drachmas ſex,
Macis,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Cinnamomi acuti,
Piperis longi, ana drachmam unam,
Radicum Valerianæ, drachmas duas,
Summitatum Euphraſiæ, uncias tres,
Sacchari albiſſimi, uncias qvinqve.
Miſce, fiat lege artis Tragea.

### TROCHISCI DE ABSINTHIO.

Rec. Abſinthii noſtratis,
Roſarum rubrarum,
Seminis Aniſi, ana drachmas duas.
Apii,
Amygdalarum amararum decorticatarum,
Aſari radicum,
Folii, aut ejus loco, Macis,
Rhabarbari electi,
Spicæ Indicæ,
Succi Eupatorii Meſues inſpiſſati, ana drachmam unam,

Ci-

Tragea aromatica officinal. Pharm. Wid.

℞. cinamomi. acuti ℥ij Caryophyllor.
N. Moschat à ℈ij Macis ℈ij Cinnib. ℈ij
Sandal. rubr. ℥j. Sacchar. alb. ℥ xxx ii

Concoctionem adjovat, et tam grato sapore
quam virtute roborante stomachica et
carminativa se commendat, sumit
cum pane tosto et vino vel per se
ad- ℈vj.

Trochisci. alkandal.

Fructus Colocynthidis a corticibus exteriorib⁹ et seminib⁹ mundat⁹, cum mucilaginis tragacanthae et Gummi arabici sufficiente quantitate, in mortario contunditur; Postea massa, leni calore exsiccata, in pulverem teritur, et vel in forma pulveris servatur, vel in trochiscos, ope mucilaginis tragacanthae formatur, sic enim melius vires integra conservari creduntur, quam si aër omnes pulveris atomos subire et vires auferre vel alterare posset.

℞. vehementer purgantes et pilulis pro stimulo adduntur Dos. gr. ij ad. v

TR.

Cichorii depurati, quantùm ſufficit.

Miſce, fiant ſecundum artem Trochiſci.

TROCHISCI DE AGARICO.

℞. Agarici albi & levis, uncias tres,
Salis Gemmæ, unciam ſemis,
Zingiberis albi, drachmas tres,
Oxymellis ſimplicis, quantùm ſufficit, ut fiant ex arte Trochiſci.

TROCHISCI ALHANDAL.

℞. Pulpæ Colochynthicis, à ſeminibus liberatæ, minutimqve conciſæ, uncias decem.

Macerentur Mucilaginis è
Gummi Arabici,
Bdellii,
Tragacanthi, ana drachmis duabus,

Aquâ roſaceâ extractæ modico, ut tantum madeſcant, tum ſiccentur exactè & pulveriſentur, atqve è pulvere cum reſiduo ejusdem mucilaginis impaſtato, ut artis eſt, Trochiſci efformentur.

TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ.

℞. Ambræ gryſeæ, drachmam unam,
Camphoræ, drachmam ſemis,
Ladani, uncias quatuor,
Ligni Aloës veri, drachmas duas,
Moſchi Alexandrini, ſcrupulum ſemis,
Sacchari albiſſimi, uncias duas,
Styracis Calamitæ, uncias duas ſemis,
Aquæ Roſarum fragrantis & ſpirituoſæ, quantùm ſufficit.

Miſce lege artis, ut fiat paſta, indeque Trochiſci.

TROCHISCI ALKEKENGI, SEU DE HALICACABO CUM OPIO.

Rec. Amygdalarum amararum, decorticatarum,

TR.

Amyli,
Boli Armenæ,
Glycyrrhizæ ſucci depurati,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Olibani,
Pinearum mundatarum,
Sanguinis Draconis præparati,
Seminis Papaveris albi, ana drachmas ſex,
Citrulli decorticati,
Cucurbitæ noſtratis decorticati,
Melonum decorticati, ana drachmas tres, cum ſemiſſe,
Apii,
Hyoſcyami,
Succini albi,
Terræ ſigillatæ,
Opii depurati, ana drachmas duas,
Baccarum Alkekengi, drachmas tres.

Cum ſucco Halycacabi è recentibus baccis, aut ſiccis, aqvâ Roſaceâ maceratis, expreſſo, fiant lege artis Trochiſci.

TROCHISCI ALKEKENGI SINE OPIO.

Fiant modo prædicto, opio ſolùm omiſſo.

TROCHISCI BECHICI ALBI CUM MOSCHO.

Rec. Amyli, uncias tres,
Ambræ gryſeæ, ſcrupulum unum,
Moſchi Alexandrini, ſcrupulum ſemis,
Pulveris radicum Iridis Florentinæ ſubtiliſſimi, uncias duas,
Sacchari albiſſimi, libras duas.

Cum ſufficienti quantitate gummi Tragacanthi, aquâ roſaceâ ſoluti,

Fiant artis lege Trochiſci.

Dempto Moſcho, & Ambrâ fiunt:

TROCHISCI BECHICI ALBI SINE MOSCHO ET AMBRA.

TROCHISCI BECHICI MAJORES FRIDERICI WILHELMI ELECTORIS.

Rec. Succi Liquiritiæ inſpiſſati, quantùm vis.

TR.

Solve in quantitate sufficiente aquæ Looch Sani, aut alterius cujusdam Pectoralis; Solutum per manicam Hippocratis cola; Colatum ad mellis consistentiam rursus inspissa. Tandem admixto Saccharo candio aut saltem albo Canariensi, fiat artis lege massa, è qvâ formentur justæ magnitudinis Trochisci.

TROCHISCI BECHICI NIGRI.

℞. Pulver. Radic. Iridis Florentinæ, uncias tres,
Liqviritiæ,
Seminis Anisi,
Fœniculi, ana uncias qvinqve,
Storacis Calamitæ depuratæ, drachmas duas,
Succi Liqviritiæ, in aqvâ Hyssopi dissoluti, uncias qvatuor,
Sacchari Melitæi, purissimi,
Mucilaginis Tragacanthi aqvâ Rosarum soluti, qvantùm sufficit.

Misce, fiant ex arte Trochisci.

TROCHISCI DE BERBERIBUS.

Hi, ad Electuarium Rosatum Mesuës tantùm reqvisiti, rarissimi aliàs usus, vix locum hîc merentur, cum & electuario illo commodè carere possemus, sed cedendum & hâc in parte consvetudini.

℞. Berberum, drachmas duas,
Galliæ Moschatæ,
Ligni Aloës,
Mastiches,
Nardi Indicæ,
Seminis Acetosæ,
Spodii, ana drachmam unam,
Gummi Arabici, drachmas tres,
Rosarum rubrar. drachmas qvinqve,
Aqvæ earundem, qvantùm sufficit.

Misce, fiant secundum artem Trochisci.

TROCHISCI DE CAPPARIBUS.

℞. Acori,
Aristolochiæ rotundæ veræ,
Ammoniaci,
Amygdalarum amararum,

TR.

Calaminthæ,
Foliorum Rutæ,
Succi Eupatorii Mesues,
Seminis Nasturtii,
Nigellæ, ana drachmas duas,
Agni casti,
Corticum radicum Capparum, ana drachmas sex,
Ceterach seu Scolopendrii veri,
Cyperi rotundi, ana drachmam unam,

Omnibus subtilissimè tritis, cum Ammoniaco in aceto dissoluto, parentur, ut artis est, Trochisci.

TROCHISCI DE CARABE SEU SUCCINO.

℞. Succini albi, drachmas sex,
Balaustiorum,
Coralliorum rubrorum,
Cornu Cervi usti,
Gummi Arabici,
Laccæ,
Tragacanthi,
Mastiches,
Papaveris nigri,
Succi Acaciæ,
Hypocystidis, ana drachmas duas,
Croci,
Olibani,
Opii, ana scrupulos qvatuor,
Mucilaginis Seminis Psyllii, aqvâ Plantaginis extractæ, qvantùm sufficit.

Misce, fiant lege artis Trochisci.

TROCHISCI DIARRHODON.

℞. Rosarum rubrarum recentium, drachmas tres,
Camphoræ, scrupulum semis,
Croci, scrupulos duos,
Santali albi,
rubri, ana drachmam unam semis,
Spodii, drachmas duas.

Rosis in mortario lapideo contusis reliqva trita subtilissimè, tandem & camphoram adde, ac cum aqvæ rosarum

Trochisci Bechici citrini

℞. Sacchari alb. ℔ij.
rd. Treos florent.
Liquiritiae ℥ß.
Croci ℈ij
Mucilaginis tragacanthae q. s.
fiat massa et trochisci.

trochisci bechici tam albi, quam nigri et religui, ad tussim acrem, rauce dinem, et defluxiones acres cathatrhales inseruiunt, et tam re solvendo quam demulcendo opem ferunt.

TR.

rum modico ſubacta, formentur in Trochiſcos, in umbrâ ſiccandos.

TROCHISCI DE EUPARIO MESUAE.

℞. Aniſi,
Aſari,
Rhabarbari, ana drachmas duas ſemis,
Roſarum, unciam ſemis,
Spicæ Indicæ, drachmas tres,
Raſuræ Eboris ſubtiliſſimæ, drachmas tres cum ſemiſſe.
Mannæ Calabrinæ depuratæ,
Succi Eupatorii, ana unciam unam.

Cum aquæ Cuſcutæ, quantùm ſufficit, formentur Trochiſci.

TROCHISCI PRO FUMO CONTRA PESTEM.

℞. Aſæ dulcis, ſcrupulos quatuor,
Camphoræ, ſcrupulum ſemis,
Foliorum Roſarum rubrarum, drachmam unam,
Ladani, unciam unam,
Macis,
Meliſſæ,
Radicum Valerianæ,
Zedoariæ,
Santali Citrini, ana drachmam unam,
Storacis Calamitæ, drachmas duas cum ſemiſſe,
Liqvidæ, ſcrupulos duos,
Moſchi optimi, grana duo,
Ambræ gryſeæ, grana tria,

Pulveriſentur pulveriſanda ſubtiliſſimè, & fiant cum mucilagine Tragacanthi aqvâ Roſarum factâ, lege artis, Trochiſci.

TROCHISCI GALLIÆ MOSCHATÆ.

Rec. Ambræ griſeæ, drachmas tres,
Ligni Aloës, drachmas qvinqve,
Moſchi, drachmam unam,
Mucilaginis Gummi Tragacanthi, aqvâ Roſarum fragrantiſſimâ extractæ, qvan ſufficit.

Miſce, fiant lege artis Trochiſci.

TR.

TROCHISCI GORDONII.

Rec. Amygdalarum dulcium,
Baccarum Myrtillorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Hordei mundati,
Liqviritiæ raſæ,
Pinearum mundatarum,
Piſtaciorum,
Seminis Bombacis,
Cydoniorum,
Malvæ,
Papaveris albi,
Portulacæ,
Seminum qvatuor frigidorum majorum excorticatorum,
Mucilaginis ſeminis Pſyllii, ana unciam unam,
Boli Armenæ,
Myrrhæ rubræ,
Sangvinis Draconis,
Sdodii, ana unciam ſemis,
Sacchari Candi, uncias duas.

Cum Hydromelle parentur Trochiſci.

TROCHISCI DE LACCA.

Rec. Laccæ mundatæ,
Succi Glyzyrrhizæ,
Eupatorii,
Abſinthii,
Berberum,
Rhabarbari,
Ariſtolochiæ longæ,
Coſti,
Aſari,
Amygdalarum amararum,
Rubiæ,
Aniſi,
Schœnanthi, ana drachmam unam.

Cum decocto Ariſtolochiæ & Schœnanthi aut ſucco Eupatorii fiant Trochiſci.

TROCHISCI MOSCHARDINI CUM AMBRA.

Rec. Ambræ gryſeæ, ſcrupulum unum,
Moſchi optimi, ſcrupulum ſemis,
Pulveris Ireos Florentinæ, drachmas duas,

TR. *

Sacchari albiſſimi, libram unam,
Cum mucilagine Tragacanthi aqvâ Roſarum fragrante ſoluti, qvantùm ſatis, parentur juxta artem Trochiſci Moſchardini.

TROCHISCI DE MYRRHA.

Rec. Aſæ fœtidæ,
Cumini,
Menthaſtri,
Bulegii,
Rubiæ Tinctorum,
Rutæ,
Opopanacis,
Sagapeni, ana drachmas duas,
Lupinorum, drachmas qvinqve,
Myrrhæ, drachmas tres.

Gummi in aceto Scillitico ſolvantur, ac addito ſucco,
Artemiſiæ, qvantùm ejus reqviritur,
Parentur Trochiſci.

TROCHISCI RAMICH MESUÆ.

Rec. Gallorum, qvantùm fieri poteſt recentium ſubtiliſſimè tritarum, unciam unam ſemis,
Gummi Arabici, drachmas ſex,
Santali citrini, drachmas qvinqve,
Roſarum rubrarum, unciam unam,
Granorum Myrthi, uncias tres,
Sumach,
Spodii, ana unciam ſemis,
Caryophyllorum,
Ligni Aloës,
Macis,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas,
Camphoræ, drachmam unam,
Omphacii, drachmas tres,
Succi Acetoſæ, qvantùm ſufficit.
Miſcendo & exactè ſubigendo, fiant lege artis Trochiſci.

TROCHISCI DE RHABARBARO.

Rec. Rhabarbari optimi, unciam unam,
Amygdalarum amararum decorticatarum,
Succi Eupatorii, ana unciam ſemis,
Roſarum rubrarum, drachmas tres
Abſinthii,

TR.

Aniſi,
Aſari,
Radicum Rubiæ,
Seminis Apii,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam.
Cum mucilagine Tragacanthi aqvâ Cuſcutæ ſoluti fiant Trochiſci.

TROCHISCI DE ROSIS.

Rec. Abſinthii Pontici,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Cinnamomi,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi, ana drachmam unam,
Ligni Aloës, drachmas duas,
Maſtiches, drachmam unam ſemis,
Roſarum rubrarum, unciam ſemis.
Cum ſufficienti, decocti quinque radicum aperientium, quantitate ſubigantur, in ſubtiliſſimum redacta pulverem, ut fiat paſta, ex quâ formentur Trochiſci.

TROCHISCI DE SUCCO LIQUIRITIÆ CORRECTO.

Rec. Succi Liquiritiæ libram ſemis,
Lactis Sulphuris, uncias quatuor.
Opii citrati, drachmas tres,
Salis Tartari, drachmas quinque.
Miſce, fiant lege artis Trochiſci.
Opium citratum fiat opio depurato ante omnimodam inſpiſſationem ſucci Citri congruam quantitatem, fortè & ſyrupi Corticum Citri, addendo.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA.

Rec. Acaciæ,
Amyli,
Balauſtiorum,
Boli Armenæ,
Carabes,
Coralliorum rubrorum,
Gummi Arabici,
Hypocyſtidis,
Lapidis Hæmatitæ,
Roſarum rubrarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ ſigillatæ,
Trochiſcorum Ramich, ana drachmam unam,

Marga-

Trochisci de cremore ℥i

f. Cremoris ℥i Zucc Alb Zi
Mucilaginis tragacanthae q.s.
f. massa, ex qua formentur trochisci.

ad aestum febrilem temperandum
sitim mitigandam commendatur.

TR.

Margaritarum præparatarum,
Spodii ex Ebore,
Tragacanthi,
Seminis Papaveris nigri, ana drachmam unam ſemis,
Roſarum, drachmam unam,
Portulacæ,
Conorum Cupreſſi,
Cornu Cervi uſti & præparati,
Croci,
Olibani, ana drachmas duas.

Cum ſufficiente quantitate aquæ Plantaginis fiat maſſa & ex illâ Trochiſci.

TROCHISCI DE VIPERA.

Rec. Viperarum exenteratarum ac detractis exuviis, capite ac caudâ truncatarum, carnem, qvantùm ejus ſufficit;

Coqve in qvantitate congruâ aqvæ fontanæ, Sale ac Anetho conditæ, donec â ſpinis ſecedat;

Qvam ſic ab illis ſeparatam paulùm exſicca, atqve uncias ejus octo cum panis triticei albiſſimi bis cocti, in pollinem ſubtiliſſimum redacti, ac cribrati unciis duabus, modico juris à decoctione earum reſidui & aliqvousqve inſpiſſati, in maſſam compinge, è qvâ trochiſcos forma tenues, in umbrâ ſiccandos & crebrò, ne ſitum contrahant, vertendos, tandemqve in vaſe vitreo aut vitreato optimè clauſo ſervandos.

TRYPHERA MAGNA.

℞. Radicum Calami aromatici,
Cyperi,
Galangæ majoris,
Iridis Florentinæ,
Peucedani,
Corticum Mandragoræ,
Foliorum Roſarum rubrarum,
Seminis Aniſi,
Apii,
Dauci,
Fœniculi,
Hyoſcyami,
Hyſſopi,
Naſturtii aqvatici,

TR.

Ocymi,
Petroſelini,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Coſti,
Galangæ minoris,
Nardi Celticæ,
Piperis,
Spicæ Indicæ,
Styracis Calamitæ,
Zedoariæ,
Zinziberis, ana drachmam unam,
Mellis deſpumati, uncias decem.

Miſce, fiat ſecundum artem Electuarium.

TRYPHERA MINOR.

℞. Myrobalanorum Belliricarum,
Chebularum,
Emblicarum,
Indarum,
Nucis Moſchatæ, ana drachmas qvinqve,
Aſari,
Cyperi,
Foliorum Tamariſci,
Nardi Indicæ,
Olibani,
Piperis,
Schœnanthi,
Zingiberis,
Seminis Ammeos;
Naſturtii,
Origani Cretici, ana unciam ſemis,
Chalybis, aceto vini per qvinqve dies macerati, drachmas viginti.

Myrobalani, butyro recenti non ſalito modicè frixæ & reliqva oleo amygdalarum dulcium imbuta, Mellis deſpumati triplo, libris circiter duabus, ſecundùm artem miſceantur, ac ſub finem addendo Moſchi drachmam unam, probè ſubigantur pro Electuario.

TRYPHERA SARACENICA.

Rec. Amygdalarum amararum,
dulcium,
Myrobalanorum qvinqve, ana drachmas qvinqve,

TU.

Radicum Apii,
Been utriusqve,
Cyperi,
Eryngii,
Herbarum Lepidii,
Rutæ,
Seminis Fraxini,
Cardamomi utriusqve,
Caryophyllorum,
Cassiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Folii,
Ligni Aloës,
Spicæ Indicæ,
Trium Piperum,
Zingiberis,
Mastiches,
Rhabarbari,
Seminis Fœniculi, ana drachmas duas,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Sesami excorticati, ana drachmas tres,
Menthæ crispæ siccæ,
Ocimi caryophyllati,
Origani Cretici, ana drachmam unam semis.

Eôdem, qvo in præcedenti, modo præparata, commisceantur cum triplo Mellis despumati in Electuarium.

TURPETHUM MINERALE.

℞. Mercurii optimè purgati, libram semis,
Olei Vitrioli puri & rectificati, libram unam.

In retortâ vitreâ loricatâ, Oleum Mercurio affunde, & per bidûum in arenâ, orificio obturato, digere, postea igne auctiori Oleum Vitrioli avoca, sub finem ignem augendo, ut retorta candeat, tic præcipitabitur Mercurius in massam albam, qvam fractâ cautè retortâ, ne qvid vitri aut aulis peregrini accedat, exime & super marmore tere, ac aqvâ pluviâ destillatâ calidâ, in vase ampli orificii, acrimoniam omnem repetitâ sæpiùs affusione & effusione ablue,

VI.

pulverem qvâvis vice strenuè agitando, & postqvàm per horas qvatuor sibi relictus subsederit, decantando, idqve eò usqve continuando, donec nulla amplius in aqvâ decantatâ deprehendatur acrimonia, sed pulvis subsidens flavissimum colorem acqvisiverit.

VITRIOLUM ALBUM VOMITIVUM.

Consule suprà Gillam Theophrasti.

VITRIOLUM MARTIS.

Paratur communissimè & commodissimè ex Martis limaturâ, aliqvoties & sufficienter sulphuratâ ac subtilissimè pulverisatâ, Aqvâ Vitriolum eluendo, filtrando & ad cuticulam evaporando demumqve, ut artis est, in loco frigido crystallisando. Vel modo seqventi:

Rec. Limaturæ Martis puræ, qvantùm vis, affunde ei, qvantùm sufficit, Menstrui, è parte unâ Olei Vitrioli & partibus duabus aqvæ pluviæ mixti, aut saltem Spiritûs Vitrioli, ac in calore arenæ leni digerendo limaturam solve in liqvorem viridiusculum, qvi calidè filtratus & ad cuticulam evaporatus, Vitriolum Martis præbet satis elegans.

VITRIOLUM VENERIS.

Eodem ferè qvo Martis, modo fit, calcinatione cum Sulphure: Laminas nimirum Cupri tenues, in frusta minora scissas, cum Sulphure stratificando in crucibulo, ac igne circulari pedetentim admoto, donec Sulphur incendatur ac deflagret, laminas per horæ circiter spatium calcinando. Qvo facto & crucibulo refrigerato, exemtas & æris usti instar nigricantes tere ac cribra, pulveremqve cacabo terreo, aut patinæ plani fundi non vitreatæ, committe, ac prunis impositum bacillo cupreo continuè move, ut in præparatione Vitri Antimonii, sic Sulphur rursus incenditur, ac penitùs

Tutia praeparata

oliquoties, vel ad minimum ter, in cru
cibulo candefiat, singulis vicibus in
aqva extingvatur, tum demum trita
in marmore laevigetur

usus est in collyriis ut en. plastri
exsiccantibus

Ventriculorum gallinarum pipt
Mundatae pelliculae vino lavantur
et leni calore exsiccatae servantur

commendantur, ob vim leniter adst
gentem, ad ventriculum roborandu
alvi fluxum, et vomitus compesce
dos.

Datur in tragoëe à ℈ß. ad ℈j

Vinum Cydoniorum
Granatorum
rubidaei.

adaequata proportio est, ut in ℔j. Suc
dissolvantur ℥ij Sacchari. Colentu
servantur

Julapia et mixturis adduntu

VI.

nitùs exhalat, ubi materia baculo adhærere incipit, ſatis pro primâ vice calcinatum. Refrigeſcat, iterum pulveriſetur, cribretur, ac denuò uncia una cum ſemiſſe ad qvamvis libram pulveris admiſceatur Sulphuris triti, ac cacabo rurſus impoſitum, prunis ſubſtratis, ut priùs, movendo Sulphur accendatur & deflagret, donec cacabi fundus candeſcat, tum cuprum inſtar paſtæ molleſcit ac bacillo adhæret. Refrigeretur cacabo exemtum denuò, teratur & cribretur, ac additâ ſingulis libris unciâ unâ ſemis Sulphuris, ut ante, in cacabo calcinetur, idqve qvartâ, qvintâ, imò ſextâ & ſeptimâ vice iteretur, tandem pulveri trito & cribrato, in patinâ vitreâ, aqvam ferventem limpidiſſimam affunde, qvâ calx ſolvetur, ac in ſolutionem cæruleam abibit, qvæ filtrata in vaſe commodo, qvod aqvam Vitrioli non imbibat, leni, ſufficienti tamen igne ad cuticulam exhalet, tum in frigido ad cryſtalliſandum reponatur. Aqvam, exemtis Cryſtallis, reliqvam ulterius exhala ad cuticulam, & cryſtalliſa, idqve toties repete, donec totum, pauco reſiduo excepto, qvod coagulari in cryſtallos renuit, in Vitriolum elegans cæruleum abierit. Cryſtallos ſuper emporeticâ ſicca. Sulphur, exhalando pulveris formâ fundum petens, ac in filtro reſidûum, ſeorſim collige, præparando Croco Vitrioli Veneris, calcinatione moderatâ, qvâ rubeſcit, aptum.

VITRIOLI COLCOTHAR.

Caput ejus eſt mortuum, ſeu reſidûum à deſtillatione Vitrioli cujuscunqve, de qvo vide in deſtillatione Spiritûs Vitrioli.

VITRIOLI ROS.

Phlegma eſt ſubacidum, in deſtillatione Spiritûs Vitrioli, qvam ſupra vide, primò leniſſimo igne balnei deſtillans, ſeorſim exceptum.

VITRIOLI TERRA DULCIS.

Suprà dictum eſt caput mortuum Vitrioli edulcoratum, & à Sale Vitrioli albo vomitivo liberatum. Qvod ſi Vitriolum fuerit Martis deſtillationi commiſſum, edulcoratum ejus caput mortûum

TERRA DULCIS VITRIOLI MARTIS dicitur.

VITRUM ANTIMONII.

Vide ſupra Antimonii Vitrum.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

Rec. Æruginis, drachmas ſex,
Mellis puri, uncias duas,
Aceti Vini acerrimi, unciam unam.

Ærugo trita aceto diluatur, ac per ſetaceum colata, melliqve permixta, igne ad ungventi molliusculi, colore ſe purpureo commendantis, conſiſtentiam coqvatur.

UNGUENTUM AGRIPPÆ.

℞. Radicum Bryoniæ, libras duas,
Cucumeris aſinini, libram unam,
Ebuli,
Filicis,
Ireos noſtratis, ana uncias tres,
Scillæ, libram ſemis,
Tribulorum aqvaticorum, uncias duas.

Tribuli cum radicibus omnibus ſollicitè mundati & contuſi macerentur octidûum in

Olei recentis Olivarum, libris octo.

Poſteà ad conſumtionem humiditatis omnis, lento igne coctis & fortiter expreſſis, addantur & colliqventur

Ceræ flavæ, unciæ qvindecim;

Mixtisqve omnibus probè, fiat Ungventum.

UN.

UNGUENTUM ALABASTRINUM.

Rec. Flor. recentium Chamomillæ, uncias duas cum semisse,
Rosarum Damascenarum,
Sambuci, ana uncias duas,
Herbarum recentium Betonicæ,
Rutæ, ana unciam unam semis,
Majoranæ, unciam unam,
Radicum recentium Altheæ, uncias duas.
Contundantur exactè & in Olei Rosacei, libra unâ semis

Coqvantur ad humiditatis consumtionem, tum exprimantur & colentur; Colato huic Oleo, Alabastri subtilissimè triti unciæ tres solicitè misceantur, tandem & Ceræ albæ, qvantùm sufficit, colliqvetur, ut ex omnibus, pistillo ligneo continuè ac probè agitatis, donec refrixerint, fiat Ungventum justæ consistentiæ.

UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

Rec. Albuminum Ovorum probè conqvassatorum, numero sex,
Camphoræ, guttis aliqvot Olei sequentis Rosarum dissolutæ, drachmas duas,
Ceræ albæ, uncias tres,
Cerussæ Venetæ albissimæ, subtilissimè tritæ,
Olei Rosacei, ana libram unam.
Misce, lege artis, ut fiat Ungventum.

UNGUENTUM ALBUM RESOLVENS mammarum tumores.

Rec. Olei Amygdalarum dulcium, qvantùm vis, huic exactè misce in mortario lapideo, aut vitreo, Spiritûs Salis Ammoniaci cum Calce vivâ parati, qvantùm sufficit, pro componendo linimento debitæ consistentiæ.

UN.

UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

℞. Cerussæ tritæ,
Ceræ albæ, ana libras duas,
Sevi Hircini,
Olei Olivarum,
Rosati, ana libram unam.

Ceræ Oleis colliqvatæ Sebum Hircinum, tandemque Cerussam exactè contritam misce, & secundùm artem Ungventum para. Cui, si res exigit, ex tempore ovi albumen conqvassatum justâ proportione addi ac commisceri potest, aliàs Ungventum minùs durabile reddens.

UNGUENTUM DE ALTHEA.

Rec. Radicum Altheæ recentium, minutim concisarum & contusarum, libram unam,
Seminis Fœnu Græci,
Lini, ana uncias sex,
Pulveris radicum Curcumæ, unciam semis, aut quantum sufficit, pro colore flavo grato,
Butyri Majalis recentis, non saliti, libras decem.

Coqvantur leni igne, ad consumtionem humiditatis & consistentiam decentem, postea per linteum colentur, & fiat lege artis Ungventum.

UNGUENTUM AD AMBUSTA PRÆSENTISSIMI EFFECTUS D. D. STAHLII.

Rec. Butyri recentis non saliti, liqvetur in vase terreo vitreato, moderato fervore, donec portio caseosa, exhalante humiditate, subsederit. Clarum superstans decantetur in aqvam frigidam suppositam. Eloto ponderato addatur medium pondus ceræ flavæ, liqvetur de novo; iterùm in aqvam frigidam effusum servetur usui.

Qvia verò sensim rancidum odorem contrahit, potest subinde in parvâ qvantitate renovari, aut in ipso casu recens

Unguentum de artharita

ob multa, quae ad hoc unguentum concinnandum accedunt, purgantia fortissima, abdomini illitum alvum clausam reserandi virtutem accepit, tumores ædematosos discutit, aqua hydropicorum expellit menses retentos et suppressos provocat, vermes, abdomini applicatum expellit; sed cave ne pueris delicatioribus, sub emplastri specie, imponas, euphorbium enim rubefaciendi vim habet, ne excoriationem excitet.

Sufficit, inunxisse abdomini unguentum semel in die

recens parari, qvia vix horæ ſpatio indiget.

UNGUENTUM ANODYNUM.

℞. Florum recentium Chamomillæ, libras duas,
Malvæ,
Meliloti,
Verbasci,
Foliorum recentium Anethi,
Hyoſcyami, ana unciam ſemis,
Radicum Altheæ recentium, uncias duas,
Seminis Fœnu Græci,
Lini, ana drachmas tres.

Herbæ, radices ac ſemina, probè contuſa, unâ cum floribus macerentur in

Vini Rhenani, librâ ſemis,
Olei Cheirini, librâ unâ,
Liliorum alborum, librâ ſemis,
Amygdalarum, unciâ unâ,

diem & noctem, poſteà leni igne coqvantur ad humiditatis omnis conſumtionem; Colaturæ colliqva:

Ceræ flavæ recentis, uncias qvatuor, aut qvantùm ſufficit,
Fiat ſic lege artis Ungventum.

UNGUENTUM APOSTOLORUM.

℞. Gummi Aceto depuratorum,
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis, ana drachmas duas,
Radicum Ariſtolochiæ longæ,
Bdellii,
Myrrhæ rubræ,
Thuris maſculi, ana drachmam unam ſemis,
Æruginis, drachmas duas cum ſemiſſe,
Lithargyrii, drachmas qvinqve,
Ceræ flavæ,
Reſinæ Pini,



Terebinthinæ claræ, ana uncias duas,
Olei communis, libram unam.

Lithargyrium ſubtiliſſimè tritum, cum Oleo, leni igne coqvatur, donec aliqvatenùs uniantur, tum Cera cum Reſinâ liqvefacta & per linteum colata iis miſceantur, mixtis & ab igne remotis atqve paululùm refrigeratis, Ammoniacum, Galbanum & Opopanax, Terebinthinæ colliqvata, paulatim addantur, demùm & pulveres reliqvi, ſubtiliſſimè triti, inſpergantur, ac probè cum prioribus ſubacti, exactè miſceantur, pro Ungvento juſtæ conſiſtentiæ, qvod à numero ingredientium, oleo excepto, duodenario, Apoſtolorum, ſatis ineptè, vulgò dictum.

UNGUENTUM AREGON.

Qvi illud minùs uſitatum parare voluerit, Pharmacopœam Dominorum Auguſtanorum renovatam pag. 235. aut noviſſimè editam p. 210. conſulat.

UNGUENTUM DE ARTHANITA.

℞. Succi radicum Cyclaminis, Arthanitæ aliàs dictarum, libras tres,
Olei Irini, libras duas,
Butyri recentis, non ſaliti,
Succi Cucumeris agreſtis, ana libram unam,
Radicum Polypodii qverni, uncias ſex,
Pulpæ Colocynthidis, uncias qvatuor.

Tundenda tundantur in pulverem tenuiſſimum, poſteà in Oleo ac Succo macerentur, loco calido, in vaſe vitreo probè obturato, octidûum, tum leni igne bulliant, ad aqvoſitatis usqve conſumtionem, exprimantur & colentur. In Colaturâ fervente liqva ac miſce

Ceræ flavæ, uncias qvinqve,

Qvibus adhuc tepentibus adde ac commiſce,

Fellis Taurini, ad mellis ſpiſſitudinem in balneo evaporati,

UN.

Gummi Sagapeni, aceto depurati, ac rursus inspissati, ana unciam unam.

Tandem pulverem seqventem, subtilissimè tritum, paulatim insperge ac probè subige:

Aloës Epaticæ,
Baccarum Mezerei,
Colocynthidis,
Scammonii,
Turbith gummosi, ana unciam unam,
Euphorbii, drachmas septem,
Salis gemmæ, unciam semis,
Florum Chamomillæ,
Myrrhæ,
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas tres.

Fiat ex arte Unguentum.

UNGUENTUM AUREUM.

℞. Olei communis, libras duas semis,
Ceræ citrinæ, libram semis,
Terebinthinæ, uncias duas,
Colophoniæ,
Resinæ Pini, ana unciam semis,
Mastiches,
Thuris electi, ana unciam unam,
Croci optimi, drachmam unam.

Oleo Ceram, Therebinthinam, Colophonium ac Resinam colliqva, defervescentibus adde pulveres subtilissimè tritos Mastiches ac Thuris, sub finem Crocum insperge, ac omnibus exactè juxtà artem mixtis, fac Ungventum debitæ consistentiæ.

UNGUENTUM BASILICUM.

Rec. Ceræ flavæ, uncias duas,
Croci, scrupulos duos,
Mastiches,
Myrrhæ,
Picis navalis,
Sevi Vaccini,
Thuris, ana drachmas duas,
Resinæ Pini,
Terebinthinæ claræ, ana unciam semis,
Olei communis, uncias tres.

Thus, Myrrha, Mastiche & Crocus pulverisata subtilissimè, cæteris ex arte liqvatis paulatim inspergantur, ac exactè misceantur, ut fiat Ungventum.

UNGUENTUM CARMINATIVUM.

Rec. Baccarum Lauri, unciam semis,
Florum recentium Chamomillæ, manipulos duos,
Meliloti,
Summitatum recentium,
Abrotani,
Hederæ terrestris,
Menthæ crispæ,
Tanaceti, ana manipulum unum,
Seminis Cumini,
Levistici, ana drachmas duas.

Contusa & conqvassata omnia infundantur in

Olei Chamomelini, librâ unâ,
Anethi,
Rutæ, ana unciâ semis,

Adipis Porcini, recentis, librâ unâ.

Macerentur dies qvatuordecim, dein leniter ebulliant ad humiditatis consumtionem, colaturæ expressæ adde

Ceræ citrinæ, uncias duas,
Styracis liqvidæ, drachmas sex,
Olei stillatitii Anisi,
Carvi,
Menthæ, ana drachmam unam.

Misce lege artis pro Unguento.

UNGUENTUM CITRINUM.

Non à colore, sed à Citri corticibus ac succo, præcipuo ejus ingrediente, sic dictum, seqventi ratione componitur:

℞. Amianthi præparati, unciam unam,
Amyli,
Crystalli præparatæ,
Dentalorum præparatorum,
Entalorum præparatorum,
Nitri crystallini,
Thuris electi,
Tragacanthi albissimi,

Umbi-

UN.

Umbilici marini præparati, ana drachmas tres,
Alabastri candidissimi, subtilissimè triti,
Borracis Venetæ, ana drachmas duas,
Camphoræ, drachmam unam,
Coralliorum alborum, unciam semis,
Gersæ serpentariæ, unciam unam,
Cerussæ subtilissimè tritæ, uncias sex,
Pingvedinis Porci castrati, recentis ac mundæ, libram unam semis,
Sevi Hircini recentis, unciam semis,
Adipis Gallinæ, recens eliqvatæ, unciam unam.

Pingvedini Porcinæ & Gallinaceæ colliqvatæ, pomorum Citriorum, aut Limonum potiùs, succulentorum, in frusta minora dissectorum, impone numero tria, bulliant igne leni, donec Limonum succus, coqvendo in vaporem resolutus, maximam partem exhalaverit, qvo facto, exemptis illorum frustulis, ac pingvedine adhuc aliqvatenus fervente, Corticum aliqvam partem, libram fortè dimidiam, in frustula sectorum, ei committe, inqve ea per mensem in loco tepido macera, posteà & hos exime, ac addito atqve colliqvato igne leniissimo sevo hircino, pulveres reliqvos subtilissimè tritos paulatim insperge, ac exactissimè subigendo misce, tandem & Camphoram Spiritu Rosarum solutam junge, sicqve ex arte Ungventum para.

UNGUENTUM CLYSMATICUM.

℞. Radicum Altheæ recentium,
Liliorum alborum, ana uncias qvatuor,
Herbarum Bismalvæ,
Brancæ Ursinæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Parietariæ,
Violariæ, ana manipulos qvatuor,
Florum Chamomillæ,
Meliloti, ana manipulos tres,

UN.

Conqvassata omnia, cum Butyri recentis libris qvinqve,

optimè pistentur, sicqve per mensem loco tepido macerentur, tandem ebulliant leniter, exprimantur, colentur.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞. Corticum mediorum Castanearum,
Glandium,
Qvercûum juniorum,
Acinorum Uvarum,
Baccarum Myrti,
Balaustiorum,
Corticum Fabarum,
Cupellarum Glandium qvernarum,
Eqviseti,
Foliorum Capparis,
Plantaginis,
Pruni sylvestris,
Gallarum,
Mespilorum siccatorum,
Radicum Bistortæ,
Tormentillæ,
Sorborum immaturorum, ana uncias duas.

Contusa & conqvassata coqvantur sufficienti aqvæ qvantitate, libris circiter sex, ad consumtionem usqve medietatis. Colaturæ expressæ adde Olei Myrtillorum libras duas, cum illo coqve ad consumtionem omnis humiditatis, cui tum adde

Olei Mastichini, libram unam semis,
Ceræ recentis, uncias decem.

Qvibus ita colliqvatis insperge paulatim pulverem subtilissimum

Corticum mediorum Castanearum,
Glandium,
Qvercûs,
Acinorum Uvarum immaturarum,
Baccarum Myrti,
Boli Armenæ,
Nucis Moschatæ,
Sangvinis Draconis,
Sorborum immaturorum, siccatorum, ana unciam semis,
Trochiscorum de Carabe, uncias duas.



Adomini illitum alvum emollit et lyt Reiby, eodem scopo, addit ad Zß Burz Ziij

UN.

Miſce, fiat ſecundùm artem Ungventum probæ conſiſtentiæ.

UNGUENTUM CONTRA CALCULUM.

Rec. Olei Anethini,
Chamomillæ,
Seſamini,
Scorpionum,
Violarum, ana uncias tres,
Pingvedinis Anatis,
Anſeris,
Coturnicis,
Gallinæ, ana unciam unam ſemis,
Ceræ, qvantùm ſufficit.
Miſce, fiat ex arte Ungventum.

UNGUENTUM CONTRA RUPTURAM.

Rec. Butyri Majalis recentis, illoti, nec ſaliti, libram unam,
Pingvedinis humanæ, uncias tres,
Taxi, uncias qvatuor.

His colliqvatis immergantur ſucceſſivè minutim conciſa & conqvaſſata,

Radic. recentium Biſtortæ,
Tormentillæ, ana drachmæ ſex,
Bardanæ majoris,
Pentaphylli,
Ulmariæ, an uncia una,
Symphyti majoris, uncia una ſemis,
Herbar. recentium Conſolidæ, Saracenicæ,
Herniariæ,
Hyperici cum floribus,
Millefolii,
Perfoliatæ,
Plantaginis,
Pyrolæ,
Verbaſci,
Vincæ pervincæ,
Folior. recentium Hederæ arboreæ,
Qvercûs,

UN.

Florum Roſarum rubrarum,
Balauſtiorum, ana drachmæ ſex,
Baccarum Myrti,
Cupularum Glandium,
Nucum Cupreſſi, ana uncia una,
Seminis Plantaginis,
Sumach, ana uncia ſemis.

Macerentur, donec omnia collecta ſint, tum lento igne bulliant ad humiditatis omnis conſumtionem, tunc exprimantur fortiter, tandemqve admiſce pulveris ſubtiliſſimi

Olibani,
Sangvinis Draconis, ana unciam unam,
pro Ungvento debitæ conſiſtentiæ.

UNGUENTUM CONTRA SCABIEM.

Rec. Axungiæ Porcinæ, libras qvatuor,
Baccarum Lauri, uncias qvatuor,
Corticum mediorum recentium,
Frangulæ,
Sambuci, ana unciam unam,
Radic. recentium Enulæ, uncias duas,
Lapathi acuti, uncias qvatuor.

Conciſa & benè piſta in mortario lapideo, coqvantur lento igne, exprimantur & colentur; Colaturæ adhuc ferventi addantur:

Butyri recentis, unciæ duæ,
Succi Limonum, uncia una ſemis.

Coqvantur ad conſumtionem usqve humiditatis ſucci ſuperfluæ, tum addantur colliqvata:

Styracis liqvidæ, uncia una,
Terebinthinæ Venetæ, unciæ duæ.

Tandem his exactè mixtis inſpergantur pulveres ſubtiliſſimi

Ariſtolochiæ rotundæ veræ,
Iridis Florentinæ,
Ceruſſæ lotæ, ana unciæ duæ,
Mercurii præcipitati rubri, uncia una,
Sulphuris citrini, unciæ tres,
Olei Nicotianæ, qvantùm ſufficit,

pro

UN.

pro Ungvento juſtæ conſiſtentiæ parando.

UNGUENTUM CONTRA VERMES.

℞. Herbar. recentium Abrotani,
Abſinthii,
Centaurii minoris,
Perſicariæ,
Scordii,
Tanaceti, ana manipulum unum,
Radicum Dictamni albi,
Gentianæ,
Ebuli, ana unciam ſemis,
Succi foliorum Perſicorum,
Allii, ana unciam unam,
Olei Abſinthii,
Rutæ, ana libram ſemis,
Butyri recentis, uncias tres.

Herbis conqvaſſatis ac radicibus probè contuſis affunde ſuccos & olea, addito butyro, macera per noctem, poſteà ad humiditatis conſumtionem coqve igne moderato, tum exprime & cola. Colaturæ ferventi adde:

Olei Spicæ, unciam unam ſemis,
Fellis Taurini, ad mellis conſiſtentiam inſpiſſati, uncias duas,
Aloës Epaticæ, unciam unam,
Ceræ flavæ, qvantùm ſufficit.

Tandem omnibus colliqvatis & mixtis ſub finem adde

Camphoræ in ſufficienti qvantitate Spiritûs Vini rectificati ſolutæ, drachmas duas.

Miſce, fiat artis lege Ungventum.

UNGUENTUM CORDIALE DE NYMPHÆA.

℞. Flor. recentium Aurantiorum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Roſarum rubrarum,
Tunicæ, ana pugillum unum,
Seminis Acetoſæ,
Ocimi caryophyllati,

UN.

Agallochi, ana ſcrupulum unum,
Santali citrini,
rubri, ana ſcrupulos duos.

Contuſa & conqvaſſata macera paululùm

Olei è floribus Nymphææ albæ cocti, unciis ſex,

poſteà igne leni coqve ad exhalationem humiditatis. Qvo facto exprime, & cola, inqve colaturâ diſſolve

Olei deſtillati corticum Citri,
Meliſſæ,
Ligni Rhodii, ana guttas octo,
Camphoræ, ſcrupulum ſemis,
Ceræ albæ, in aqvâ Nympheæ lotæ, qvantùm ſufficit.

Miſce, fiat ex arte Unguentum.

UNGUENTUM DIGESTIVUM.

Rec. Terebinthinæ Venetæ, uncias duodecim,
Mellis Roſarum, uncias qvatuor,
Olei Hyperici, uncias tres,
Pulveris Aloës, unciam unam,
Vitelli Ovorum, numero duo.

Miſce optimè.

UNGUENTUM ENULATUM.

Rec. Radicum Enulæ recentium, libram unam,
Pingvedinis Porcinæ, uncias ſex,
Olei Olivarum puriſſimi, uncias qvatuor.

Piſtentur in mortario lapideo probè, tum igne ebulliant parum, ac fortiter expreſſa colentur; Colaturæ expreſſæ adde:

Ceræ flavæ,
Terebinthinæ puræ, ana uncias duas,

Optimè commixta fiant Unguentum.

UNGUENTUM FUSCUM COMMUNE.

Rec. Olei communis, libram unam ſemis,

Et vulnerarium emolliens & mundificans. digerit & carnem generat

UN.

In qvo dissolve,
Ceræ flavæ recentis, uncias qvatuor,
Colophoniæ,
Picis navalis, ana uncias duas,
Mastiches,
Terebinthinæ, ana unciam unam.

Colentur atqve colato aliqvatenùs refrigerato admisce in vino dissoluta, sicqve depurata ac rursus aliqvousqve inspissata,

Gummi Galbani,
Sagapeni,
Thuris electi subtilissimè triti, ana unciam unam,
Pulveris Radicum Aristolochiæ rotundæ, unciam semis.

Misce, fiat lege artis Ungventum.

UNGUENTUM FUSCUM FELICIS WURTZ.

Rec. Colcotharis, seu Terræ Vitrioli dulcis, uncias duas,
Florum Æris, drachmas decem,
Aceti Vini, in qvo folia Plantaginis ac Chelidonii majoris, recentium, sufficienter per aliqvot dies macerata, ac posteà expressa fuerint, uncias tres,
Phlegmatis Vitrioli, uncias duas,
Mellis despumati, uncias sex.

Inspissentur igne leni, continuè agitando, ad mellis consistentiam.

UNGUENTUM INFRIGIDANS GALENI.

Rec. Ceræ albæ, unciam unam,
Olei Rosati, uncias qvatuor.

Colliqventur leni igne & refrigeratis fere, continuè agitando, commisce pauxillùm,

Aceti Rosacei aqvâ Rosarum diluti, ut fiat Ungventum.

UNGUENTUM DE LINARIA.

Rec. Foliorum & Florum viridium Linariæ veræ, manipulos duos,

UN.

Macerentur contusa & conqvassata in liqvefacti,
